καὶ θρόνοιαν. εἶχεν δὲ τῶν παρόντων ὅπως αἱ αὐτὸς ἀπαθὴς σώζοι τὰς σὺν αὐτῷ κρατήσας τ' ἐχθρῶν εἰ ἐθέλοιεν ἀδικεῖν. νείμας οὖν τοῖς σὺν αὐτῷ τοῖς μὲν προὔπεμπε τοῖς δὲ λειπομένοις, ἅσσον ἐκέλευεν ἀκολουθεῖν. ὅπως εἰ βιαθεῖεν οἱ προπεμφθέντες ὑπὸ τῶν μένων τὰ ἀδελφεῖ, καταφυγὴν ἔχοιεν τοῖς ἑπομένοις. καὶ τέτον διατάξας τοῖς σὺν αὐτῷ τὰ ζῶπον, πρόπυ πανὶ δῶρα κομίζοντας τῷ ἀδελφῷ ἀποζύγια δὲ τὰ πεμπόμενα, καὶ πλῆθος τετραπόδων ποικίλων, ἃ δὴ τίμια τοῖς ληφομένοις ἔμελλεν ἔσεσθαι πρὸς τὸ ἀσπάζειν αὐτὸν ἥσαν δὲ οἱ πεμφθέντες ὑπ' ἀλλήλων πάντων, ἵνα συνεχέστερον συντυγχάνοντες, πολλοὶ δοκῶσιν. ἀπῆρε δὲ καὶ τὰ ὕδατα τὰ ὀργῆς, εἰ ἀληθῶς τε θυμωθείη. ἔτι μὲν τοι καὶ λόγοις χρησοῖς ὁμιλεῖν πρὸς αὐτὸν εἰρητο τοῖς πεμπομένοις. ταῦτα συνθεὶς ἀπὸ πάσης τὰ ἡμέρας νυκτὸς ὑπηγωμένης σκήνει τοῖς σὺν αὐτῷ. καὶ χείμαρρόν τινα ἰάβαχχον λεγόμενον ἀληθέστατον, Ἰακώβου ἀποληλημμένου φαντάσματι συντυχὼν διεπάλαιεν, σκιᾶς πρωταρχούσης τὰ μάχης, σκιᾶς τε τὰ φαντάσματος, ὃ δὴ καὶ φωνῇ χρῆται καὶ λόγοις πρὸς αὐτὸν, χαίρειν τε φησὶ τοῖς γεγυμνωμένοις παραινοῦν, καὶ μὴ μικρῶν κρατεῖν ὑπολαμβάνειν, ἀλλὰ θεῖον ἀγῶνα νενικηκέναι, καὶ σημεῖον ἤδη τέτο μεγάλων ἀγαθῶν ἐσόμενον, καὶ τὰ μηδέποτε τὸ γῆρας σκοτεινὸν αὐτὸ, μηδ' ὑπερτερόν τινα τὰ ἀνθρώπων τὰ ἰσχὺς ἔσεσθαι τὰ σκιᾶς. σκέλδειν τε καλεῖν αὐτὸν ἰσοπλον. σημαίνει δὲ τέτο τὰ ἑβραίων γλῶτταν, τὸν αὐτοπαίτα ἀγγέλῳ θείῳ. ταῦτα μὲν τοι προὔλεγεν, Ἰακώβου δεινθέντος. ἀφόβητος δὲ ἄγγελον εἶναι θεῖον, τινα μοίραν ἔχειν σημαίνειν παρεκάλει. καὶ τὸ μὲν φάντασμα ταῦτ' εἰπὸν, ἀφανὲς γίνεται. ἠδεῖς δὲ τέτοις Ἰακώβος, φανέντων ὀνομάζει τὸν τόπον. σημαίνει δὲ, θεᾶ πρόσωπον. καὶ γυμνωθεὶς δὲ τῷ μάχῳ ἀγῶνος αὐτῷ πρὸς τὸν ἀνδρα τὸ πλατὺ, αὐτός τε ἀνέχει τῆς τέτου βρώσεως, καὶ δι' σκείνου δὴ ἡμῖν δῆλον ἐδὰ δίμοιρον πλησίον δὴ ἤδη τὸν ἀδελφὸν πανωθανόμενος, κελεύει προϊέναι τὰ γυναικῶν ἑκατέραν καθ' αὑτὴν μὴ τὰ θεραπαινίδων, ἵνα πόρρωθεν ἀφορῶεν τὰ ἔργα τὰ ἀνδρῶν μαχομένων εἰ τέτο θελήσειεν ἥσαις. προσεκύει δὲ αὐτὸς τὸν ἀδελφὸν ἑπόμενον αὐτῷ γομένων, ἀδὲν προὶ αὐτὸ δόλιον φρονοῦντα. καὶ ὁ ἥσαις ἀσπασάμενος αὐτὸν, ἀπήρετο τὰ παίδων τ' ὄχλον τὰς γυναῖκας. ἠξίει τε τότε τὸ παῦ μαθὼν προὶ αὐτὰ, καὶ αὐτὸς συμβαδίζειν αὐτοῖς πρὸς τὸν πατέρα. Ἰακώβος δὲ φρασιζομένου τὸν κόπον τὰ ὑποζυγίων, ὑπεχώρησεν εἰς σάειραν. σκηνοῦται γὰρ ἐποιεῖτο τ' διάταν, προσαγορεύσας τὸ χωρίον ἀπὸ τ' αὐτῶ ξηχώσεως δασείαν. Ἰακώβου δὲ ἀφίκετο εἰς τὰς ἐπὶ νεῶ σκιωὰς λεγομένας. ὅθεν εἰς σίκιμον παρῆλθε χαναναίων δὲ ὄντων ἡ πόλις. τὰ δὲ σικιμίτᾳ ἑορτὴν ἀγόντων, δεῖνα ἡ θυγάτηρ τῶ Ἰακώβου μόνη παρῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, ὀφομένη τ' κόσμον τὰ ὁπηχωρίων γυναικῶν. θεασάμενος δὲ αὐτὴν συχέμις ἐμμόρου τῶ βασιλέως υἱὸς, φθείρας δ' ἁρπαγῆς, καὶ δαπεθεὶς ἐρωτικῶς ἱκετεύει τ' πατέρα λαβεῖν αὐτὰ πρὸς γάμον τὴν κόρην. ὁ δὲ πειθεὶς ἦκε πρὸς τὸν Ἰακώβον, δέομενος τῶ παιδὶ αὐτὰ συχέμι συζεύξαι δεῖναν κατὰ νόμον. Ἰακώβος δὲ, ἅτ' ἀπιλέγειν ἔχων δαὶ τὸ ἀξίωμα τῶ Ἐμμαλοιῶτος, ἅτε νόμιμον ἡγούμενος ἀλλοφύλῳ συνοικίζειν τὴν θυγατέρα, ἠξίωσεν ὑπερθέσθαι αὐτὰ βουλὴν ἀγαγεῖν πρὶ ὧν παρεκάλει. ἀπίει μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς, Ἰακώβου ἐλπίζων παρέξειν τὸν γάμον. Ἰακώβος δὲ δηλώσας τοῖς παισὶ, τὴν τε φθορὰν τῆς ἀδελφῆς, καὶ τὸ ἐμμόρου τὴν δίκην,

A Distributo igitur agmine alios procedere iussit, alios properè subsequi: vt si quis primos aggrederetur, ad sequens agmen haberent refugium: & hoc modo instructis qui circa se erant, præmittit quosdam ad fratrem cum muneribus. ea constabant iumentis multísque ac variis quadrupedibus, accipienti placituris propter raritatem. veniebant autem alij post alios, vt crebrius occurrentes plures quam pro numero viderentur: & credibile erat donis placatum remissurum iram, si qua adhuc esset reliqua. quin & illud mandatum est præmissis, vt blandè hominem alloquerentur. His ita per totam diem dispositis, noctu mouit agmen. Cúmque Iobacchum torrentem transissent, Iacobus aliquãtum ab agmine relictus incidit in luctam cum spectro, ipse prior lacessitus, erátque superior. exclamat igitur mactum virtute qui non quemuis aduersarium, sed angelum Dei vicerit: idque illi esse magnæ felicitatis præsagium: genúsque eius nunquam defore, nec vllis vnquam humanis viribus posse opprimi. iussítque illum posthac vocari Israelem, quod Hebræis angelo reluctantem significat. Hæc sunt prædicta Iacobo, id ipsum roganti. Cùm enim sensisset angelum esse Dei, precatus est vt ex eo fatum suum cognoscere liceret. His dictis spectrum euanuit. Iacobus verò lætus auditis, imposuit loco nomen Phanuel. id significat Dei faciem, sed quia latum neruum inter luctandum læsit, & ipse pòst eo cibo abstinuit, & nobis illo propter eum vesci non licet. Cognito verò fratrem iam non longè abesse, iubet vxores procedere per se quanque cum pedisequis, vt è longinquo spectarent pugnam vitorum, si eam frater mallet. ipse propior factus adorauit fratrem, non malè de se cogitantem. at Esaus eo salutato, interrogabat de turba mulierum ac puerorum: & cùm didicisset omnia, volebat eos deducere ad patrem. Iacobo verò excusante lassitudinem iumentorum, reuersus est in Seiram. illic enim habitabat, vernacula lingua loco ab hirsutie sua denominato. Iacobus autem peruenit ad Scenas quas vocant, vetus nomen adhuc retinentes. inde profectus est Sicima, quæ est vrbs Chananæorum, & cùm esset celebritas apud Sicimitas, Dina vnica Iacobi filia venit in vrbem ad visendum cultum mulierum eius regionis. qua visa Sichemis Emmoris regis filius, raptæ stuprum obtulit. & correptus amore patrem suum rogauit, vt puellam vxorem habere liceret. Ille morem ei gerens, venit ad Iacobum, rogans vt filio suo Dinam in matrimonium collocaret. Iacobus verò qui neque negare poterat propter maiestatem rogantis, neque fas putabat alienigenæ filiam nuptum tradere, deliberandi spatium popòscit. Rex sperans Iacobum assensurum, abiit. Ille verò indicata filiis iniuria sororis, & Emmoris petitione, Gen. 34.

iuſſit eos conſultare quid facto opus eſſet. maior pars hærebat incerti quid eſſet agendum. Simeon verò & Leuis vterini puellæ fratres tale conſilium inter ſe capiunt. Obſeruato feſto die quo Sicimitæ voluptati & conuiuiis operam dabant, inuaſis noctu cuſtodibus ſopitos contrucidant: atque ita facile vrbe potiti, mares vniuerſos interimunt vnà cum rege ac filio, ſolis parcentes fœminis. quo facinore citra conſenſum patris perpetrato, ſororem reducunt. Iacobum autem obſtupefactum audacia tanta filiorum, indignéque ferentem, Deus per viſum bono animo eſſe iuſſum, luſtrare tentoria, ſacrificiúmque quod olim poſt ſomnium illud in profectione Meſopotamena vouerat, perſoluere imperat. itaque dum luſtrat, incidit in Labani Deos: neſciuerat enim Rachelem eos furatam. his apud Sicima defoſſis in terram ſub quadam quercu, profectus inde ſacrificauit apud Bethela, vbi ſomnium illud diuinum viderat iter faciens in Meſopotamiam. Progreſſus deinde in agrum Ephrataeum, Rachelem ibi ex partu mortuam ſepelit, ſolam monumento cognatorum in Hebrone non illatam. Quam quum mirum in modum lugeret, infantulum nominauit Beniamin, eo quòd doloris cauſa matri fuerit. Atque hic eſt filiorum Iacobi numerus, mares duodecim, fœmina vna. ex his octo legitimi, è Lia ſex, duo è Rachele: quatuor verò è pediſequis, è ſingulis duo: quorum nomina iam dixi.

Inde venit Hebronem in Chananæa ſitam, vbi Iſacus habitabat. Nec diuturnus fuit eorum conuictus.

Cap. XX.

Mors Iſaci, & ſepultura in Hebrone.

Rebeeca enim iam antè defuncta: Iſacus quoque eam ſequitur, non multo poſt filij reditum: & ſepultus eſt à filiis iuxta vxorem in Hebrone, in monumento parentum ſuorum. Fuit autem Iſacus vir Deo charus, & magna prouidentia dignus ab eo habitus, poſt Abrahamum patrem. valde longo etiam tempore vixit. Mortuus eſt enim exactis cum virtute annis octoginta quinque ſupra centum.

ἤξίει βουλεύεσθαι τί δεῖ ποιεῖν. οἱ μὲν οὐ πλείους ἠπόρουν γνώμης ἀπεφαίνοντο. συμεὼν δὲ καὶ λεύις ὁμομήτριοι τοῦ κόρης ἀδελφοὶ πρὸς ἀλλήλους συνέθεντο τοιαύτά τινα πρᾶξιν. ἦσαν ἑορτῆς, ᾗ τὸ σικιμιτῶν εἰς ἄπαντα καὶ δωχίαν τεταμένων, νύκτωρ πρώτοις ἐπικαλοῦντες τοῖς φύλαξι, κτείνουσι κοιμωμένους. καὶ παρελθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀναιροῦσι πάντα ἄρρενα, καὶ τὸν βασιλέα συὼ αὐτοῖς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. φείδονται δὲ τῶν γυναικῶν πράξαντες δὲ ταῦτα δίκαια τῇ πατρὸς γνώμης ἐπαινοῦσι τὸν ἀδελφόν. ἰακώβῳ δὲ ἐκπλαγέντι πρὸς τὸ μέγεθος τῶν γεγονότων, καὶ χαλεπαίνοντι πρὸς τοὺς υἱούς, ὁ θεὸς φάσας ἐπέλθοντα δεῖν. ἁγνίσαντα δὲ τὰς σκηνὰς, θυσίας ἐπιτελεῖν ἃς τὸ πρῶτον ἀπιὼν εἰς τὴν μεσοποταμίαν, ὅτε τῇ ὄψει τοῦ ὀνείρου νύξας. ἁγνίζων οὖν τοῖς ἑπομένοις, ἐντυγχάνει τοῖς λαβάνου θεοῖς. ἃ γὰρ ἠπίστατο ὑπὸ τῆς ῥαχὴλ κλαπέντας. καὶ αὐτοῖς ἔκρυψεν ἐν σικίμοις εἰς γῆν, ὑπό τινα δρυῒ. ἀπάρας τε ἐκεῖθεν, ἐπὶ βεθήλοις ἔθυεν, ὅπου τὸ ὄνειρον ἐθεάσατο χωρῶν πρότερον ὅτι τῆς μεσοποταμίας. ἐντεῦθεν δὲ περὶ ὧν ἐπεὶ καὶ τὴν ἐφραθαίων γίνεται, ἐνθάδε ῥαχήλαν ἐπὶ τοκετῷ θνῄσκουσαν θάπτει, μόνην τῶν συγγενῶν τῶν ἐν χεβρῶνι τιμῆς ἐτυχήσασαν. πενθήσας δὲ μεγάλως, τὸ ἐξ αὐτῆς παιδίον, βενιαμὶν ἐκάλεσε, δηλοῦντα τὸν ἐπ' αὐτῇ γλυμφθέν. ὁδεύοντι τῇ μητρὶ. ἦσαν ἰακώβῳ παῖδες οἱ πάντες. ἄρρενες μὲν, δώδεκα. θηλεῖα δὲ, μία. τέκνων ὀκτὼ γνήσιοι. ἐκ λείας μὲν ἓξ. δύο δὲ ἐκ ῥαχήλας. τέσσαρες δὲ, ἐκ τῶν θεραπαινίδων, δύο ἑξ ἑκατέρας. ὧν καὶ τὰ ὀνόματα πρόσθεν. παρὼν δὲ ἐντεῦθεν ὅτι χεβρῶνα πόλιν ἐν χαναάνος κειμένην. ἐπεὶ δὲ ἰσαακος τὸν βίαιον εἶχε. καὶ βραχέα μὲν ἀλλήλοις συνδιαζήσασι.

Κεφάλαιον κ'.

Ὡς ἰσαακος τελευτήσας, ἐτάφη ἐν χεβρῶνι.

Τὴν γὰρ ῥεβέκκαν ἰάκωβος ἐκπλαγεὶς ζῶσαν. θνήσκει δὲ ἰσαακος ἐκ μὲν πολὺ τῶν ἀφίξεως τὴν ἐμὴν. καὶ ταφῆς ἐτυχεν ὑπὸ τῶν παίδων σὺν τῇ γυναικὶ, ἐν χεβρῶνι. μνημείῳ προγονικῷ ἐν αὐτῇ τυγχάνοντος αὐτοῖς. ἐγένετο δὲ ἰσαακος, ἀνὴρ θεοφιλὴς, καὶ προνοίας πολλῆς ἀξιωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, μετ' ἀβραμον τὸν πατέρα. πολυχρονιώτατος δὲ. βιώσας γὰρ ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν μετ' ἀρετῆς, ἔτους ἀπέθανε.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗ ΔΕΥΤΕΡΑ ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ἰουδαϊκῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Πῶς ἡσαῦ καὶ ἰάκωβος ἰσάκις παῖδες ὄντες, διείλαντο τὴν οἴκησιν. Ὅ ἡσαῦς μὲν τὴν ἰδουμαίαν κατέσχεν, ἰάκωβος δὲ τὴν χαναναίαν. Κεφ. ά.

Ὡς ἰώσηπος ὁ νεώτατος τῶν ἰακώβου παίδων, ὀνειράτων αὐτῷ προδεικνυόντων τὴν μέλλουσαν εὐδαιμονίαν, ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐφθονήθη. Κεφ. β'.

Ὡς αὐτὸς εἰς αἴγυπτον προαθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, εἶτα τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος, καὶ χωρὶς ὀδύσσεως ἐπιεικὴς λαμπρὸς, τοῖς ἀδελφοῖς ἔσχεν ὑποχείριος. Κεφ. γ'.

Ἡ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν φυλετῶν πάσης πρὸς αὐτὸν μετάβασις, εἶτα τὸν χωρὶς λυπῶν. Κεφ. δ'.

Ὅσα τοῖς ἑβραίοις ἐν αἰγύπτῳ συνέβη κακοπαθοῦσιν, ἐπ' ἔτη τετρακόσια. Κεφ. ε.

Ὡς μωσέως αὐτοῖς ἡγουμένου, τὸν αἴγυπτον ἐξέλιπον. Κεφ. ς'.

Ὡς ἡ θάλασσα τοῖς ἑβραίοις διαιρεθεῖσα ὑπὸ τῶν αἰγυπτίων ἀνακοπεῖσα, φυγεῖν δι' αὐτῆς παρέσχε. Κεφ. ζ'.

HAEC IN SECVNDO IOSEPHI ANTIQVITATVM Iudaicarum libro continentur.

Quomodo Esaus & Iacobus filij diuiserunt habitationem, & quòd Esao Idumæa, Iacobo Chananæa contigit. CAP. I.

Quomodo Iosephus Iacobi filiorum natu minimus propter somnia futuræ suæ fœlicitatis prænuntia in fratrum inuidiam incurrit. CAP. II.

Quomodo Iosephus in Ægyptum venditus à fratribus illustris ibi factus est, & fratres tandem in sua potestate habuit. CAP. III.

Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium migrauit. CHP. IIII.

De afflictionibus Hebræorum in Ægypto per annos cccc. CAP. V.

Quomodo Moyse duce Ægyptum reliquerunt. CAP. VI.

Quomodo mare scissum Hebræis Ægyptios fugientibus viam aperuit. CAP. VII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTI-

QVITATVM IVDAICARVM

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Quomodo Esaus & Iacobus Isaci filij diuiserunt habitationem, & quod Esao Idumea, Iacobo Chananæa contigit.

DEfuncto autem Isaco, filij partiti sunt inter se habitationem, nec ambo paternam retinuerunt: sed Esaus Hebrone fratri concessa habitauit in Saira, & Idumææ dominat⁹ est à sei pso denominatæ. Adomus enim cognominabatur ob causam talem. Olim adolescens etiam tum reuersus à venatu famelicus offendit fratrem coquentem sibiipsi in prandium lenticulam rubentem colore, quo magis etiam excitatus, rogauit vt expetitum sibi cibum traderet. at ille adiuuante fratris fame ius primogeniti pro cibo dare eum compulit: coactus enim inedia cessit ei suum ius, interposito iureiurando. Ob eius cibi colorem à colluforibus adolescentibus Adomus est per ludibrium cognominatus. Adoma enim Hebræis significat rubens. id nomen post in regionem ipsius ditionis est deriuatum, quod Græci in mollius deflexerunt, Idumæam dicendo. Genuit autem filios numero quinque. ex his Iaus, Iolamus, & Coreus eadem matre Alibama nati: ex reliquis duobus Aliphazem Asa, Raguelem Mosametha ei peperit. Hos filios habuit Esaus, Aliphazæ item quinque legitimi filij fuere, Themanus, Omerus, Ophus, Iothamus, Ocanasus. Nam Amalecus erat nothus, è Thamna concubina genitus. Hi habitauerunt Idumææ regionem quæ Gobolitis dicitur, & eam quæ de Amaleci nomine Amalecitis est appellata. Quondam enim latè patentem terram Idumææ nomen complectebatur, cuius partes à primis colonorum inductoribus denominatæ appellationes eas postea retinuerunt.

Gen. 35.

Gen. 36.

μέρεσι τὰς ἀπὸ τῶν οἰκητόρων προσηγορίας

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Πῶς ἴσαυς καὶ ἰάκωβος ἴσακου παῖδες ὄντες διείλαντο τὴν οἴκησιν, καὶ ἡσαῦ μὲν ἰδουμαίαν κατέσχεν, ἰάκωβος δὲ τὴν χαναναίαν.

ΜΕΤΑ δὲ τὴν ἰσάκου τελευτὴν, οἱ παῖδες αὐτοῦ μερισάμενοι τὴν οἴκησιν πρὸς ἀλλήλους, οὐχ ἑαυτοῖς ἔλαβον ταύτην κατεῖχον. ἀλλ' ἡσαῦς μὲν, τὴν χεβρωνίας πόλεως ἀναχωρήσας τῷ ἀδελφῷ, ἐν σαείρᾳ διητᾶτο, καὶ τὴν ἰδουμαίας ἦρχεν, ὅτω καλέσας τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ. ἄδωμος δ' ἐπονομάζετο, καὶ διαύτην αἰτίαν τυχὼν τὴν ὀνομασίας. ἀπό θήρας ποτὲ καὶ πόνου τοῦ περὶ τὸ κυνηγέσιον λιμώττων ἐπανῆλθεν, ἔτι παῖς ὢν τὴν ἡλικίαν. ὀνειδιζόμενος ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ φαυλίου ἑαυτὸν ἀπὸ πρώτου ἄρισον αὐτῷ ξανθὸν σφόδρα τὴν χρόαν, καὶ δι' ὃ τοῦτ' ἔτι μᾶλλον ὠρεχθεὶς, ἠξίου ὠνήσασθαι αὐτοῦ πρὸς ἕψον. ὁ δ' ὑποδῶσθαι τὸ πρεσβεῖον αὐτοῦ τὴν φαγεῖν, συνεργῷ χρησάμενος τῇ πείνῃ τὸν ἀδελφὸν ἠνάγκασε. κἀκεῖνος ὑπὸ τὴν λιμὸν πρασχεθεὶς, ὠνήσατο τὰ πρεσβεῖα αὐτοῦ μετ' ὅρκων. ἔνθεν δι' τὴν ξανθότητα τοῦ βρώματος, ὑπὸ τῶν ἡλικιωτῶν ἄδωμος καλεῖται, καὶ παιδιὰν ὀνομασθείς. ἄδωμα δὲ ἑβραῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσι. τὴν δὲ χώραν ἔτους πρώτου ἔσχηγόρευσεν. ἕλληνες δὲ αὐτὴν ὀνόμασαν. γίνεται δὲ καὶ πατὴρ παίδων πέντε τὸν ἀριθμόν. ὧν ἰάους μὲν καὶ ἰόλαμος, καὶ κόρηος, ἐκ γυναικὸς μιᾶς ἀλιβάμης τὸ γένος. τῶν δὲ λοιπῶν, ἀληφάζης μὲν, ἐξ ἄσης. ῥαγουήλου δὲ, ἐκ μοσαμίθης ὑπῆρξαντο αὐτῷ γεγονότες. καὶ ἡσαῦ μὲν ἦσαν παῖδες πέντε. ἀλιφάζη δὲ γίνονται γνήσιοι παῖδες πέντε, θήμανος, ὄμηρος, ὄφις, ἰόθαμος, ὀκαναζος. ἀμάληκος δὲ νόθος ἦν ἐκ παλλακῆς αὐτοῦ γεγονώς, θαμνᾶς ὄνομα. ὅτοι κατῴκησαν τὴν ἰδουμαίας τὴν γοβολίτην λεγομένην, καὶ τὴν ἀπὸ ἀμαλήκου κληθεῖσαν ἀμαληκίτην. πολλὴ δὲ γῆ μοῖρα ποτὲ ἡ ἰδουμαία, τότε πάσης αὐτῆς ἀπέσωζεν ὄνομα, καὶ τοῖς διεφύλαξεν.

Κεφάλαιον β'.

CAP. II.

Περὶ ὡσὴφ τοῦ νεωτάτου τῶν ἰακὼβ παίδων ἐν τοῖς πατρικοῖς αὐτοῦ θεσπισμάτων τὸν μέλλοντα διδαμονίαν, ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐφθονήθη.

Quomodo Ioſephus Iacobi filiorum natu minimus propter ſomnia futuræ ſuæ felicitatis prænuncia in fratrum inuidiam incurrit.

ΙΑκὼβ ἢ σωμέβη παρελθεῖν εἰς διδαμονίας μέγεθ, οἷον ἐν ἄλλῳ τινὶ ῥᾳδίως. πλούτῳ τε γὰρ ὑπερέβαλλε τοὺς ἐπιχωρίους, ἢ παίδων ἀρεταῖς ζηλωτὸς Β ὠφθη βλέπτος ἰῶ ἀδενὸς γὰρ ὑστέρουν ἀλλὰ καὶ πρὸς ἔργα χειρῶν ἢ πόνων ἐπιτομονέστατοι ἦσαν δύψυχοι, ἢ δεινοὶ συνέναι. τοσαύτῃ δ' ἄρα τὸ θεῖον αὐτοῖς φρόνησιν ἔσχε, ἢ δὲ διδαμονίας ἐπιμέλειαν, ὡς καὶ τῷ λυπηρῶν αὐτῷ δοξάντων τὴ ὑφροβολὴν τῷ ἀγαθῶν ὠφελῆσαι, ἢ ποιήσαι τ' ἀπ' αἰγύπτε τ' ἡμετέρων προγόνων ἀναχωρήσεως αἴτιον αὐτόν τε καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γενομένους, ὑπὸ ταύτης αἰτίας. ἰώσηπον δὴ ῥαχήλας παιδοποιησάμενος ἰάκωβ. δέξατο τῷ σώματος εὐμόρφειαν ἢ δέξατο ψυχῆς ἀρετῶν, φρονήσει γὰρ διέφερε, τῶν ἄλλων πάντων ἡγάπα. τούτῳ ὠφελῆ ἀδελφῶν, ἥτε τῷ πατρὸς σοφῇ φθόνον ἐκίνησε ἢ μῖσος ἥτε ἐπ τῷ ὀνειράτων, ἃ θεσπίμβρος, τῷ τε παρεῖ ἢ τούτοις ἐμιμύσατο, διδαμονίαν καταγγέλλομβα, ζηλοτυποιούτων ἄρα τῶν ἀνθρώπων, πὰς τῶν οἰκειοτάτων δυσερείας. αἱ ὄψεις, αἷς κ' τοῖς ὕπνοις εἶδεν ἰώσηπος, τοιάδε ἦσαν. ἐν τερμφθεὶς μ' τῶν ἀδελφῶν ὠφελῆ τ' πατρὸς ὅτι συλλογὴν τῶν καρπῶν θέρους ἀκμάζοντος, ὁρᾷ πολὺ τῶν κ' τινὰ σωμήθειαν διαφοιτώντων κ' τοὺς ὑπνους ὀνειράτων διαφέρουσαν ὄψιν. ἰῶ περ ἐγερθεὶς, τοῖς ἀδελφοῖς ὡς κρυπτῶσιν αὐτῷ τὸ σημαινόμβον ἐξέθετο. λέγων ἰδεῖν δοκεῖ ὁ παρελθόσης νυκτὸς, τὸ μὲ αὐτῷ δρᾶγμα πυρῶν ἠρεμεῖν ἐφ' ᾧ κατέθηκε τόπε, τὰ δ' ἐκείνων προσπίπτοντα προσκυνεῖν αὐτῷ. ἐ μέγεθος θεαγμάτων τινὰ ὄψιν προλέγουσαν, ἐ κατ' αὐτῶν τινὰ ἐξουσίαν ἰσομέτρων τῷ μὲν ἰωσήπῳ, τούτων μὲν, ὡς ἀγνοέμενον τὸ ὄναρ αὐτοῖς διεσάφησαν, ἀρὰς δ' ἐποιήσαντο μηδὲν αὐτῷ παρελθεῖν εἰς τέλος ὧν ὑπενόουν, ἢ προς αὐτὸν ἔτι μᾶλλον ἀπεχθῶς ἔχοντες διετέλουν. τῷ δ' ἐπ' αὐτῷ φθόνῳ προσφιλονεικῆσαν τὸ θεῖον, δευτέραν ὄψιν ὑπέπεμπεν τῷ ἰωσήπῳ πολὺ τῆς προτέρας θαυμασιωτέραν. τὸ μὲν ἥλιον, ἑδδεκατίνα σελήνην ὠφθαλβόντα, ἢ τοὺς ἀστέρας τοὺς λοιποὺς ὅτι τὸ γῆν κατελθεῖν, ἢ προσκυνεῖν αὐτόν. ταύτην τινὰ ὄψιν τῷ παρεῖ, μηδὲν ὠφελῆ τῷ ἀδελφῶν κακόηθες ὑφορώμβας, ἢ τῶν ὠφατυχανόντων, διεσάφησε, ἢ τὸ βέλτερα σημαίνειν, φέσας ὠφελεῖν. ὁ δ' ἤδη τῷ ὀνείρατι. τὸ δὲ προῤῥηθὲν αὐτοῖς τῇ διανοίᾳ συλλαβών, ἢ μ' σοφίας ἐκ ἀσκόπως εἰκάσας, ἐχάρην ὅτι μεγάλοις τοῖς συμφορομβίοις διδαμονίαν δὲ τῷ ὠφελῆ κατήγγελλον. ἢ χαρὰν ἤξειν θεῖ ζῶντος, καθ' ὃν αὐτὸν ὑπό τε τῷ γονέων ἢ τ' ἀδελφῶν ἔσεσθαι τιμῆς ἐ προσκυνήσεως ἄξιον. τὸ μὲ σελήνην ἢ τ' ἥλιον, μητέρα δὴ παρεῖ, τὸ μὲ αὐξῆσης πάντα ἢ τρέφοντος τὸ δ' ἐκτυποῦντος ἢ τ' ἰσχὺν ἐπιθέτους εἰκάζων. τοὺς δ' ἀστέρας, τοῖς ἀδελφοῖς, τῷ τούτοις ἕνδεκα εἶ, καθάπερ τοὺς ἀστέρας, δεῖ τε κλίνειν ἐ σελήνης τ' ἰσχὺν λαμβάνοντας. ἐ ὁ μὲ ἰάκωβ, τοιαύτην τὴ ἀσυμφορὰς τ' ὄψεως τ' κρίσιν ἐπαίσατο. τοῖς ἀδελφοῖς τὸ ἰωσήπου σφόδρα ἐλύπησε τὰ προειρημένα. ἢ διετέθησαν ὡς ἐπ' ἀλλοτρίῳ τινὶ μέλλοντι τὰ σημαινόμβα δέξα τ' ὀνείρατον ἀγαθὰ ἥξειν ἀλλ' ἐκ

ΙΑcobus autem ad tantam felicitatem peruenit, ad quantam vix alius quiſquam. nam & opibus excellebat inter eius regionis homines, & propter filiorum virtutes beatus erat ac conſpicuus. nihil enim eis deerat, ſed induſtrij fuere omnes, & generoſa quadam fortitudine ſimul ac prudentia præditi. Tantam autem ipſius felicitatis curam gerebat cœleſte numen, vt etiam ex rebus, ſicut tum videbantur, aduerſis maximorum bonorum occaſionem præberet, & per ipſum eiúſque liberos parentibus noſtris viam ad exitum ex Ægypto præſtrueret ac præmuniret. Ioſephum è Rachele ſibi natum pater tum ob corporis præſtantiam, tum ob animi virtutem (erat enim prudentiſſimus) præ cæteris liberis amabat. is parentis affectus odium & inuidiam fratrum in eum prouocauit. acceſſerunt eò ſomnia, quæ ſibi viſa patri ac illis indicauit magnæ felicitatis prænuncia, quæ res etiam coniunctiſſimos ad æmulationem facilè concitat. Viſiones autem Ioſephi fuere tales. Miſſus cum fratribus à patre ad colligendas fruges meſſis tempore, viſionem vidit, quæ non poterat exiſtimari vna ex iſtis vulgaribus quales in ſomnis obuerſari ſolent: eam experrectus fratribus interpretandam narrauit, dicens viſum ſibi præterita nocte ſuum tritici manipulum ſtare loco, illorum verò manipulos accurrentes adorare eum; quod videbatur & amplam fortunam ipſi prænunciare, & fratres quoque in eius poteſtate futuros. At ille nihil tale Ioſepho ſunt interpretati, diſſimulantes ſe intelligere: ſed taciti precabantur irritum fieri præſagium, ipſúmque maiore etiam odio proſequebantur. Deus autem aduerſus eorum inuidiam contendens, alteram viſionem Ioſepho immittit, priore magis mirabilem. Vidit enim ſolem cum luna & vndecim ſtellis deſcendere in terram, & adorare ipſum. Hoc ſomnium in præſentia fratrum, nihil mali de illis ſuſpicatus, patri indicauit, rogans vt interpretari dignaretur: quod ei non mediocri fuit voluptati. Præſagium enim ſomnij colligens, & ſapienter euentum coniiciens, gaudebat, eo quòd ingens filio felicitas portendi videretur: euenturum olim tempus quando tam à parentibus quàm à fratribus adoratione dignus haberetur. Intelligebat per ſolem ac lunam patrem & matrem, quòd altera augeret omnia & aleret, alter formam rebus & vim inderet. Porrò ſtellarum nomine fratres accipiebat, tum quòd numerus non diſcreparet, tum quia vim à ſole & luna habeatur. Et Iacobus quidem talem interpretationem non imprudenter attulit. Fratres autem Ioſephi valde contriſtauit id præſagium, haud aliter quàm ſi alieno cuipiam hæc felicitas portenderetur, ac non fratri, cum quo pariter omnibus fortunis frui poſſent, tam felicitatis quàm generis ſocij:

decreuérúntque adolescentem tollere: & hoc consilio comprobato, frumentis iam collectis, contulerunt se cum pecoribus in Sicima agrum pascuis percommodum, non præmonito patre. atque ibi pastoricias curas obibant. At ille nemine à gregibus veniente, nec certi quicquam nunciante, de filiis solicitus ac mœrens, mittit Iosephum ad greges cogniturum res fratrum, & quid agant renunciaturum.

CAP. III.

Quomodo Iosephus in Ægyptum venditus à fratribus illustris ibi factus est, & fratres tandem in sua potestate habuit.

Gen. 37. ILli autem viso fratre aduentante grauiter sunt, non ob aduentum germani à patre missi, sed tanquam inimico in manus suas à Deo tradito: volebántque confestim eum interimere, neque præsentem occasionem elabi sinere. Rubelus autem inter hos natu maximus videns eos conspirasse, conabatur impetum eorum remorari, docens quantum facinus molirentur, & quantam inuidiam pariturum. Nefariam rem haberi tam Dei quam hominum iudicio cædem hominis vel non cognati, sed longè sceleratius esse necis fraternę reos deprehendi, quo sublato etiam in patrem eam iniuriam redunditaturam, & matrem quoque in luctum ac diram orbitatem coniecturos. hos respicerent. reputantésque quantam eis calamitatem allatura sit mors filij tum probi tum natu minimi, abstinerent à tam nefario scelere. Deum quinetiam verentur spectatorem ac testem consilij contra fratrem initi. hunc si à cœpto desistant, accepturum eorum pœnitentiam atque resipiscentiam: sin pergant, fieri non posse quin exigat ab eis parricidij pœnas, cùm nihil ipsius prouidentiam latere possit, siue in solitudine admittatur, siue in ciuitate. Vbicunque enim sint homines, existimandum ibi Deum quoque adesse. Sed & propriam conscientiam post tantum scelus illis aduersariam fore, eam nunquam abire, siue bona sit, siue talis qualis ipsorum foret si fratrem interfecerint. Addebat, ne læso quidem fas esse germanum occidere. Satius esse dare veniam amicis, si cubi non fecisse officium videantur. Iosephum verò ne peccasse quidem in illos, cuius ætas miserationem potius mereatur, & illos, ipsos tutores ac protectores. Causam etiam cædis facinus eorum grauaturam, si videantur ob inuidiam futuræ felicitatis ei vitam ademisse, qua felicitate propter cognationem ipsis quoque frui licebat. Debere enim ita existimare, ipsorum esse quicquid Iosepho largitus fuerit. proinde cogitandum eo grauiorem fore indignationem Dei, si eum quem ipse omni bona fortuna dignum iudicasset interimendo, materiam diuinæ beneficentiæ subtraxerint. Hæc Rubelus & his plura commemorans conabatur eos absterrere à parricidio.

ἀδελφῷ, ἢ ὧν συναπολαύσῃ αὐτῷ εἰκὸς ἦν κοινωνὸς ἡ ἡδυέσεως, ἅτως ἡ δυδαιμονίας ἐσομένης. ἀνελεῖν τε ὡρμήκεσαν τὸ μειράκιον, καὶ ταύτῃ κυρώσαντες τὴν βουλὴν, ἐπειδὴ τὸ συκαμινῆς αὐτοῖς πέρας ἔχειν, ὅπῃ σιτιμῶσι ζαπέντες, χώρα δ' ἐστὶν αὕτη βόσκειν ἀγαθὴ θρέμματα καὶ νομὰς ἀφέρειν, αὐτὸ θι τὸ ποιμνίων ὑπομένουσι, μὴ προδηλώσαντες τῷ πατρὶ τὸ ἐκεῖσε ἄφιξιν. ὁ δ', ὑπὸ τὴν ἀγνοίας, καὶ τὸ μηδὲ ὑπὸ τῶν ποιμνίων πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαί τινα τὴν πρὸ τῶν παίδων αὐτῷ τὴν ἀληθῆς σημαίνειν δυνάμενον, σκυθρωπότερον τὴν πρὸ αὐτῷ ὄψιν λαμβάνων, καὶ πρὸ ἑνὸς ὢν, πέμπει τὸν Ἰώσηπον εἰς τὰ ποίμνια μαθησόμενον τὰ πρὸ τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὶ πράττοιεν, σημανοῦντα.

Κεφάλαιον γ'.

Ὡς Ἰώσηπος ὕστερον εἰς Αἴγυπτον πραθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν δι' ἃ πρὸς αὐτὸν ἐμήνατο, καὶ ἡμείνων ὀνήσας ἐκεῖ κύριος πρὸς, πὰς ἀδελφοὺς ἔσχεν ὑποχρίους.

ΟΙ δὲ τὸν ἀδελφὸν ὡς εἶδον πρὸς αὐτοὺς ἀφιγμένον, ἠθύμησαν μᾶλλον, ἀλλ' οὐχ' ὡς ἐπ' οἰκείᾳ παρουσίᾳ, καὶ παρὸς ἀπεσταλκότος, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἐχθρῷ, καὶ τὴν χεῖρα αὐτῷ κατὰ θείαν βάλλουσιν εὐδαιμονίαν. ἀναιρεῖν τε ἤδη καὶ μὴ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκφεύγειν ὥρμησαν. ὅτε δ' αὐτοὺς ῥᾳθυμοτέρους ὁρῶν ἐχοντας ὁ Ῥουβήλου καὶ πρὸς τὸ πρᾶξιν ὁμονοητικώτερος, ἐπειρᾶτο κατέχειν ὑποδεικνὺς τὸ μέγεθος τοῦ βλημάτος, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μῖσος. ὡς πονηρὸν μὲν καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώποις αὐτὸν δοκοῦν, καὶ τὸ μὴ συγγνώστοις ἀνθρώποις ἐγκλήσαι φόνον. πολὺ μᾶλλον δὲ μιαρώτερον τὸ, σφαγὴν ἀδελφοῦ δράσαντας ὀρθῶσαι ὧν πατήρ τε ἀναιρεμένῳ συναδικεῖ, καὶ μήτηρ εἰς πένθος καὶ παιδὸς ἀποστέρησιν οὐ κατ' ἀνθρώπινον γινομένην νόμον συγκαταπαύει. τούτων ἐν αὐτῷ φόβῳ λαβόντας, καὶ τῷ λογισμῷ τὸ πεῖσον τὴν θυμικὸν αὐτοῖς παιδὸς ἀγαθὸν καὶ νεωτάτῳ προσαθεμένους, ἀποκρύψαι τὸ βλήματος παρακαλεῖ, καὶ τὸν θεὸν εἰσάγειν ὡς θεατὴν ἅμα καὶ μάρτυρα ἤδη καὶ τὸ βουλῆς αὐτὸ τὸ ὅτι τὸν ἀδελφὸν ἐγχειρήσουσι. ἀποστάντας μὲν τὸ προθέσεως ἀγαπήσειν μετανοίᾳ καὶ τῷ σωφρονεῖν εἰσάγειν. προσελθόντας δ' ὅτι ἔργον ἀνθρώπου ἐστὶν ἰδεῖν καὶ εἰσαφάξαι τὸ ἀδελφοκτονίας δίκην μείναντας αὐτῷ τὴν παντάχῃ παρεῖσαν προνοίαν, καὶ μήτε τὸν ἐπ' ἠρημίας θεατὴν ὑφορωμένους ὑστερεῖσθαι μήτε τῶν καὶ τὰς πόλεις. ὁ πᾶς δὲ ἄνθρωπος αἰδῆ, χρὴ δοκεῖν σέβεσθαι παρεῖναι τὸν θεόν. τό τε σωφρονοῦν αὐτοὺς τὸ ἴδιον ἔξειν ἐχθρὸν ὅτι τοῖς βλημηθεῖσιν ἐλεγχόν, ὃ μήτε τοῖς ἀγαθὸν αὐτὸ ἔχουσι, μήτε τοῦ βίου ὁ ποῖόν αὐτοῖς συνοικήσῃ τὸν ἀδελφὸν ἀνελεῖν, ὄξιν ἀποδραῖναι. προστεθῆ δὲ καὶ ταῦτα τοῖς προειρημένοις, ὡς ἀδελφὸν ὄντα καὶ ἀδικήσαντα κτείνειν ὅσιον. καλὸν δὲ καὶ τὸ μὴ μνησικακεῖν τοῖς ἅτε φίλοις, ὑφ' ὧν ἁμαρτεῖν ἐδόκουν. ἰώσηπον δὲ καὶ πονηρὸν εἰς αὐτοὺς γεγονότα, ἀχαριστέστερον. ᾧ τὸ καὶ ἡλικίας ἀσθενὲς μᾶλλον ἔλεον καὶ τὸ παρ' ὑμῶν αὐτῷ ἐρανίζειν κηδεμονίαν. ἅτε αἰτίᾳ τὸ ἀναιρέσεως, πολὺ χείρονα τὴν πρᾶξιν αὐτῷ τιθῆσι, δίκῃ φθόνου τῷ ἐσομένων ἀγαθῶν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐξαγαγεῖν δικαιοκότων, ὧν τὸ ἴσον ἀπολαύουσι κοινωνοῦντες αὐτῷ τὸ μετουσίας, οὐκ ἀλλοτρίων ὄντων ἀλλ' οἰκείων. ἰδίᾳ γὰρ ἑκὼν αὐτῷ ἐπολαμβάνην ὅσα θεὸς ἰωσήπῳ δώσει προσήκειν ἂν τὸ ὀργὴν καὶ δίκῃ τὸ καλῶς ἔχειν, χαλεπωτέραν ἔσεσθαι νομίζειν. εἰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ κεκεμένου τὸ ἐλπιζομένων ἀγαθῶν ἄξιον ἀποκτείναντας ἀφαιρήσονται τὸν θεὸν ὧν ταῦτα χαρίσηται, καὶ ὁ μὲν ῥοβήλος ταῦτα λέγων καὶ πρὸς τούτοις ἔτι πλείω, καὶ ὁ ὅμιλος, ἐπράττετο τοῖς τὸ ἀδελφοκτονίας αὖθις ἀποχέπτειν ἐπεί.

ἐπεὶ δ' ὐδὲν μᾶλλον τοὺς λόγους ἐώρα γιγνομένους, ἀλλὰ καὶ δύσνοιαν ὅτι τὴν ἀναίρεσιν, συνεβούλευε τὸ κακὸν αὐτοῖς ὑπεκστῆσαι ποιήσαντας τῷ ξόπτῳ τὴν ἀναίρεσιν. καὶ γὰρ ἀμείνους μοίρους παρίωσε τὸν φρῶτον, πειθόμενος λέγων αὐτοῖς. ἐπεὶ δ' ἐκράτησαν ὡς τε ἀνελεῖν τὸν ἀδελφὸν, ἂν ἔσεσθαι σφόδρα κακοῖς οἷς νῦν παραινεῖ φιλοῦντας. ἐν γὰρ τούτοις εἶναι καὶ τὸ ἔργον ἐφ' ὃ καὶ δύσνουσιν, οὐ μέντοι τοιοῦτον, ἀλλ' ὡς ἂν ὑπόστοις κεφάτερον. ἠξίουν γὰρ αὐτοὺς, αὐτόχειρας μὴ γενέσθαι τὰδελφοῦ. ῥίψαντας εἰς τὸ παρακείμενον λάκκον, ἕως ἀποθανεῖν ἅπασι, καὶ τὸ γε μιαιφονῆσαι τὰς χεῖρας αὐτοὺς περιδεῖν. συμφησάντων δὲ τούτοις τῶν νεανίσκων, ὁ Γαλαδηνὸς ῥύβηλος τὸ μὲν ἱμάτιον, καὶ καλωδίῳ σκληρῷ, ἠρέμα καθίμησεν εἰς τὸν λάκκον, καὶ γὰρ ἱκανῶς ὑγρὸς ἦν. καὶ ὁ μὲν τοῦτο ποιήσας, ἀπαλλάσσετο καὶ ζήτησιν χωρίων ἐποιεῖτο νομάς ὑποτιθείων. ἰδὼν δὲ ὁ αὐτὸς ὢν τὸν ἰακώβου πάσσον, ἐμπόρους ἰδὼν ἀράβας τοὺς ἰσμαηλιτικοὺς γένους, ἀρώμασι καὶ σύροις φορτία κομίζοντας εἰς αἴγυπτον ἀπὸ τῆς Γαλαδηνῆς, μετὰ ἀναχώρησιν. τοῖς ῥυβήλου τοῖς ἀδελφοῖς συνεβούλευσεν ἀνιμήσασθαι τὸν ἰώσηπον ἀπεμπολήσαι τοῖς ἀράψιν. ἐκείνου τε γὰρ, ὅτι ῥᾳδιώτατα γιγνόμενον κάντεῦθεν ἥδιστα τοῖς ξένοις, ἑαυτούς τε τοῦ μιάσματος ὅτου ἀπαλλαγήσεσθαι. δόξαν δ' ἂν ἔτι τοῖς ἐμπόροις ὑποδίδοσθαι τὸν ἰώσηπον ἀνελκύσαντες ἐκ τοῦ λάκκου μνῶν εἴκοσι ἐπταπαίδεκα ἐτῶν γεγονότα. ῥάβηλος δ', νύκτωρ ὅτι τὸν λάκκον ἐλθὼν σῶσαι τοὺς ἀδελφοὺς λαθὼν τὸν ἰώσηπον ἐγνώκει. καὶ ὡς ἀνακαλυμμένον μὴ ὑπάρχοι, δείσας μὴ ἐφθάρκασιν αὐτὸν μετὰ τὴν ἀναχώρησιν αὐτοῦ, κατεμέμφετο τοῖς ἀδελφοῖς. τῶν δὲ τὸ θεαχθὲν αὐτῷ φρασάντων, παύεται τῷ πένθους ὁ ῥάβηλος. ὡς δ' ταῦτα ἔδει τὸν ἰώσηπον τοῖς ἀδελφοῖς ἐπίθεακτο, τὸ ποιήσαντες αὖ ἔξω τῆς ὑποψίας ὦσθαι τοῦ πατρὶ γλυκθεῖεν ἐζήτουν. καὶ δὴ τὴν χιτωνίσκον, ὃν ἐνεδεδυμένος ἀφῖκτο μετὰ τοὺς αὐτοὺς ὁ ἰώσηπος, διεμπήκεσαν δ' αὐτὸν ὅτε καθίεσαν εἰς τὸν λάκκον, ἔδοξεν αὐτοῖς δίχα παραξάσαι αἵματι τέρατου μηλωτὴν, καὶ τῷ πατρὶ δεῖξαι φέροντας, ὡς αὐτὸν θηρίων αὐτῷ φανεὶς διεφθαρμένος. καὶ τοῦτο ποιήσαντες, ἦκον πρὸς τὸν πρεσβύτην, ἤδη τοῦ τοῦ τὸν υἱὸν εἰς γνῶσιν ἀφιγμένου. ἔλεγον δ' τὸν μὲν ἰώσηπον ὅτ' ἰδεῖν, ὅτ' οἵα κέχρηται συμφορᾷ, μεμαθηκέναι. χιτῶνα δ' τοῦτον ἀρεῖν ἡμαγμένον καὶ λελακισμένον. ὅθεν αὐτοῖς ὑποψίαν εἶναι, μὴ θηρίοις αὐτὸν ἀπολωλέναι, εἰς τοῦτον ἐνδεδυμένος οἴκοθεν ἐξάλη. ὁ ἰακώβου δ' ὅτι κρείττονας ὧν ἐλπίσιν ὡς ἰωσήπου δόξαν ἔδοξεν αὐτῷ τὸ παιδὸς, τοῦτον μὲν ἀφίησι τὸν λογισμόν. πίστιν δ' αὐτῷ τὸ τελευτῆς ἐναργῆ τὸν χιτῶνα ὑπολαβών, καὶ δ' ἐγνώρισεν ὡς ἐκεῖνον αὐτὸν ἐνδεδυμένον ἐκπέμπει πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, ὡς ὅτι νεκρῷ τὸ λοιπὸν ἔτους δέκατον ὅτι τῷ μεμφομένῳ, πενθῶν, καὶ ὡς ἑνὸς πατὴρ ὢν, καὶ τὸ ἐξ ἄλλων ἀδημονείας ἐσερημένος, ἕτους ἰῶ πρὸς τῷ κακῷ, πρὶν ἢ τοῖς ἀδελφοῖς συμβαλεῖν εἰκάζων ὑπὸ θηρίων ἰώσηπον ἁφανῆ γεγονέναι. ἐκαθέζετο δὲ σακκίον ἐξαψάμενος καὶ τῇ λύπῃ βαρὺς, ὡς μὴ δ' ὑπὸ παίδων παρηγορεῖσθαι αὐτῷ ῥᾴων γενέσθαι, μήτε κάμινον τοῖς πόνοις ἀπαγορεύειν. ἰώσηπον δ', πωλούμενον ὑπὸ τῶν ἐμπόρων, ὠνησάμενος πετεφρὴς ἀνὴρ αἰγύπτιος, ὅτι τῷ φαραώθ μαγείρων τῷ βασιλέως, εἶχεν ἐν ἁπάσῃ τιμῇ. καὶ παιδείαν τε τὴν ἑλληνικὴν ἐπαίδευε, καὶ διάτῃ χρήσασθαι κρείττονι τοῦ ὅτι δούλῳ τύχης ἐπέξεπεν. ἰσχύειν τε τῷ καὶ τὸν οἶκον ἐποίησεν. ὁδὲ, τούτων τε ἀπέλαβε, καὶ τιμῶ ἧπερ ἐν αὐτὸν, δεῖ ὑπὸ τῆς μεταβολῆς ἐγκατέλειπεν.

A Postquam autem nihil se proficere vidit, sed omnino ad cædem accensos, consulebat vt saltem modum necis mitiorem eligerent. Dissuasisse quidem se primum pro viribus, sed quandoquidem semel decretum sit fratrem tolli, minus mali futurum si suo consilio pareant. Sic enim voluntatem eorum habituram effectum, leuiorem tamen ac minus malum, si ad eædem conferatur. Satius esse temperare à manibus, & proiectum in proximum puteum illic extingui sinere, vt saltem manus puras seruarent. In hanc sententiam itum est, abductúmque adolescentem Rubelus fune religatum B demisit sensim in puteum: erat enim satis siccus. Quo facto abiit pascua quæsiturus. Iudas autem vnus è Iacobi filiis, conspicatus negotiatores Arabas Ismaelitici generis, aromata & Syriacas merces deferentes in Ægyptum è Galadena, profecto iam Rubelo consilium dedit fratribus vt extractum Iosephum venderent Arabibus. & illum enim hoc pacto ablegatum C apud exteros moriturum, & se impolluros permansuros: quo approbato, eximunt eum, & negotiatoribus vendunt viginti minis annos septendecim natum. Rubelus autem noctu ad puteum veniens insciis fratribus seruare Iosephum voluit. quo frustra inclamato suspicatus per suam absentiam interemptum, fratres incusabat: cognitóque quid accidisset, lugere desiit. his perpetratis fratres consultare cœperunt quomodo patris suspicionem à se alienarent. placuit tandem tunicam qua indutus Iosephus ad eos venerat, quámque demittendo in puteum detraxerant, laceratam prius sanguine hircino inficere, atque ita patri allatam ostendere, vt à feris deuoratum putaret. quo facto venerunt ad senem, non ignarum de infortunio filii, aiebant autem Iosephum quidem neque vidisse se, neque scire quid illi accideritz tunicam tamen hanc inuenisse laceram & E cruentatam. quamobrem suspicari belluarum incursu perisse, si tamen eam indutus domo exiuerit. Iacobus autem qui hactenus leuius malum sperauerat, captiuum aliquò abductum puerum, opinionem hanc iam abiecit, euidens argumentum necis tunicam ratus: agnoscebat enim eam esse qua indutum miserat: iámque haud aliter quàm extinctum se afflictans, lugebat tanquam vnicum, alterorum consolationem non admittens, quòd nihil dubitaret in itinere à feris deuoratum. Sedebat ergo sacco amictus, & neque filij consolando quicquam proficiebant, nec ipse luctum satietate remittebat. Iosephum autem de negotiatoribus emptum Petephres vir Ægyptius, qui Pharaothis coquis *Gen. 39.* præerat, habuit liberaliter, quem & disciplinis ingenuorum erudiendum curauit, & victu commodiore quàm pro seruili conditione vti præcepit: denique totius domus curæ præposuit. ille verò fruebatur concessis, nec tamen innatam virtutem G propter hanc sui status mutationem amisit:

III.

docuitque prudentiam aduersanti fortunæ non succumbere, si quis ea legitimè, & non secundis tantùm in rebus vtatur. Herilis enim vxorum dexteritate eius tum forma in amorem illecta, ratáque si rem aperiter se faciliùs eò potituram, & in parte felicitatis habiturum si contigeret ab hera se rogari, æstimans eum magis ex præsenti conditione quàm ex immutabili morum generositate, concupiscentia detecta mentionem de concubitu facit. at ille preces eius repulit, nefas ducens talem ei gratiam referre, quæ cùm tam benigni Domini contumelia & iniuria coniuncta esset. quin & ipsam hortabatur vt morbo suo repugnaret, negans vnquam se in hac re illi obsequuturum. Desineret sperare, quo potiri non liceat: sic enim fore vt mala cupiditas facilè sedetur. se quidvis potius perpessurum, quàm vt huic eius voluntati pareat. quamuis enim aduersari heræ ferum non deceat, ipsam tamen rei fœditatem reclamare ne quid tale admittatur. Illam verò repulsa magis etiam accendebat, quòd non putaret Iosephum pernegaturum: & non cessante morbo, secundas illi machinas admouere cogitat. Ergo publico festo instante, cuius celebritatem fœminas quoque frequentare mos erat, fingit morbum apud maritum, captans solitudinem, & ad Iosephum sollicitandum opportunitatem. quam nacta supplex blanditiis talibus eum adoritur. Satius quidem erat primis precibus non repugnantem cedere, idque vel dignitati precantis deferre, vel amoris vehementiæ, qua cogente oblita me dominam ad tam abiecta verba descendi: sapies tamen si vel nunc cedes, & prius erratum corriges. siue enim iterum rogari expectabas, iam facio accuratiùs etiam quàm antè. nam & ægritudinem ad hoc finxi, & festi lætitiam tuæ consuedini posthabui. siue priùs diffidebas, non tentari te maliciosè certo argumento colligere potes, quia in eadem voluntate perstо. quare aut præsentem voluptatem elige, & amanti obsequere, maiora etiam commoda expectans: aut odium meum & vindictam, si meæ gratiæ castitatis opinionem præferes. Nihil ea te iuuabit, mihi crede si ad maritum te deferam, & de stupro me appellatam dicam. quantumlibet tua veriora fuerint, meis verbis maiorem fidem habiturus est Petephres, quàm tuis. ad hæc verba lacrymásque verborum testes, nec misetatione induci, nec terrore cogi potuit, quo minus perstaret in suo pudicitiæ proposito: constantérque restitit intentanti iniustam afflictionem, malens acerbissima quæque sufferre, quàm oblatis perfrui: non ignarus iusto se dignum supplicio, si quicquam tale in mulieris gratiam admitteret. Ipsam quoque officij sui monuit, iurisque coniugalis ac consuetudinis, iubens huius maiorem habere rationem, quàm momentaneæ libidinis: huic enim præstò esse pœnitentiam, quæ factum quidem doleat, infectum tamen reddere non possit: adesse & timorem continuum, qui pro magno habeat non prodi suum dedecus:

ἀλλὰ διδάξει τὸ φρόνημα κρατεῖν τῆς ἐν τῷ βίῳ δυσκόλων διαμάχου, οἷς αὐ παρῇ γνησίως, καὶ μὴ πρὸς τὰς ἀκαιρίας, τὰς κτᾶσθαι μόνον ἁρμοσμένου. τὴν δὲ τοῦ δεσπότου γυναῖκος, ἀφ' ἧς τε τὴν εὐμορφίαν, καὶ τὴν πρὸς τὰς πράξεις αὐτῆς δεξιότητα ἐρωτικῶς διατεθείσης, καὶ νομιζούσης εἰ ποιήσειεν αὐτῇ τοῦτο φανερὸν ῥᾳδίως πείσειν αὐτὸν εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν, δυτύχημα ἡγησαμένου τὸ τοῦ δεσπότου αὐτῇ δεηθῆναι, καὶ πρὸς τὸ χῆνμα τότε δυλείας, ἀλλ' ἐκ πρὸς τὴν ὄρεξιν ἀφορώσης τοῦ καὶ πρὸς τὴν μεταβολὴν πρᾳμένοντα, τήν τε ὀπιθυμίαν αὐτῆς ποιησάσης καταφανῆ καὶ λόγες προσφερούσης πρὸς μίξεως, παρέπεμπε τὴν ἀξίωσιν, ἐκ κείνας ὅσιον εἶη ζημιώτην αὐτῇ δίδοναι χάριν, ἐν ἧ τοσαύτης ἕξιν κότες τιμῆς, ἀδικίαν συνέβαινεν εἶη καὶ ὕβριν. ἀλλὰ κρατεῖν τὰ τοῦ πάθες κἀκείνλευ πρυκαλεῖ, τὴν ὑπόγνωσιν τοῦ ζέσεως τὴν ὀπιθυμίας προβαλλόμενος. ςαλήσεσθαι γάρ τε αὐτῇ τοῦτο μὴ παρύσης ἐλπίδος, αὐτὸς τὰ πάντα μᾶλλον ὑπομένειν ἔλεγλυ, ἢ πρὸς τὸ καταπρθῆς ἔσεσθαι. καὶ γὰρ εἰ τῇ δικαιοσύνῃ δ' ἕλον ὄντα δεῖ ποιεῖν ἐναντίον μηδὲν, ἢ πρὸς τὰ τοιαῦτα τὸ προσμήτων ἀπλοῦν πολλὴν αὖ ἔχοι παραίτησιν. τῇ δ' ἔτι μᾶλλον ἐπέτεινε τὸ ἔρωτα μὴ προσδοκώσῃ τὸ ἰώσηπον αἰτιᾶσθαι. καὶ δεινῶς ὑπὸ τοῦ κακῦ πολυρκεμένη, δευτέρα πάλιν πείρα προσεπιθυμεῖ κατεργάσασθαι δημοτελὲς ἐν ἑορτῇ θύσασα, καθ' ἣν εἰς τὸ παύεσθαι ἐγγυᾶν γυναιξὶ φοιτᾶν νόμιμον ἦν, σκηπτεῖ νόσον πρὸς τὸ ἄνδρα, θηρωμένη μόνωσιν καὶ σχολὴν εἰς τὸ δεηθῆναι τοῦ ἰώσηπε. καὶ γλυκομένης αὐτῇ ζωῆς, λιπαρωτέρες ἐπὶ τὸ ρώτων αὐτῷ προσιένγκατο λόγοις. ὡς καλῶς μὲ εἶχεν αὐτὸν μὴ τὸ ἐξ ἀρχῆς δίκαιον εἶξαι καὶ μηδὲν αὐτρωπίνεαν, κατά τε τὸ δ' ἐγκαλέσας ἐκ ἔροπλῳ ἐκ τοῦ πάθες ἐκβολῇ, ὑφ' ἃ διαδεῖν δέκαιονα ἔσα τοῦ κατ' αὐτὴν ἀξιώματος ταπφωτέραν γλυέσθ. φρονήσ τε καὶ νεῦ ἄμεινον ἐνδοὺς, καὶ τὸ ὀπὶ τοῖς παρελθοῦσιν ἄγνωμον διορθώσε). εἰ τε γὰρ δευτέραν δέησιν ἐξεδέχετο. ταύτην γεγονέναι καὶ μὴ πλέονος ἀναιδῆς, νόσον τε τὸ προφασίσασθαι καὶ τὸ ἑορτῆς, καὶ τὸ παυηγύρεως τοῦ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν προτιμῆσαι. εἰ τε τοῖς ρώτοις ὑπὸ ἀπιςίας αὐτέκρυσε λογισμοῖς, τοῦ μηδὲ μίαν κακουργίαν εἶη κείνῃ σύμβολον τὸ τοῖς αὐτοῖς ὀπιμένειν. προσδοκᾶν τε τῇ παρόντων ἀγαθῶν ὄνησιν, ὧν ἤδη μετέχῃ προσδόμενον αὐτῆς τῷ ἔρωτι, καὶ μειζόνων ἀπολαύειν, ὑπήκοον γλυόμενον. ἀμύναν ἢ καὶ μῖσος παρ' αὐτῆς ἀποτραφέντα τοῦ ἀξίωσιν, καὶ τοῦ χαρίζεσθαι τῇ δεσποίνῃ τὸ σωφρονισμὸς δόκησιν προτιθέμενον. ὁ γὰρ αὐτὸν τοῦτο ὠφελήσειν ζαπήσης εἰς κατηγορίαν αὐτοῦ, καὶ κατεγδυσκαμένης πεῖραν ὀπὶ τυράννι. προσοίσειν ἂ μᾶλλον τοῖς αὐτῆς λόγοις πετεφρῆν, ἢ τοῖς ἐκείνε, κἂν ὅτι μάλιστα ἀπὸ τοῦ ἀληθείας φέρηται, ταῦτα λεγούσης τὸ γυναικὸς καὶ δακρυούσης, ὥστε εἶκτος αὐτὸν μὴ σωφρονεῖν ἔπεσεν, ὥστ' ἰωάγκασε φόβος, ἀλλὰ τοῦ δίκαιον αἰτιᾶσθαι καὶ τοῦ ἀπειλαῖς ἐκ ἐνδώσειε δείσας παθεῖν ἀδίκως, καὶ ὑπομένειν τι τὴν χαλεπωτέρων εἵλετο μᾶλλον, ἢ τὴν παρόντων ἀπολαύειν, χαρισάμενος ἐφ' οἷς αὖ αὐτοῦ συνοίδ δικαίως ἀπολειμένῳ. χάμε τε αὐτὴν ὑπεμίμησκε, καὶ τὸ ἀρὸς τὸ ἀνδρα συμβώσεως. καὶ τέτοις τὸ πλέον νέμειν, ἢ τῇ προσκαίρῳ τοῦ ὀπιθυμίας ἡδονῇ παρεκάλ. τὸ ὃ μὲν ἐκ μετανοίαν ἐξέσης αὖθις ἐπ' ὀδύνῃ γλυπομένου, ἐκ ὅτι διορθώσει τὴν ἡμάρτημένων, καὶ φόβον τὸ κατάφωσεν γλυέσθαι, καὶ χάριν τοῦ λαβεῖν ἀγνουμένε τοῦ κακοῦ. τὸ ὃ πρὸς τὸ μὲ δεα κοινωνίας ἀπόλαυσαν ἐχέσης ἀκίνδυνον.

ἐκ ἀρὸς

καὶ πρὸς ἅπαν πολλῷ τῷ ἀπὸ τοῦ συνειδότος καὶ πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίαν ἢ πρὸς ἀνθρώπους. καὶ ὡς αὐτὴ μᾶλλον δεσπόσῃ, μίανασα καθαρὰ, ἢ δεσποίνης ἐξουσίαν χρήσηται πρὸς αὐτὸν ἀλλ' ὑ συνεξαμαρτάνοντος αἰδοῖ· πολὺ γὰρ κρεῖττον εἶ θαρσεῖν ὅπλῳ νομίοις; τοῖς δὲ βεβιωμένοις, ἢ ὅτι λανθανέσῃ κακοπραγία. ταῦτα λέγων καὶ ἔτι πλείω τούτοις ὅμοια, τῷ τῆς γυναικὸς ὁρμῷ ὅπιχεῖν ἐπειρᾶτο, καὶ τὸ πάθος αὐτῆς εἰς λογισμὸν ὅπισρέφειν. ἡδὲ βιαιότερον ἐχρῆτο τῇ παρουσίᾳ, καὶ ὅπιβαλοῦσα τὰς χεῖρας, ἀναγκάζειν ὑπογνῶσα τὸ πεῖθειν ἤθελεν. ὡς δ' ἐξέφυγεν ὑπ' ὀργῆς ἰώσηπος, καὶ πρόσκαλεπὸν τὸ ἱμάτιον, κατεχούσης αὐτὸν ἐκ τούτου, ἐξεπήδησε τῶ δωματίῳ, φοβερὰ γὰρ μὴ κατείπῃ πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς ὕβρεως, φαιλοτίμως ἔχουσα φθάσας κατηγόρησαι πρὸς τὸν πετεφρῆ ἔγνω τῷ ἰωσήπου, ἢ τούτῳ τῷ ἤθει τιμωρήσας μὲν αὐτὸ δεινῶς ἀφηφανισμένῳ, πρόλαβεῖν ὃ τῷ διαβολῇ, σοφὸν ἅμα καὶ γυναικεῖον ἡγήσατο. καὶ κεκάθικτο μὲν κατηφὴς ἢ συγκεχυμένη, τῷ ὅτι τῷ διαμαρτεῖν τῆς ὀνθυμίας λύπῃ ὡς ὅτι πείρᾳ διαφθορᾶς πλασαμένη μετ' ὀργῆς. ἐλθόντι δ' ἀνδρὶ καὶ πρὸς τὴν ὄψιν ταραχθέντι καὶ πιεσθανομένῳ τῷ αἰτίαν, τὴν κατηγορίας ἰωσήπου κατήρξατο, καὶ τεθνάναι εἶπεν αἴρει, ἢ πονηρὸν δοῦλον κοίτῃ μιᾶναι τῷ σῷ ἐθελήσαντα κόλασον. ὃς, ἐπὶ οἷς ὧν εἰς τὸν ἡμέτερον οἶκον ἀφίκται μηνθεὶς ἐσωφρόνησεν, ἐφ' ὧν ἐκ τῆς χρηστότητος ἔτυχεν. ἀλλ' ἀχαρίστος ὢν αὖ εἰμὴ πάντα παρεῖχεν αὐτὸν ἀγαθὸν εἰς ἡμᾶς, ἐπεβούλευσε γυναῖκα γάμου τὴν σὴν, καὶ ταῦτα ἐν ἑορτῇ τῷ σῷ ἀπουσίαν φυλακὰς, ὡς ὅσα καὶ μέτεισιν ἐδόκει πρότερον δι' ἃ ἐκ σοῦ φόβον ἠρέμει καὶ ἐκ φύσεως χρηστὸς ὢν τοιοῦτον δ' ἄρα τὸ παρ' ἀξίαν αὐτὸν καὶ παρ' ἐλπίδας εἰς τιμῶ παρελθεῖν ἐποίησεν ὡς δέον, ᾧ τῷ τῆς κτήσεως τῆς σῆς πίστιν καὶ τῷ οἰκονομίαν λαβεῖν ἐχώρει. ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἰκετῶν πρόμηθείαν τούτῳ ἢ τὴν σῆς φαύειν γυναῖκος. παυσαμένη δ' τῶν λόγων, ὑπεδείκνυεν αὐτῷ τὸ ἱμάτιον, ὡς ὅτ' ἐπεχείρει βιάσασθαι καταλιπόντα αὐτό. πετεφρὴς δ' μήτε δακρύσῃ τῇ γυναικὶ, μήθ' οἷς ἔλεγε καὶ εἶδεν ἀπιστεῖν ἔχων, τῶν τε πρὸς αὐτὸν ἔρωτι πλέον νέμων, ὅπι μὲν τῷ τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν οὐκ ἐζήτει. δοὺς δ' συμφρονεῖν τῇ γυναικὶ, πονηρὸν δ' εἶ καταλείνας τὸν ἰώσηπον, τὸν μὲν εἰς τῷ τῶν κακούργων εἰρκτῶν ἐνέβαλεν. ὅπι δ' τῇ γυναικὶ ἢ μᾶλλον ἐφρόνει, κοσμιότητα ἢ συμφροσύνῃ αὐτῆ μάρτυρων. ἰώσηπος μὲν οὖν πάντα ὅπι τῶν θεῶν ποιησάμενος τὰ πρὸς αὐτὸν, οὐδ' εἰς ἀπολογίαν οὐδ' ἐπ' ἀκριβῆ τῶν γεγονότων δήλωσιν ἐτράπη. τὰ δεσμὰ δ' καὶ τῷ ἀνάγκαιον σιγῶν ὑπῆλθεν, ἀμείνονα ἔσεσθαι τῶν δεδωκότων θαῤῥῶν, τὸν τῷ ἀρίστην τ' συμφορᾶς καὶ τῷ ἀλήθειαν εἰδότα θεὸν, ἔ πεῖραν τ' προνοίας δώσειν ἐλάμβανεν. ὁ γὲ δεσμοφύλαξ τῷ ὅπιμέλειαν καὶ τ' πίστιν αὐτῷ καταγνόησας ἐν οἷς τάξειεν αὐτὸν, καὶ τὸ ἀξίωμα τ' μορφῆς, ὑπανίεσε τῶν δεσμῶν, ἢ τὸ δῆνον ἐλαφρότερον ἐποίει. διαίτῃ δ' χρήσασθαι κρείττονι δεσμωτῶν ἐπέτρεπε. τῶν δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς ὄντων, ὁπότε παύσαιντο τῆς πρὸς τὰ ἔργα ταλαιπωρείας, εἰς ὁμιλίαν οἷα φιλεῖ καὶ κοινωνίαν τῆς ὁμοίας συμφορᾶς ἐτρέποντο, καὶ παρ' ἀλλήλων τὰς αἰτίας ἐφ' αἷς κατακεκρίθεσαν ἀναπυνθανόμενοι, οἰνοχόῳ τῷ βασιλέως καὶ σφόδρα δ' αὐτῷ τιμώμενος, κατ' ὀργῆς δεδεμένος, καὶ συνδιαφέρων τῷ ἰωσήπῳ τὰς πίδας;

A at coniugalem consuetudinem & voluptatem habere securam, & conscientiæ fiduciam tam apud Deum quàm apud homines. quin & conducibilius esse, si impolluta manens habeat se herili iure subditum, potius quàm flagitij communis conscium. satius enim esse conscientia rectè factorum, quàm peccati latebris fidere. his & aliis similibus verbis mulieris impetum retundere conabatur. eámque à praua affectione ad rationis arbitrium reuocare. at illa vehementius instabat, & cum verbis nihil proficeret, iniectis manibus hominem ab obsequium cogere nitebatur. Ibi verò Iosephus intemperias mulieris vlterius non ferens, relicta etiam interula ex qua retinebatur, prosilit è cubiculo. Illa partim repulsæ dolore, partim metu ne suam petulantiam maritus cognosceret, decreuit prior Iosephum falsò deferre, & hoc pacto vindictam de eo sumere, dignum mulicbri astutia ratá, si accusationem præoccuparet. itaque sedebat mœrens & perturbata, qui erat dolor ob frustratam libidinem, esse indignationẽ tentatæ pudicitiæ simulans. Marito autem reuerso, & ad hunc aspectum turbato, causámque scitante, Ne viuas, inquit, marite, ni scelestum seruum, cubile tuum violare conatum, digna pœna mulctaueris, oblitum & qualis in ædes nostras venerit, & quanta beneuolentia sit à te complexus: qui ingratissimus habendus ni omnibus modis frugi se approbaret, nẽ à coniugio quidem tuo iniuriam abstinuit. idque die festo obseruata absentia tua, vt facile apparet, modestiam quam prius præ se ferebat, ab herili metu non ab indole recta profectam. Quod vt auderet, à te præter spem ac meritum indulgente corruptus est. videns enim omnia tua bona fidei ac dispensationi suæ credita, grandioribúsque conferuis se præpositum, æquum putauit vxorem quoque tuam attrectare. & vt verbis fidem astrueret, protulit tunicam, quasi in colluctatione relictam. Petephres autem victus oratione ac lacrymis mulieris, & coniugis amori plus æquo tribuens, omissa ampliore veritatis inquisitione, collaudata priùs vxoris fide, audacis facinoris Iosephum damnatũ in maleficorum carcerẽ coniecit: ob vxorísque pudicitiam magis sibi placebat, testis iam compertæ ipsius honestatis. Iosephus autem innocentiam suam IV. Deo committens, neq; se defendere curauit, neque rem ita vt gesta erat indicare: sed vinculorũ necessitatẽ tacitus ferens, vna spe consolabatur, nimirũ potentioré esse Deum his qui se vinxerant, cuius prouidentiam cõfestim est expertus. Custos enim carceris tũ fidem eius ac diligentiã in absoluendis operũ pensis considerãs, tũ formæ dignitaté, soluit eũ à vinculis, eámque miseriam aliquantò leuiorẽ reddidit: victu etiã commodiore quàm reliquos vinctos vti permisit. Cæterum his qui in eodem erant ergastulo, quoties labor intermitteretur, confabulãtibus ita vt solẽt miseriarum socij, & inter se causam damnationis percontantibus, pincerna quidam regi charus, per iram ab illo ad compedes damnatus: familiaritatem cum Iosepho contraxit:

Gen. 40.

& quia prudentem existimauit, visum somnium ei exposuit, orans indicaret si quod subesset prælagium, deplorans suum infortunium, cui non satis erat regis indignatio, nisi per quietem etiam somniis diuinitus turbaretur. Aiebat enim se in somniis vidisse trium palmitum vitis vuas è singulis enatas pendere grandes iam & vindemiæ tempestiuas: eásque se exprimere, subdente rege phialam. Colatum deinde mustum se obtulisse regi, illúmque libentet bibisse. Narrato hoc somnio rogabat vt si quid scientiæ datum à Deo haberet, interpres vilionis esse dignaretur. Ille verò bono animo hominem esse iubet, & expectare intra triduum solutionem à vinculis, rege ipsius ministerium requirente, ad quod ei denuo sit redeundum. Interpretabatur enim vitem fructum mortalibus in bonum vsum afferre, quandoquidem eo conciliante fides ac amicitia inter ipsos santiatur, & inimicitiæ dissoluantur, adhæc molestiæ mœroréque vsu eius discutiantur, pro quibus lætitia succedat. Hunc ais, inquit, manibus tuis expressum accepisse regem. Scito igitur bonum tibi somnium oblatum, & significare miseriæ huius remissionem intra tot dies, ex quot palmitibus fructum vindemiasti in somniis. Tu verò memento mei postquam euentus hanc faustam prædictionem non falsam approbauerit: & iam liber ne despexeris nos in hac miseria, in qua relinquimur te ad prænuntiatam hanc felicitatem discedente. neque enim fontes in hæc vincula sumus compulsi, sed ob virtutem ac modestiam quasi malefici punimur, quòd potiorem habuerimus honorem domus in qua versamur, & eius qui nos huc contrusit, quam propriam voluptatem. Atque ita pincerna, vt par erat, lætus hoc interpretamento euentum expectabat. Alius verò quidam seruus pistoribus regiis præpositus, in eisdem vinculis degens cum pincerna, ex tam fausta Iosephi interpretatione spe concepta, quia & ipse somnium viderat, rogat eum quidnam sibi quoque præteritæ noctis visio portenderet: erat autem huiusmodi. Tria canistra, inquit, supra caput baiulare mihi videbar. ex his duo panibus erant plena, tertium carnibus & variis eduliis, qualia regibus apparari solent. Deuolantes autem alites absumpsisse omnia. ipso licet arcente nihil deterritas. His dictis simile priori præsagium expectabat. Tum Iosephus coniectura somnij facta, præfatúsque quòd mallet ei lætiora prænuntiare, quàm quæ somnium portenderet, dicit duos omnino dies vitæ ipsi superesse. Hoc enim significare canistra. tertia verò cruci suffixum ab alitibus deuorandum, quas à se arcere non posset. Nec aliter euenit vtrisque, quàm vt Iosephus prædixerat. Ad præscriptam enim in somniis diem rex natalium epulum celebrans, præpositum pistorum in crucem egit: pincernam vinculis exemptum ministerio pristino restituit. Iosephum autem post biennij tempus in miseria carceris exactum, nihil interim ab ingrato pincerna adiutum, Deus eripuit tali via ad libertatem præ-

A συνηθέστερος αὐτῷ μᾶλλον ἐγλύεσθαι, ἢ συνίστη γὰρ αὐτῷ ἐδόκει προσῦχεν, ὅταν ἰδὼν, ἐξέθετο τῷ Δραπαλῶν δηλοῦν, εἴτι σημαίνει, μεμφόμενον ὅτι τοῖς ἐν τῷ βασιλέως κακοῖς ἔτι τὸ θεῖον αὐτῷ ἢ τὰς ἐν τῇ ὀνειράτων φερνίδας προσίδησιν. ἔλεγε δ' οὖν ἰδεῖν ἢ τοὺς ὕπνους, ζιῶν κλημάτων πεφυκυίας ἀμπέλου βότρυς ἐξ ἑκάστου ἀποκρεμαμένας μεγάλους ἤδη ἢ πρὸς ξυγητὸν ὡράίους, ἢ τοῖς αὐτοῖς ἀποθλίβειν εἰς φιάλην ὑπέχοντος τοῦ βασιλέως. διηθήσας τε τὸ γλυκὺς, δοῦναι τῷ βασιλεῖ ποιεῖν, κἀκεῖνον δέξασθαι πεχαρισμένως. τὸ μὲν ἐν ὠνειρωγμένον ἐδήλου τοιοῦτον ὄν. ἤξίει δ' εἴπ μοίρας συνέσεως, φράζειν αὐτῷ τὸ προῤῥῆσιν τῆς ὄψεως. ὁδὲ, θαῤῥεῖν τε παρεκάλει, ἢ προσδοκᾶν ἐν ζισὶν ἡμέραις ἀπολυθήσεσθαι τῆς δεσμῆς, τοῦ βασιλέως ποθήσαντος αὐτοῦ τὴν ἀγχονίαν, καὶ πάλιν εἰς ταὐτὸν αὐτὸν ἐπαναπέξειν καρπὸν γὰρ ἐσήμαινεν ἀμπελον ἐπ' ἀγαθὸν B ἀνθρώποις προσφέρειν, ὅσα αὐτῆς τε ἐκείνῳ ἀπένδεται, καὶ πίσιν ἀνθρώποις ἢ φιλίαν ὁμνῦσι, δι' ἀλύων μὲν ἐλθόντα, τὰ πάθη δὲ καὶ τὰς λύσας ἐξαίρων τοῖς προσφερομένοις αὐτὸν, ἢ πρὸς ἡδονὴν ἀπφέρων. τοῦτον ἓν φῆς ἐκ ζιῶν ἀποθλιβέντα βοτρύων, χερσὶ τοῦ σοῦ προσέσθαι τὸ βασιλέα. καλῶ τοίνυν ἰδεῖ σοι τὸ ὄψιν γενομένην, καὶ προμνύσασαν ἄφεσιν τῆς παρούσης ἀνάγκης, ἐν τοσαύταις ἡμέραις, ἐξ ὅσων κλημάτων τὸν καρπὸν ἐξύγησας ἢ τοὺς ὕπνους. μέμνησο μὲν οὖν τοι τούτων πειθαρχεῖς τῷ προκαταγγέλλαντός σοι τὰ ἀγαθά. C ἢ γνώμην ἐν ἐξουσίᾳ, μὴ φείδης ἡμᾶς ἐν οἷς καταλείφεις, ποῖς ἃ δεδηλώκαμεν ἀπερχόμενον, οὐδὲ γὰρ ἐξαμαρτόντες ἐν δεσμοῖς γεγόναμεν, ἀλλ' ἀρετῆς ἕνεκα ἢ σωφροσύνης τὰ τῆς κακίας ἐνομίζομεν καταπεπείθημεν, οὐδὲ μετ' οἰκείας ἡδονῆς τὸ ταὐτὸ ἡμᾶς ἐργασάμενον ὑβρίσαι θελήσαντες. τῷ μὲν οὖν οἰνοχόῳ χαίρειν ἢ τὸ εἰκὸς ἀκούσαντι τοιαύτης τε τῆς ὀνείρατος ἐξηγήσεως ὑπῆρχε, ἢ προμαίνειν τῆς δεδηλωμένων τέλειν τελευτήν. δοῦλος δὲ τις ὅτι τῆς στοποιῶν τεταγμένος τοῦ βασιλέως, συνδεδεμένῳ τῷ οἰνοχόῳ, τοιαύτην ποιησαμένῳ τὴν ἰωσήπου περὶ τῆς ὄψεως ἐκείνης τὴν ἀπόφασιν δέλπις ὤν, ἢ γὰρ αὐτὸς ὄναρ ἰδεῖν τεθεαμένος, ἠξίωσε τὸ ἰώσηπον, φράσαι τι καὶ κἀκείνῳ δηλοῦν δέλειν τὰ δι' παρελθούσης νυκτὸς ὀφθέντα. ἰδεῖν γὰρ τοιαῦτα. ζία φησὶ κανὰ φέρειν ὅτι τῆς κεφαλῆς ἔδοξα. δύο μὲ ἄρτον πλέα, τὸ ἓν ζίτου ὄψεως τε ποικίλων βρωμάτων οἷα βασιλεῦσι σκευάζεται. καταπαμένους δ' οἰωνοὺς ἅπαντα δαπανῆσαι, μηδένα λόγον αὐτῷ ποιεμένους ἀποτρέπειν. ἢ ὁ μὲ ὁμοίαν τοῦ προῤῥήσιν ἔσεσθαι τῇ τοῦ οἰνοχόου προσδόκᾳ. ὁ δὲ ἰώσηπος, συμβαλὼν τῷ λογισμῷ τὸ ὄναρ, ἢ πρὸς αὐτὸν εἰπὼν, ὡς ἐβέλετ' αὖ ἀγαθῶν ἐρμηνευτὴς αὐτῷ γεγονέναι, καὶ ἐχοίων τὸ ὄναρ αὐτῷ δηλοῖ, λέγει. δύο τὰς πόσας ἔτι τοῦ ζῆν αὐτὸν ἔχειν ἡμέρας. τὰ γὰρ κανᾶ τοῦτο σημαίνει. τῇ τρίτῃ δ' αὐτὸν ἀναστανωθέντα, βορᾶν ἔσεσθαι τοῖς πετεινοῖς ἀδὲν ἀμυύειν ἑαυτῷ δυνάμενον. καὶ δὴ ταῦτα τέλος ὅμοιον οἷος ὁ ἰώσηπος εἶπεν, ἀμφοτέροις ἔλαβε. τῇ γὰρ ἡμέρᾳ τῇ προειρημένῃ, γενέθλιον τοῦ βασιλέως, τὸν μὲν ὅτι τῆς στοποιῶν ἀνεσταύρωσεν. τὸν δ' οἰνοχόον τῆς δεσμῆς ἀπολύσας, ὅτι τῆς

αὐτοῦ ὑπηρεσίας κατέστησεν. ἰώσηπον δὲ διετῆ χρόνον τοῖς δεσμοῖς κακοπαθοῦντα, ἢ μηδὲν ὑπὸ τοῦ οἰνοχόου καὶ μνήμην τῶν προφερομένων ὠφελούμενον, ὁ θεὸς ἀπέλυσε τῆς εἱρκτῆς, τοιαύτην αὐτῷ τὴν ἀπαλλαγὴν μηχα-

νησά-

Ὡς δὲ κατέσχεν ὅπου τὸ ὄρυγμα φρέαρ, θύσας αὐτόθι τῷ θεῷ, καὶ φοβούμενος διὰ τὴν δυσμενείαν τὴν ἐν αἰγύπτῳ, τῶν παίδων ἐμφιλοχωρησάντων τῇ οἰκήσει τῇ ἐν αὐτῇ, μὴ ἀκέπι εἰς τὴν χαναναίαν οἱ ἔκγονοι μετελθόντες κατάσχωσιν αὐτὴν ὡς ὁ θεὸς ἐῶν ὑποχημένους, ἅμα τε μὴ δίκαια βλήσεως θεῦ γνωμένης τ' εἰς αἴγυπτον ἀφόδου δεδραφθαι τὸ γένος αὐτῶ, πρὸς ἢ τούτοις δεδιὼς μὴ προεξέλθῃ τοῦ βίου πρὶν εἰς ὄψιν ἰωσήπου ἀφῖχθαι, καταφέρεται γρέφων ἑαυτῷ τοῦτον τὸν λογισμὸν εἰς ὕπνον. ὀφθεὶς ἢ ὁ θεὸς αὐτῷ, καὶ δὶς ὀνομαστὶ καλέσας, πῶν θαυμάζω τίς ὄξιν. ἀλλ' ὁ δίκαιον εἶπεν ἰακώβω θεὸν ἀγνοεῖσθαι τ' ἀεὶ πρόδρομόν τῶν καὶ βοηθὸν προγόνοις τε τοῖς σοῖς, καὶ μετ' αὐτοὺς σοὶ γενόμενον. γεγραμμένῳ τε γάρ σοι τ' ἀρχῆς ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ἐγὼ παρεῖχον. καὶ κατ' ἐμὴν εὔνοιαν, εἰς τὴν μεσοποταμίαν μόνος ἐλθεῖς, γάμων τε ἀγαθῶν ἔτυχες, καὶ παίδων ἐπαγόμενος πλῆθος, καὶ χρημάτων ἐπόησας. παρέμεινέ τε σε γενεὰ πᾶσα τῇ ἐμῇ προνοίᾳ, καὶ ὃν ἀπολωλεκέναι τῷ ἰῶν ἐδώκεις ἰώσηπον, τοῦτον εἰς ἀπόλαυσιν μειζόνων ἀγαθῶν ἤγαγον, καὶ τ' αἰγύπτῳ κύριον ὡς ὀλίγῳ διαφέρειν τοῦ βασιλέως ἐποίησα. ἵκω τε νῦν ὁδοῦ τε ταύτης ἡγεμὼν ἐσόμενος, καὶ βίου σοι τελευτὴν ἐν τ' ἰωσήπου χερσὶν ἀμνησομένῳ προδηλῶν, καὶ μακρὸν αἰῶνα τῷ σῶν ἐκγόνων ἐν ἡγεμονίᾳ καὶ δόξῃ κραταγάλλων, κατασήσων τε αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν ἣν ὑπέσχημαι. τούτῳ θαρσήσας τῷ ὀνείρατι, προθυμότερον εἰς τ' αἴγυπτον σὺν τοῖς υἱοῖς καὶ παισὶ τοῖς τούτων ἀπηλλάττετο.

Vt verò ventum est ad puteum iuramenti, oblato Deo sacrificio, cùm timeret ne filiis propter vbertatem Ægypti cupiditate habitandæ regionis captis, posteritas sua non rediret in Chananæam occupatura eam iuxta promissa Dei: néve inconsulto Deo migratione præsenti facta genus ipsius clade aliqua feriretur: ad hæc ne fortè ipse antequam Iosephum aspicere contingat, ex hac vita eximatur: talia volutanti in animo & somno grauato Deus per visionem astitit, eúmque bis nominatim inclamauit. Quo rogante quisnam esset, an non agnoscis, inquit, Iacobe, Deum perpetuum tam tuum quàm tuorum maiorum protectorem simul & auxiliatorem? qui cótra patris tui propositum principem familię te constitui, & cum solus in Mesopotamiam profectus esses, effeci vt coniugium nactus fortunatum redires & liberis multis & facultatibus auctus: incolumem etiam progeniem tuam seruaui, & quem amisisse videbaris Iosephum, ad tam sublime dignitatis fastigium euexi, vt non multum à rege Ægypti differat. Nunc quoque in hoc veni vt me ducem huius itineris habeas, vtque tibi prænunciem inter manus Iosephi te è vita exiturum, & posteritatem tuam per multa secula potentem fore simul & illustrem, occupaturámque terram cuius ditionem ei sum pollicitus. Hoc somnio fretus eo libentiùs in Ægyptum cum filiis ac nepotibus properabat, qui erant in vniuersum LXX. Genes. 46.

Eorum nomina cùm sint duriora, non eram adscripturus, nisi propter quosdam qui nos Ægyptios contendunt esse non Meſopotamenos. Ergo Iacobi filij fuere duodecim, ex quibus Ioſephus iam antea venerat. recenſendi ſunt nunc reliqui, cum ſua quiſque progenie. Rubeli fuerunt quatuor filij, Anoches, Phalles, Eſſaron, Charmiſus. Simeonis ſex, Iumilus, Iaminus, Puthodus, Iachenus, Zoar, Saar. Leuis quoque tres fuerunt, Gelſemis, Caathus, Mararis. Iudæ item tres, Sala, Phares, Zara, & duo filij Pharæ, Eſron & Amyrus. Iſſacharæ quatuor, Thulas, Phruras, Iobus, Samaron. Zabulonis tres, Saradus, Elon, Ianel. & hoc quidem genus è Lia, quæ ſecum ducebat filiam Dinam, quorum numerus triginta tres. Rachelis autem filij fuerunt duo, quorum alter Ioſephus filios habuit Manaſſem & Ephræmen. alteri vero Beniamini fuerunt decem, Boloſſus, Baccharis, Aſabel, Gela, Nemanes, Iſes, Aros, Nomphthis, Optais, Sarodus. iſti quatuordecim ſuperioribus additi, fiunt numero quadraginta ſeptem: & legitimum quidem Iacobi genus hoc fuit. è Bala verò famula Rachelis fuerunt Danus & Nephthalim, quem quatuor ſequebantur filij, Eleinus, Gunes, Sares, Hellimus: Dano verò vnicus erat filius nomine Vſis. his ad iam dictos additis, quinquaginta quatuor numerus expletur. Gades autem & Aſſerus nati fuerunt è Zelpha Liæ famula. ex his Gadem ſequebantur filij ſeptem, Zophonias, Vgis, Sunis, Zabros, Ætines, Erodes, Ariel. Aſſerum verò vna filia, & mares numero ſex, quorum nomina Iomnes, Eſſus, Iubes, Baris, Abarus, Melmiel. his quindecim adiectis ad prædictos quinquaginta quatuor ſupradictus numerus completur, annumerato etiam Iacobo. Ioſephus autem cognito patrem aduentare (etenim Iudas præcurrens id ſignificauerat) profectus obuiam ad Heroum oppidum illi occurrit: qui præ nimia lætitia minimum abfuit quin expiraret. ſed Ioſephus eum refouit, quamuis & ipſe præ gaudio periclitaretur, non tamen æquè ac pater. deinde inſſo eo paulatim progredi, ipſe aſſumptis quinque fratribus properauit ad regem, nunciaturus adeſſe cum familia Iacobum. quo audito lætus ille percontatus eſt Ioſephum quibuſnam ſtudiis potiſſimum delectarentur. ait, paſtoralem artem callere, & nihil aliud exercere: idque eo conſilio reſpondit, ne fortè diſtraherentur, ſed vt vnà degentes curam patris haberent: tum ne qua æmulatio cum Ægyptiis interueniret ſi circa eadem cum illis ſtudia verſarentur. Nam ei genti non erat licitum greges aut paſcua curare. Iacobo autem ſalutatum ad regem perducto, poſt fauſtas ominationes acceptas, rogauit eum Pharao quantum temporis vixiſſet. & cùm audiſſet triginta ſupra centum annos natum, admiratus eſt hominem tam longæuum.

Geneſ. 47.

ἦσαν δ' οἱ πάντες ἑβδομήκοντα. τὰ μὲν οὖν ὀνόματα δηλώσας τούτων, οὐκ ἠθέλησα δι' αὐτὰ τὴν δυσκολίαν αὐτῶν ἵνα μή τοι φθήσεσθαι τοῖς οὐχ ὑπολαμβάνουσιν ἡμᾶς ἐκ τῆς μεσοποταμίας, ἀλλ' αἰγυπτίους ἔτι), ἀναγκαῖον ἡγησάμην μνημονεῦσαι τοὺς ὀνομάτων. ἰακώβῳ μὲν οὖν παῖδες ἦσαν δώδεκα. τούτων ἰάσπος ἤδη προαφήκετο. τοὺς οὖν μετ' αὐτὸν κατὰ τοὺς ἐκ τούτου γεγονότας δηλώσομεν. ῥουβήλῳ μὲν ἦσαν παῖδες τέσσαρες, ἀνώχης, φάλλης, ἐσαρών, χάρμιος. συμεῶνος δέ, ἐξ, ἰούμηλος, ἰάμινος, πούθοδος, ἰάχηνος, ζόαρος, σάαρος. λευῒ δὲ λοιπὸ γεγόνασιν υἱοί, γήλσεμις, κάαθος, μαραῖεος. ἰούδα δὲ παῖδες ἦσαν τρεῖς, σαλαῦς, φαρὲς, ζαρᾶς. οἱ δὲ δύο γεγονότες ἐκ φαρέσου, ἕσρων καὶ ἄμιεος. ἰσσαχάρου δὲ τέσσαρες, θωλᾶς, φουρᾶς, ἰώβος, σαμάρων. ζεῦς δὲ ζαβυλῶν ἦλθε υἱοῖς, σάραδον, ἤλωνα, ἰαήλον. τοῦτο μὲν τὸ ἐκ λείας γένος, καὶ αὐτὴ συναναῖκις θυγάτηρ αὐτῆς δίνα. ζεῦς ἔτοι καὶ τεσσαράκοντα. ῥαχήλας παῖδες ἦσαν δύο. τούτων ἰωσήπῳ μὲν γεγόνεσαν υἱοὶ, μανασσῆς καὶ ἐφραίμης, βενιαμὶν δὲ τῷ ἑτέρῳ δέκα, βολοασὸς, βάκχαρις, ἀσαβήλος, γήλας, ναμμανῆς, ἴσης, ἀρὼς, νομφθεὶς, ὀφαΐς, σάραδος. ἔτοι τέσσαρες καὶ δέκα πρὸς τοῖς πρότερον κατειλεγμένοι, εἰς ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα γίνονται τὸν ἀριθμόν. καὶ τὸ μὲν γνήσιον ἰακώβου γένος, τοῦτο ἦν. ἐκ βάλας δὲ αὐτῷ γίνονται τῆς ῥαχήλας θεραπαινίδος, δάνος, καὶ νεφθαλής. ὧν τέσσαρες εἶπον παῖδες, ἐλπῖνος, γουῒς, σάρις τε, καὶ ἔλλιμος. δάνῳ μὲν, μονογενὴς ἦν παιδίον, ὔσις. τούτων προγενομένων τοῖς προειρημένοις, πεντήκοντα καὶ τεσσάρων πληρῶσιν ἀριθμόν. γάδης δὲ, καὶ ἄσηρος, ἐκ ζελφᾶς μὲν ἦσαν. ἡ λίας δὲ αὐτῶν θεραπαινίς. παῖδες δὲ ἐπῆσαν, γάδης μὲν, ἑπτὰ, ζοφωνίαν, ὔγνι, σουῒν, ζάβρων, ἀπείνλιν, ἐρωὴδ ἴλι, ἀρίηλον. ἄσηρος τε ἦν θυγάτηρ, καὶ ἀρσένες ἀριθμὸν ἓξ. οἷς ὀνόματα, ἰώμνης, ἤσους, ἰσβὶς, βαρὶς, ἄβαρός τε καὶ μελμιήλος. τούτων ἕνδεκα ὄντων καὶ προσιθεμένων τοῖς προειρημένοις πεντήκοντα καὶ ἕξιν ὁ προειρημένος ἀριθμὸς πληρῶται, μὴ συγκαλεσμένου αὐτοῖς ἰακώβου. μαθὼν δὲ ἰώσηπος προσημαινόμενον τὸν πατέρα, καὶ δὴ προελαύνων ἰούδας ὁ ἀδελφὸς ἐδήλωσεν αὐτῷ τὴν ἄφιξιν, ὑπαντησόμενος ἔξεισι καὶ καθ' ἡρώων πόλιν αὐτῷ συνέβαλεν. ὁ δὲ ὑπὸ τῆς χαρᾶς ἀπροσδοκήτου τε καὶ μεγάλης γενομένης, μικροῦ δεῖν ἐξέλειπεν. ἀλλ' ἀνεζωπύρησεν αὐτὸν ἰώσηπος. ὁ δὲ αὐτὸς μὲν κρατήσας ἑαυτοῦ, ὡς μὴ ταὐτὸ παθεῖν ὑφ' ἡδονῆς. ὁ μὲν δὴ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ πατρὶ γενόμενος ἦτον τοῦ πάθους. ἔπειτα τὸν μὲν ἡρέμα κελεύσας ὁδεύειν, αὐτὸς δὲ παραλαβὼν πέντε τῶν ἀδελφῶν, ἐπείγεται πρὸς τὸν βασιλέα, φράσων αὐτῷ παραγενόμενον μετὰ τοῦ γένους τὸν ἰάκωβον. ὁ δὲ τοῦτο χαίρων ἤκουσε, καὶ τὸν ἰώσηπον ἐκέλευεν αὐτῷ λέγειν, τίνι βίῳ διατεθρυλλημένοι, ὡς αὐτοῖς διατελοῦσι τοῦτον ὑπερέχειν διάγειν. ὁ δὲ, ποιμένας αὐτοὺς ἀγαθοὺς ἔλεγε, καὶ μηδενὶ τῶν ἄλλων ἢ τούτῳ μόνῳ προσανέχειν, τοῦτο μὴ διαζευγνυμένους, ἀλλ' ἐν ταὐτῷ τυγχάνοντας ὑπομελεῖσθαι τοῦ πατρὸς προνοούμενοι, τοῦτο τοῖς αἰγυπτίοις ἔτι) προσφιλεῖς, μηδὲν προάττοντας τῶν αὐτῶν ἐκείνοις. αἰγυπτίοις γὰρ ἀπηρημένον ἦν περὶ νομὰς ἀναστρέφειν. ὁ δὲ ἰακώβου παραγενομένου πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἀσπαζομένου τε, καὶ κατὰ χομένου περὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὁ φαραὼ ἐπυνθάνετο πόσον ἤδη βεβιωκὼς εἴη χρόνον. τοῦ δὲ ἑκατὸν ἔτη καὶ τεσσαράκοντα γεγονέναι φήσαντος, θαυμάσας τοῦ μήκους τῆς ζωῆς τὸν ἰάκωβον

εἰ πόν

ἐπόντος δ' ὡς ἦτλονα τῷ πρεσβύτου εἴη βεβιωκὼς ἔ- A
τη, συνεχώρησεν αὐτῷ ζῆν μετὰ τῶν τέκνων ἐν Ἡλιου-
πόλει. ἐν ἐκείνῃ γὰρ καὶ οἱ νομεῖς αὐτοῦ τὰς νομὰς
εἶχον. ὁ δὲ λιμὸς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπετείνετο, καὶ τὸ
δεινὸν ἀπορώτερον ἐπὶ μᾶλλον αὐτοῖς ἐγίνετο, μήτε
τοῦ ποταμοῦ τὴν γῆν ἐπάρδοντος, ὃ γὰρ ἀνέβαινε, μήτε
ὄντος τοῦ θεοῦ. προεῖπαί τε μηδὲ μίαν ἑαυτῷ ὑπ'
ἀγνοίας πεποιημένων, καὶ τοῦ Ἰωσήπου τὸν σῖτον δη-
μοσίᾳ διδόντος. ὡς δὲ ταῦτα αὐτοῖς ἀπέ- B
λειπε, τὴν βοσκημάτων ἐωνοῦντο· καὶ σῖτον καὶ τὴν ἀν-
δραπόδων, οἷς δὴ γῆ τις ἦν, μοίρᾳ ταύτην παρεχώ-
ρουν δηὶ τιμῇ τροφῆς. ἔτους τε τοῦ βασιλέως πάσης
αὐτῶν ἡ οὐσίας κυρίᾳ γεγενημένῃ μεταβέβηκεν
ἄλλος ἀλλαχόσε, ὅπως βεβαία γένηται τῷ βασιλεῖ
ἡ χώρας τούτων ἡ κτῆσις, πλὴν τῆς ἱερέων. τούτοις
γὰρ ἔμεινεν ἡ χώρα αὐτῶν. ἐδούλευε τ' αὐτῷ ὁ τὰ σώ-
ματα μόνον τὸ δεινὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχάς, καὶ τὸ
λοιπὸν εἰς ἀρχέμονα ἡ τροφῆς. ὑποείαν αὐτοὺς κατη- C
νάγκαζε. λωφήσαντος γὰρ τοῦ κακοῦ, καὶ τοῦ ποταμοῦ
τὴν γῆν ὑπιόντος, καὶ ταύτης τοῖς καρποῖς ἀφθό-
νως ἐκφερούσης, ὁ Ἰώσηπος εἰς ἑκάστην ἀθροιζομένους
πόλιν, καὶ συλλέγων ἐν αὐταῖς τὸ πλῆθος, τήν τε γῆν
αὐτοῖς ἣν ἐκείνων ἀθροιχωρηκότων βασιλεὺς ἔσχεν ἐ-
δικαίωσε, καὶ καρποῦσθαι μόνον εἰς ἅπαν ἐχαρίσατο, καὶ
κτῆμα ἴδιον ἡγουμένους φιλεργεῖν παρεκάλει, τὴν
πέμπτην τῶν καρπῶν τῷ βασιλεῖ τελοῦντας· ὡς ἡ D
χώρας ἧς δίδωσιν αὐτοῖς ἦσαν αὐτοῦ. τὰς δὲ παρ' ἐλπί-
δα κυρίους ἡ γῆς καθισαμένους χαρά τε ἐλάμβανε,
καὶ ὑρίσατο τὰ πράγματα. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τό τε
ἀξίωμα τὸ ἀπὸ τοῖς Αἰγυπτίοις αὐτῷ μεῖζον ὁ Ἰώση-
πος ἀπεργάζεται, καὶ πλείω τὴν οὐσίαν τῷ βασιλεῖ
ἀπὸ αὐτῶν. ὅτε τε τελεῖν τὴν πέμπτην τῶν καρ-
πῶν νόμος ἔμεινε καὶ μέχρι τῶν ὕστερον βασιλέων. Ἰά-
κωβος δὲ, ἑπτὰ καὶ δέκατον ἔτος ἐν Αἰγύπτῳ διατελήσας,
καὶ νόσῳ χρησάμενος, παρόντων αὐτῷ τῶν υἱῶν ἀπέθα- E
νεν, ἐπιδεξάμενος, τοῖς μὲ κτῆσιν ἀγαθῶν, καὶ προειπὼν
αὐτοῖς κατὰ προφητείαν ὅπως μέλλει τῷ ἐκ τῶν γλυκεῶν
αὐτῶν ἕκαστος καταικεῖν τὴν χαναναίαν. τοῦτο δὴ καὶ
πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ἐγένετο. Ἰωσήπου δὲ ἐγκώμιον
διεξελθὼν, ὅπ μὴ, μνησικακήσειε τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ
καὶ πλέον χρηστός εἰς αὐτοὺς ἐγένετο δωρησάμενος αὐ-
τοῖς ἀγαθοῖς οἷς ἐδὲ διεργέτας τινὲς ἠμείψαντο, προ-
στάξας τοῖς ἰδίοις παισὶν ἵνα τοῦ Ἰωσήπου παῖδας Ἐφραΐ-
μην καὶ Μανασσῆν εἰς τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν προσῶνται F
διαιρούμενοι μετ' αὐτῷ τὴν χαναναίαν, ἐφ' οἷς ὕστερον
δώσομεν. ἤξίου μὲ τοι καὶ ταφῆς ἐν Χεβρῶνι τυγχάνειν.
τελευτᾷ δὲ βιὺς ἔτη τὰ πάντα ἑκατὸν δέοντα πεντήκοντα
καὶ ἑκατὸν, μηδενὸς τῶν προγόνων ἀπολιφθεὶς ἐπ'
εὐσεβείᾳ τοῦ θεοῦ, τυχὼν δὲ ἀμοιβῆς ἧς δίκαιον ἦν τοι-
οῦτοις ἀγαθὸν γεγονότα. Ἰώσηπος δὲ συγχωρήσαντος
αὐτῷ τοῦ βασιλέως, τὰ τοῦ πατρὸς νεκρὸν εἰς Χεβρῶνα κο-
μίσας, ἐκεῖ θάπτει πολυτελῶς. τῶν δὲ ἀδελφῶν ὁ βουλο-
μένων αὐτῷ συνυποστρέφειν, δέος γὰρ αὐτοῖς εἶχε μὴ τε- G
θνηκότος αὐτοῖς τοῦ πατρὸς τιμωρήσαιτο καὶ εἰς αὐτὸν δη-
βουλῆς, ἐκ ἐπιόντος ᾧ χαρίζοιτο τὴν πρὸς αὐτὸς
μεμψιότητα, μηδὲν ὑφορᾶσθαι πείθει, μὴ δὲ ἔχειν αὐτὸν
δι' ὑποψίας. ἀγαγὼν δὲ μεθ' ἑαυτοῦ, κτῆσιν πολλὴν ἐχαρίσατο, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ἀπουδὴ χρώ-
μενος οὐκ ἀπέλειπε. τελευτᾷ δὲ καὶ οὗτος, ἔτη βιώσας ἑκατὸν καὶ δέκα, θαυμαζόμενος τὴν ἀρετὴν χρώμενος,

cúmque ille adiecisset maiores suos longioris ætatis fuisse, iussit eum cum filiis degere in Heliopoli, vbi etiam regij pastores habebant pascua. Fames autem crescebat in Ægypto, nec aderat remedium, neque flumine agris rigante, non enim ascendebat, neque vllis de cœlo pluuiis: ad hæc grauius erat malum, quia vulgo improuisum, qui nihil parati habebat, neque Ioseph frumentum dabat nisi numerata pecunia. quæ postquam defecit, pecudes ac mancipia pro frumento permutabant. quibus verò agri fuere, partem aliquam in precium alimentorum regi decidebant. cúmque ad hunc modum omnes eorum possessiones in ius regis deuenissent, alius aliò migrabant, quo certius esset regium dominium. soli sacerdotes immunitatem & agros retinuerunt. postremò hæc necessitas adeò non corpora solùm, sed & animos gentis in seruitutem redegit, vt nihil turpe putarent quo victus vtcunque parari posset. postquam autem cessauit fames, & rigante flumine terra ad pristinam fertilitatem rediit, Ioseph regionis vrbes obeundo, conuocata per singulas multitudine, agrorum, quos regi cesserant, vsumfructum illis restituit, & adhortatus vt non secus quàm proprios colerent, iussit quintam partem fructuum regi pendere, quæ ei iure dominij deberetur. qui læti insperata restitutione agrorum culturam strenuè aggrediebantur. atque hoc pacto tum Ioseph autoritas, tum gentis erga regem beneuolentia non mediocriter creuit: & ius quintæ partis frugum etiam penes regum posteros ac successores permansit.

VIII. *Genes.* 48. 49. 50.

Iacobus autem cùm decimum septimum annum in Ægypto exegisset, inter manus filiorum vitam finiuit, precatus eis priùs prosperitatem & abundantiam, & vaticinatus quòd singulorum posteri in partem possessionis Chananææ terræ essent peruenturi, id quod factum est aliquanto pòst tempore. præterea collaudato Ioseph quòd oblitus iniuriam plura fratribus bona contulerit, quàm vel benefactoribus deberentur, mandauit suis filiis vt Ioseph filios Ephræmen & Manassen in suum numerum admitterent diuisuri sorte Chananæam, quemadmodum postea dicetur. postremò rogauit vt in Hebrone sepeliretur. Mortuus est autem cùm vixisset annos centum quinquaginta minus tribus, ex maioribus suis nulli pietate secundus, cuius digna præmia Dei benignitate est consecutus. Ioseph verò permittente rege deportatum patris corpus in Hebronem magnificè sepeliuit. cæterum fratribus recusantibus cum eo reuerti, quòd timerent ne defuncto patre in se vindicaret, cùm non amplius esset in cuius gratiam daturum veniam sperarent, iussit eos posito metu nihil mali suspicari: & reductis secum magnas possessiones largitus est, nec vnquam eos summa beneuolentia prosequi destitit. Moritur autem & ipse centesimo & decimo vitæ anno exacto, vir admirabili virtute præditus, in omnibus negotiis prudens, & potestate bene vsus: quibus artibus factum est vt neque externum genus, neque calamitas de qua diximus,

quicquam offecerit quo minus ad ſummam dignitatem eueheretur. Reliqui etiam fratres vita feliciter exacta in Ægypto ſunt mortui, quorum corpora filij & nepotes in Hebronem relata ſepeliuerunt. Ioſephi autem oſſa poſtea tranſlata ſunt in Chananæam per Hebræos, dum ex Ægypto populariter migrarent. hoc enim ipſe adiuratis prius mandauerat. Sed & hoc & alia huius populi geſta narraturi, dicemus priùs cauſam propter quam ex Ægypto exiuerunt.

Cap. V.

De afflictionibus Hebræorum in AEgypto per annos cccc.

IX. *Exod. 1.*

Ægyptij gens delicata & ad laborem ſegnis, voluptatibus ſolùm & captandis vndecunque lucris dedita, malè volebat Hebræis, quòd per inuidiam ferre æquo animo illorum felicitatem non poterat. videntes enim genus Iſraelitarum florere, & opibus labore atque induſtria quæſitis abundare, non ſatis tuta ſibi eorum incrementa exiſtimauerunt: & cùm iam Ioſephi beneficiorum memoriam tempus obliteraſſet, regnúmque Ægypti in aliam familiam demigraſſet, inhumane tractabant Iſraelitas & variis laboribus atterebant. nam & flumen in multas foſſas diducere ſunt iuſſi & mœnia exædificare, & aggeres exſtruere, quibus inundationes fluminis arcerentur. pyramidum etiam inſanis ſubſtructionibus vexabant gentem noſtram, cogendo varias artes ediſcere, & laboribus ferendis aſſueſcere. atque in hunc modum per cccc. annos fuit laboratum, Ægyptiis id agentibus vt Iſraelitas nimio labore perderent, noſtris contra omnes difficultates eluctari conantibus. Exortum eſt deinde aliud quiddam, cur genus noſtrum magis etiam cuperent extinctum. Quidam ex eo genere hominum quos gens illa vocat ſacrorum ſcribas, quorúmque prædictionibus multum tribuit, prænunciat regi naſciturum per id tempus apud Iſraelitas quendam res Ægyptiorum olim grauiter afflicturum, Iſraelitas contrà euecturum, ſi modò ad ætatem adultam peruenerit. nam & virtute fore præcellentiſſimum, & gloria per omne æuum celebrem. Quo terrore percitus rex, edicit ex ipſius monitoris ſententia, quicquid maſculini ſexus inter Iſraelitas naſceretur, in flumen proiectum necari: obſtetrices etiam Ægyptias diligenter obſeruare partus Hebræarum ac parturitiones. Sic enim cautum putabat ne obſtetrices ob cognationem edictum regium contemnerent. propoſuit etiam pœnam ſi quis clàm ſeruare fœtus auderet, vt cum tota familia tolleretur. Grauis fuit hæc calamitas non eo ſolùm quia liberis orbabantur, & quia parentes ipſi miniſtri eorum interitus eſſe cogebantur: ſed futurum quoque tempus proſpicientes inconſolabiliter triſtabantur, certum generis exitium expectantes, quandoquidem & proles necabantur,

κὴ λογισμῷ πάντα διοικῶν, κὴ τὴν ἐξουσίαν ταμιεύόμενος. ὁ δὴ κὴ τ Ϲιαύτης δυσδαιμονίας αἴτιον αὐτὸ ϖᾶϲι τοῖς αἰγυπτίοις, ἀλλαχόθεν ἥκοντι Ϲ μὴ τοιαύτης κακοϖαθείας, μεθ' ἧς ϖεφεύρηκαμεν ὑπῆρχεν. τελευτῶϲι δ' αὐτὸ κὴ οἱ ἀδελφοὶ ζήϲαντες δυσδαιμόνως δὴ τ αἰγύπτιι. Ϲ τούτων μὲ τὰ σώματα κομίϲαντες μὴ χρόνον αὐτῶν οἱ ἀπόγονοι κὴ οἱ παῖδες, ἔθαψαν ἐν χέβρωνι. τὰ δ' ἰωσήπτι ὀϲὰ ὕϲτερον ὅτε μετανέϲτηϲαν ἐκ τ αἰγύπτιι οἱ ἑβραῖοι εἰϲ τὴν χαναναίαν ἐκόμιϲαν. ἔτους γὰρ αὐτοῖϲ ὁ ἰώσηπος ἐξώρμιϲε. τούτων οὖν ἕκαϲος ὡϲ ἔχε, καὶ τίϲι πόνοις ἐκράτηϲαν τ χαναναίας, ϲημανῶ ϖροδιηγηϲάμενος τὴν αἰτίαν δι' ἣν τὴν αἴγυπτον ἐξέλειπον.

B

Κεφάλαιον ε.

Ὅϲα τοῖς ἑβραίοις ἐν αἰγύπτῳ ϖαθεῖν ϲυνέβη ἐπὶ ἔτη τετραϰόϲια.

Αἰγυπτίοις ξυφεϱοῖς κὴ ῥαθύμοις ἦϲι ϖρὸς πόνους Ϲ τὴν τε ἄλλων ἡδονῶν ἧττοϲι, καὶ δὴ κὴ τ κτ φιλοκέρδειαν, ϲωμέϐη δ' ἀνῶϲ ϖρὸς τοὺς ἑβραίους δϱᾳτεθῆναι κτ φθόνον τ δυσδαιμονίας. ὁϱῶντες γὰρ τ ἰϲϱαηλιτῶν γένος ἀκμάζον, Ϲ δι' ἀρετὴν κὴ ϖρὸς τὸ ϖονεῖν δύφυίαν πλήθει χρημάτων ἤδη λαμϖροῖς, καθ' αὑτῶν αὔξεϲθαι τούτους ὑϖελάμϐανον. ὧν τ ἦϲαν δοῦλοι ἰωσήπτι τεϲυγχηκότες, δϱᾷ χρόνῳ μῆκος λήθῃ λαϐόντες, κὴ τ ϐαϲιλείας εἰϲ ἄλλον οἶκον μετεληλυθυίας, δῆλον ἐνόμιζον τοῖς ἰϲϱαηλίταις, Ϲ ϖαλαιπωρείας αὐτοῖς ποικίλας ἐπενόουν. τόν τε γὰρ ϖοταμὸν εἰϲ διώρυχας ϖολλὰϲ αὐτοῖς ϖροϲέταξαν δϱᾶτεμεῖν, τείχη τε οἰκοδομήϲαι τὰϲ πόλεϲι, Ϲ χώματα, ὅπως αἱ εἶργοι τ ϖοταμὸν μὴ λιμνάζειν ἕως ἐκείνων ἐπεκϐαίνοντα. ϖυϱαμίδας τε ἀϖοικοδομοῦντες ὑϖέζυγον ἡμᾶϲ τὸ ϐῆμα, ὡϲ τέχνας τε ϖαντοίας ἀναδιδάϲκεϲθαι, κὴ τοῖς πόνοις ϐῆναι ϲυνήθεις. Ϲ τεϱακοϲίων μὲν ἐτῶν χρόνον ἐϖ' αὐτοῖς διῆυϲαν τὰϲ ταλαιπωρείας ἀντεφιλονείκουν γὰρ, οἱ μὲ αἰγύπτιοι τοῖς πόνοις ἐξαπολέϲαι τοὺς ἰϲϱαηλίτας ἐϐέλοντες. οἱ δ', ἀεὶ κρείττους φαίνεϲθαι τῆϲ ὀϖταγμάτων. ἐν τούτοις δ' ὄντων αὐτῶν τοῖς ϖράγμαϲιν, αἰτία μᾶλλον ἀνεδύϲα ϖρὸϲ τ ἀφανιϲμὸν τῶ ϐῆναι ἡμᾶϲ τοὺς αἰγυπτίους ϖροσῆϊεν τοιάδε. τῆϲ ἱεϱογϱαμματέων τις, κὴ γὰρ ἦϲαν οἱ ϖρὸϲ τὴν ἀλήθειαν εἰϖεῖν, ἀγγέλλει τῷ ϐαϲιλεῖ τεχνάϲεϲθαί τινα τοῖς ἰϲϱαηλίταις κατ' ἐκεῖνον τὸν καιϱὸν, ὃϲ ταπεινώϲει μὲ τ αἰγυπτίων ἡγεμονίαν. αὐξήϲει γὰρ τὰϲ ἰϲϱαηλίτας, ϕαϕείς. ἀϱετῇ τε ϖάντας ὑϖϐαλεῖ κὴ δόξαν ἀείμνηϲτον κτήϲεται. δείϲας γὰρ ὁ ϐαϲιλεὺς, κτ γνώμῃ τὴν ἐκείνου κελεύει ϖᾶν τὸ ϐλυνηθὲν ἄϱϲεν ὑϖὸ τ ἰϲϱαηλιτῶν εἰϲ τ ϖοταμὸν ῥιϖτοῦντας δϱαφθείϱειν. ϖαϕυλάϲϲειν τε τὰϲ ὠδῖνας τ ἑβραίων γυναικῶν, κὴ τὰϲ ϐρέφεις αὐτῶν ϖαϱατηϱεῖν τὰϲ αἰγυπτίων μαίας· ὑϖὸ γὰρ τούτων ἐκέλευοι αὐτὰϲ μαιεῦϲθαι, αἱ δὴ ϲυνῆϕαν ἔμελλον μὴ ϖαϱαϐήϲεϲθαι τ τ βαϲιλέωϲ ϐούλήϲιν. τὰϲ μὲν τοι καταφϱονήϲαντας τ ϖϱοϲτάγματοϲ, κὴ ϲώζειν λάθϱᾳ τολμήϲαντας τὸ τέχθεν, τούτους ἀναιϱεῖϲθαι ϲὺν τῇ γυναικὶ ϖροϲέταξε. δεινὸν δὲ τοῖς ὑϖομένουϲι τὸ ϖάθοϲ, ὃ καθὸ ϖαίδων ἀϖεϱϱύητο, κὴ γονεῖς ὄντες αὐτοὶ ϖϱὸϲ τ ἀϖώλειαν ὑϖήϱχεν τῆϲ ἡλικιῶν. ἀλλὰ κὴ ἡ ὀλίνοια τ τ ἡμέϱᾳ αὐτῶν ὀϖτηλείας, ϕθειϱομένων μὲ τῆϲ ϖικϱομένων, αὐτῶν δ' ἀϕα-

λυ-

λυθησομένων, χαλεπῶ αὐτοῖς καὶ δυσωδαμόθεν A
ἐποίει τ σωφορέαν. καὶ οἱ μ ἦσαν ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ.
κρατήσας δ' αὖ ὑδεὶς τ τοῦ θεοῦ γνώμης ὑδὲ μυείας
τέχνας ὅτι τούτῳ μηχανησάμενος. ὅτε γὰρ παῖς ὃν προ-
εῖπεν ὁ ἱερογραμματεὺς, ἔφευ λαθὼν τ Φ βασιλέως
φυλακὴν, καὶ ἀληθὴς ὅτι τοῖς ἐξ αὐτοῦ γενησομένοις
ὁ προειπὼν εὑρέθη. ἀμαραμης, τῶν δ' γεγονό-
των ἀδὰ τοῖς ἑβραίοις, δεδιὼς ὑφ Φ παντὸς ἔθνους
μὴ παύσει τ ὑπεροφησομένης νεότητος ὑπολείπη, καὶ B
χαλεπῶς ἐφ' ἑαυτῷ φέρων, σκύει γὰρ αὐτῷ τὸ γύναιον, ἐν
ἀμηχανίοις ὢν. καὶ προῆς ἱκετείαν τῷ θεῷ ἔρεπεται, ἀδά-
κρυτον οἶκτον ἤδη τινὰ λαβεῖν αὐτὸν ἀνθρώπων μηδὲν
τ εἰς αὐτὸν θρησκείας ἀδιαβεβηκότων. δοὺς δέ τε ἀ-
παλλαγὴν αὐτοῖς ὧν παρ' ἐκείνου κακοπάθουν τὸν
καιρὸν, καὶ τ ἐπ' ἀπωλείᾳ τῷ γένους αὐτῷ ἐλπίδος. ὁ δ
θεὸς ἐλεήσας αὐτὸν, καὶ προῆς τὴν ἱκετείαν ὑπολαβὼν,
ἐφίσατο καὶ τοῖς ὕπνοις αὐτῷ καὶ μήτε ὑπομνώσειν C
αὐτὸν περὶ τῶν μελλόντων παρεκάλει. τὴν τε δύσ-
βειαν αὐτῷ ἔλεγε δεῖ μνήμην ἔχειν. καὶ τὴν ὑφ Φ
ταύτης ἀμοιβὴν ἀεὶ παρέξειν, ἤδη μὲν καὶ τοῖς προγό-
νοις αὐτοῦ διορησάμενος τὸ γενέσθαι τοσοῦτον πλῆθος
αὐτοὺς ἐξ ὀλίγων. καὶ ἀβεσμὸν μ μόνον ἐκ τ μεσοπο-
ταμίας εἰς τὴν χαναναίαν ἀδιαλυσάμενον ὑδ' ἀμοιβὴν
σαι, τάτε ἄλλα καὶ τ γυναικὸς αὐτῷ προῖς γονὴν
ἀκάρπως ἐχούσης προέτεσθαι, ἔπειτα κ τὴν αὐτοῦ
βέλτιστον ἀγαθῆς προῖς τοῦτο γενομένης τεκνώσαι παῖ- D
δας. καὶ καλεῖν μ, ἰσμαὴλ δ' Φ τοῖς ἐξ αὐτοῦ τὴν
ἀφάβων χώραν, τοῖς δ' ἐκ γαμετούσης τὴν ἐλευθέ-
την, ἰσαὰκ δ τὴν χαναναίαν. ὅσατε πολέμων κ
τὴν ἐμὴν φύσιν συμμαχίαν ἰδραγάθησε, κἂν ἀσε-
βεῖς εἶ δόξητε Φ διὰ μνήμης ἔχοντες. ἰακωβον δ, καὶ
τοῖς ἐκ ὁμοφύλοις γνώσιμον εἶ συμβέβηκεν, ὅτι τε
μεγέθει τ δυσωμενίας μεθ' ἧς ἐβίωσε, Φ πᾶσι τοῖς
αὐτοῦ καταλειπεν. ἓ μ ἑβδομήκοντα τῷ πάντων εἰς
αἴγυπτον ἀφικομένε, ὡσ ἑξήκοντά που μυριάδες ἤ- E
δη γεγόνασιν. νυῖ δέ με τὸ κοινῆ συμφέροντος ὑμῶν
ἴσε προνοάμενον, καὶ τ σῆς δυκλείας. ὁ παῖς γὰρ ὅδε,
ἓ τῷ γένησιν αἰγύπτιοι διὰ δίστες κατέκρυναν ἀπολλύ-
ναι τὰ ἐξ ἰσραηλιτῶν τικτόμενα, σὸς ἔσαι. Φ λήσεται
μ τοὺς ἐπ' ὀλέθρῳ φυλάσσοντας. τραφεὶς δ
φυσιόδοξος, τὸ μ ἑβραίων γένος τοῖς παρ' αἰγυπτίοις
ἀναγκης ἀπολύσει. μνήμης δ' ἐφ' ὅσον μένει χρόνον τὰ
σύμπαντα τεύξεται φυσὰ ἀνθρώποις, οὐχ ἑβραίοις μό- F
νον, ἀλλὰ Φ φυσὶ τοῖς ἀλλοφύλοις, ἐμοῦ τοῦτο χαριζο-
μένου σοί τε καὶ τοῖς ἐκ σοῦ γενησομένοις. ἔσαι δ αὐτοῦ
καὶ ὁ ἀδελφὸς ἰάκωβος, ὡς τε τῷ ἐμῷ ἔχειν ἱερω-
σύνην, αὐτόν τε καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτοῦ διὰ παντὸς
τοῦ χρόνου. ταῦτα δ' ὀφεως αὐτῷ διαλωσάσης, φοβηθεὶς
ὁ ἀμαραμης, ἐδήλησε τῇ ἰωαχεβέλῃ. γυνὴ δ'
ἰοῦ αὐτοῦ. καὶ τὸ δίος ἔτι μεῖζον δέ τῷ τοῦ ὀνείρου
προφήσιν αὐτοις σωίσατο. ἐ γὰρ ὡς περὶ παιδὸς μόνον G
ὑλαβεῖς ἦσαν, ἀλλὰ καὶ ὡς ὅτι μεγέθει τοσαύτης ὑ-
δαιμονίας ἐσομένης. τοῖς μέν τοι προαπαγγελθεῖσι
ὑπὸ Φ θεοῦ, πίσιν ὁ τοιοῦτος παρεῖχε λαθέσης τὰς φυλα-
κὰς δέ τ τῷ ὠδίνων ὑπειλήφαν, καὶ τὸ μὴ διαίας αὐτῇ
προσπεσεῖν τὰς ἀλγηδόνας. καὶ ζεῖς μέν μῆας παρ'
αὐτοῖς τρέφουσι, λανθάνοντες. ἔπειτα δείσας ἀμαραμης μὴ καταφώρως γένηται καὶ πεισθῇ ὅτι Φ
τὸ βασιλέως ὀργὴν αὐτός τε ὀπολεῖται μ Φ παιδίου, καὶ τοῦ θεοῦ τῷ ἐπαγγελίαν ἀφανίσειεν.

& ipsis parentibus non multo post erat moriendum: atque ita in extremo infortunio constituti sibi videbantur. Sed nemo potest Dei voluntati resistere etiamsi infinitas artes in hoc comminiscatur. nam & puer de quo sacrorum scriba prædixerat, elusis regiis observatoribus clàm fuit educatus, & vatem non fuisse vanum euentus rei comprobauit. Amarames Hebræus vir inter suos nobilis, solicitus tum publico periculo ne gens defectu iuuentutis ad nihilum redigeretur, tum priuatim quòd domi prægnantem vxorem haberet, inopia consilij laborabat: & ad implorandum diuinum præsidium conuersus, orabat vt tandem miseratetur homines à quibus vnis perpetuo cultus fuerit: daretque finem præsentis afflictionis quæ toti generi perniciem minaretur. Deus autem precibus supplicis ad misericordiam flexus, astitit ei per somnum, iussitque in futurum bene sperare. Memorem se esse pietatis eorum à maioribus acceptæ, nec ipsis defutura præmia, sicut nec progenitoribus defuisse. Se enim illorum progeniem ad tam numerosam multitudinem auxisse: suo fauore Abrahamum solum è Mesopotamia in Chananæam profectum præter reliquas felicitates ex vxore antea sterili liberos suscepisse, & successoribus amplas regiones reliquisse, Ismaheli Arabiam, Chæturæ filiis Troglodytidem, Isaco Chananæam. Res etiam bello meis auspiciis feliciter ab eo gestas nunquam sine impietatis & ingratitudinis nota non meminisse poteritis. Iacobi verò nomen etiam apud exteras gentes celebre est, tum ob eam felicitatem in qua ipse vixit, tum ob eam quæ posteris eius quasi hæreditario iure obtigit: qui à septuaginta viris patrem in Ægyptum comitatis oriundi iam ad sexcentorum millium numerum creuerunt. nunc quoque scito mihi cordi esse & publicam vestram incolumitatem, & priuatim tuam gloriam. puer enim iste cuius natiuitatis metu Ægyptij fœtus vestros ad necem damnauerunt, tibi nascetur. hic neque deprehendetur ab obseruatoribus, & postquam euaserit præter opinionem educatores nactus, suo tempore Hebræos ex Ægyptia seruitute liberabit, memoriámque sempiternam hoc præclaro facinore consequetur non apud suos tantum, sed & apud exteros, me istud beneficium in te tuósque posteros conferente. fratrem quoque talem habebit, qui dignus sit meo sacerdotio ipse & posteri eius in omne æuum. His per visionem cognitis Amarames experrectus narrauit hoc Iochabeli vxori, quæ res vtrisque solicitudinem auxit, iam enim non puero tantum timebant, sed ne quo pacto promissa felicitas intercideret. sed mox oraculo fidem fecit mulieris partus, quæ tam facile est enixa vt obseruatores fefellerit, nihil sentiens eorum quæ in vulgaribus puerperiis sentiri solent. hunc infantulum per tres menses clàm nutrierunt. deinde Amarames veritus ne re deprehensa iram regis incurreret, ac mox & ipse vnà cum puero sublatus è medio promissionem Dei faceret irritam,

maluit ſalutem filij totam ipſius prouidentiæ committere, ratus etiamſi puer lateret, quod tamen perdifficile erat, moleſtum tamen in continuo periculo viuere, non eius tantùm, ſed & ſuo. De Deo verò certam ſpem habebat, prouiſurum vt oraculi veritatem euentus indicaret. Hoc conſilium poſtquam ſatis placuit, excogitauerunt tale quiddam: lectulo è papyro contexto, quantus infantulum commodè capere poterat, bituminéque illito, ne aqua penetrare poſſet, indiderunt puerum: atque ita in flumen proiecti ſalutem diuinæ prouidentiæ commiſerunt. in hunc modum cùm à flumine deferretur, Mariame infantuli ſoror iuſſu matris ex aduerſo per ripam deſcendebat, obſeruatura quò tandem papyraceum illud vas deportaretur à flumine. Hîc verò manifeſtiſſimè Deus declarauit, nihil humana ſapientia, ſed omnia bonitate illius omnipotenti confici: eóſque qui propter vtilitatem ſuam aut ſecuritatem aliis perniciem moliuntur, quantalibet vtantur diligentia, ſæpe tamen voti compotes non fieri: rurſum qui ſuam ſalutem Deo committunt, præter opinionem è mediis periculis emergere: quod & in hoc puero videre licet. Erat filia regi nomine Thermuthis. hæc dum ludit ad ripas fluminis conſpicata vas fluitans, miſſis natatorib. iubet lectulum ad ſe in ripam extrahi. quo vt iuſſum erat allato, mirè placuit puer, quòd eſſet magnus ac pulcher. Tanto enim fauore Deus Moyſen proſecutus eſt, vt eum fecerit ab illis ipſis nutriri & educari, qui propter eius natiuitatem reliquos quoque Hebræos perdendos decreuerant. Itaque iubet Thermuthis mulierem alicunde adduci, quæ puero mammam præbeat. quo non admittente mammam, ſed aduerſante, idque cùm alia poſt aliam adduceretur: Mariame quaſi non data opera, ſed fortuito ad ſpectandum interueniſſet, Nihil agis, inquit, regina dum nutrices infanti adhibes alieni generis mulieres. quòd ſi Hebræam aliquam accerſores, tum fortè popularis mammam admitteret. cúmque rectè monere videretur puella, iuſſa eſt ipſa hoc negotium exequi, & lactantem quampiam adducere: ac mox vſa permiſſa poteſtate, rediit adducens communem matrem, ignotam omnibus qui tum aderant. tum infans perquam libenter inhærere mamillæ viſus eſt: & rogante regina mulier commiſſi infantis curam ſuſcepit. & quia proiectus fuerat in profluentem, ab hoc caſu nomen eſt ſortitus. aquam Ægyptij vocant Mo, yſes verò ſeruatos, quare compoſita voce ex vtriſque nomen infanti fuit inditum, qui deinde citra controuerſiam prudentiſſimus Hebræorum euaſit, ita vt Deus iam antè prædixerat. erat enim ab Abrahamo ſeptimus. nam ipſe Amaramæ filius fuit, ſicut pater eius Cathi, hic verò Leuis, & Leuis Iacobi, qui ex Iſaco erat prognatus. hic autem Abrahami erat filius. puer autem non pro ætate proficiebat intellectu, ſed inter ludendum præ cæteris æqualibus ſapere videbatur. & quicquid ageret, noua quadam indole

A

B

C

D

E

F

G

ἔγνω μᾶλλον ὅτι τούτῳ ποιήσαιτο τὴν τοῦ παιδὸς σωτηρίαν καὶ φανέραν. περί τε λήσεσθαι φέπις δυνατὸν, τοῦτο δ' ἦν ἄδηλον, ἐναποκινδυνεύειν, ὡς τοῦ παιδὶ μόνον κρυφαίως ξεφορμεύω, ἀλλὰ & αὐτῷ. τὸν δὲ θεὸν ἠξείτο πᾶσαν ἐκπορίσειν ἀσφάλειαν· ἐπεὶ τοῦ μηδὲν ψεύδος ἡγεῖσθαι τῶν εἰρημένων. ταῦτα κείναντες, μηχανῶνται πλέγμα βίβλινον ἐμφερὲς τῇ κατασκευῇ κοιτίδι, μέγεθος αὐτῇ ποιήσαντες αὐξάρκες εἰς τὸ μετ' ὀρύχωρείας ἐναποκεῖσθαι τὸ βρέφος. ἔπειτα χρίσαντες ἀσφάλτῳ, τοῦ δὲ ὕδατι τὴν δι' ἀλλήλων πλεγμάτων διαφεύγειν εἴσοδον ἡ ἄσφαλτος πέφυκεν, ἐντιθέασι τὸ παιδίον. καὶ κατὰ τοῦ ποταμοῦ βαλόντες, εἴασαν ὅπη τοῦ θεοῦ τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ. καὶ τὸ μὲν ὁ ποταμὸς ὡδήγησε λαβὼν ἔφερε. μαριάμη δὲ τοῦ παιδὸς ἀδελφὴ κελευσθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς, ἀντιπαρεξίει, ὅποι φερόμενον χωρήσει ὀφομένη τὸ πλέγμα. ἔνθα & διέδοξεν ὁ θεὸς μηδὲν μὴ τὴν αὐθρωπίαν σώζεσιν, πᾶν δ' ἀπ' & βεληθείη σοφίζειν αὐτοτελοῖς ἀγαθῆ τυγχάνον. καὶ διαμαρτάνοντας μὲ τοῖς ἰδίας ὠφελείας καὶ ἀσφαλείας ἄλλων καταγινόντας ὄλεθρον & πολλῇ σοφῇ τότε χρησαμένους ἀπέδη. σωζομένης δ' ἐν ὕδατι καὶ ζωὴν ἐν μέσοις τοῖς κακῶν διεισκομένοις τὴν διαφαίαν τοὺς κινδυνεύοντας τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ. τοιοῦτον γάρ τι καὶ δεῖ τὴν παῖδα τοῦτον γενόμενον ἐμφανίζει τὴν ἰσχὺν τοῦ θεοῦ. θερμουθὶς δὲ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως. αὕτη παίζουσα παρὰ τὰς ἠόνας τοῦ ποταμοῦ, & φερόμενον ὑπὸ τοῦ ῥεύματος θεασαμένη τὸ πλέγμα, κολυμβητὰς ἐκπέμπει, κελεύσασα τὴν κοιτίδα φέρειν αὐτῇ ἐκκομίσαι. ὡδηγουμένων δὲ τοῦ ὅπη τούτῳ ἐκαλέντων μὴ δ' κοιτίδος ἰδοῦσα τὸ παιδίον, ἐφηπάπησε, μεγέθει τε ἕνεκα καὶ κάλλους. τοσαύτην γὰρ ὁ θεὸς τοῦ μωυσῆν ἐχρήσατο αὐξῆσαι, ὡς ὑπὸ πάντων τοῦ καταφησαμένων δι' αὐτὸ ἡγεῖσθαι καὶ τῶν ἄλλων ἐκ τοῦ ἑβραίων ἡγεμόνας ἀπόλαυσιν ποιῆσαι σοφίας & ἐπιμελείας ἀξιωθῆναι. κελεύει τὸ γύναιον ἡ θερμουθὶς ἀχθῆναι, παρέξον θηλὴν τῷ παιδίῳ μὴ προσεμένῳ δι' αὐτὸ τὴν θηλὴν, ἀλλ' ἐποσπαφέντος, καὶ τοῦτ' ὅπη πολλῶν ποιήσαντος, ἡ μιριάμη παρεξυγχάνεσα τοῖς γνωμένοις, ἐκ ὡς τε ἐκ ὡδαισθῆς δοκεῖν, ἀλλὰ καὶ θεοείαν, εἶπε μάτην ὦ βασίλισσα ταύτας ὅπη τροφὴν τοῦ παιδὸς μεταλαβεῖν τὰς γυναῖκας, αἳ μηδὲν πρὸς αὐτὸν συγγενὲς ἔχουσιν. εἰ μὴ τί τινα τῶν ἑβραίδων γυναικῶν ἀχθῆναι ποιήσειας τάχα ἂν προσοίτο θηλὴν ὁμοφύλου. δόξασαν δὲ καλῶς λέγειν ἐκέλευεν τοῦτ' αὐτὴν ἐκπορίσαι, καὶ τῶν ἁλισκομένων τινὰ μετελθεῖν. ἡ δὲ ταύτης ἐξουσίας λαβομένη, παρῆν ἄγουσα τὴν μητέρα μηδενὶ γνωσκομένην. καὶ τὸ παιδίον ἀσμένως ἔσπευσε τοῦ θηλῆ. καὶ ἀνθεῖσης τὴν βασιλίδος, πίστευσε τὴν τροφὴν τοῦ παιδὸς πρὸς τὸ παῦ. καὶ αὐτῷ τὴν ὀπίκλησιν ταύτην καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντι. τὸ δὲ ὕδωρ, μῶ οἱ αἰγύπτιοι καλοῦσι. ὕσης δὲ, τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. σωθέντες οὖν ἐξ ἀμφοτέρων τὴν προσηγορίαν αὐτοῦ ταύτην τίθενται. καὶ ἐν ὁμολογουμένως καὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόρρησιν φησήσει ἑβραίων ἄριστος. ἄβραμος δὲ αὐτῷ πατὴρ ἕβδομος. ἀμαραμὴ μὲν δὲ αὐτὸς ἐν παῖς. κάθε δὲ ὁ πατήρ. ὁ δὲ λδὶ. & λδὶ τοῦ ἰακώβου, ὃς ἐν ἰσάκῳ γενόμενος. ἄβραμος δὲ ἕβδ' ἦν. σωσεσις δὲ ἐκ τὴν ἡλικίαν ἐφύετο αὐτοῦ, τοῦ δὲ ταύτης μέτρου πολὺ κρείττω καὶ πρεσβυτέραν διεδείκνυε ταύτης τὴν φρόνησιν ἐν ταῖς παιδιαῖς.

καὶ

καὶ μειζόνων τῆς ὑπ' αὐδενὸς ἠμυσομένων ἐπαγγελίαν
εἶχε τὰ τότε θεαττόμενα. καὶ ζιετῆ μὲ αὐτὸν γεγεν-
μένον, θαυμασὸν ὁ θεὸς τὸ τῆ ἡλικίας ἐξῆρε ἀνάστη-
μα. θεὸς ἦ κάλλος ἐθέλοις ἀφιλοτίμητος ἰὼ ἔτως, ὡς
μωϋσῆα θεασάμενος μὴ ἐκπλαγῆναι τῆ δυμορφίας.
πολλοῖς τε συνέβαινε καθ' ὁδὸν φερομένῳ συντυ-
χαίνειν, ὅπως τρέφεσθαι μὲ ὑπὸ τῆ ὄψεως τῆ παιδός. ἀ-
φίεναι ἦ τὰ ἀσχολούμενα καὶ τῆ θεωρίᾳ προσαχο-
λεῖν αὐτοῖς. καὶ γὰρ ἡ χάρις ἡ παιδικὴ πολλὴ καὶ ἄκρα-
τος ἐφέρετο αὐτὸν ἔσα, κατείχετο τοὺς ὁρῶντας. ὅντα δ'
αὐτὸν τοιοῦτον, ἡ θερμουθὶς παιδοποιεῖται, γονῆς γνη-
σίας ὑ μεμοιραμένη. καί ποτε κομίσασα τὸν μωϋ-
σῆν πρὸς τὸν πατέρα, ἐπεδείκνυέ τε τέτον, καὶ ὡς φρον-
τίσαι διαδοχῆς εἰ καὶ βυλήσει θεῖ μὴ τύχοι παιδὸς
γνησίυ. πρὸς αὐτόν τε ἔλεγε. ἀναθρεψαμένη παῖδα
μορφῆ τε θεῖον ἢ φρενήμασι ψυχᾶον, θαυμασίως ἦ
αὐτὸν καὶ παρ' αὐτῆς τῆ ποταμῆ λαβῆσα χάριτος,
ἐμαυτῆς μὲ ἠνισάμιλλα παῖδα ποιήσασθαι, τ ἦ σῆς βα-
σιλείας διάδοχον. ταῦτα λέγουσα ταῖς τῆ πατρὸς χερ-
σὶν ἐνίθησι τὸ βρέφος. ὁ ἦ ⁊ λαβὼν ἢ προσερνισά-
μενος, κατὰ φιλοφρόνησιν χάειν τ θυγατρὸς ἐπι-
τίθησιν αὐτῆ τὸ διάδημα. καταφέρᾳ δ' ὁ μωυσῆς εἰς
τλὺ γῆν, προελόμενος αὐτὸ ἢ νηπιότητα δῆθεν, ἐπέ-
βαινέ τε αὐτῆ τοῖς ποσί. καὶ τῆτο ἔδοξεν οἰωνὸν ὅπι τῆ
βασιλείᾳ φέρειν. θεασάμενος δ' ὁ ἱερογραμματεὺς ὁ
καὶ τλὺ ἡγέσιν αὐτῆ προεῖπεν ὅπι ταπεινώσει τ ἀ-
γυπτίων ἀρχῆς ἐσομένην, ὥρμησεν ἀποκτεῖναι. ἢ δει-
νὸν ἀνεκραγὼς εἶπε, βασιλῆ, παῖς ἐκεῖνος ὃν κτείνα-
σιν ἡμῖν ἐδήλωσεν ὁ θεὸς ἀφόβοις εἶ) μάρτυρεῖ τῆ προ-
αγορεύσᾳ τῆ γεγονότος, ὅτι βεβαίως ἡγεμονίᾳ τῆ σῆ ἢ
παῖδ τὸ διάδημα. τέτον ἀνελών, ἀγυπτίοις μὲ τὸ αὐ-
τὸ δέος ἄνες. ἑβραίοις ἦ, τλὺ ἐλπίδα τῆ δ' αὐτῆ θάρ-
σους ἀφελῆ. φθανέᾳ δ' αὐτὸν ἡ θερμυθὶς ἁρπάσα-
σα, καὶ πρὸς τὸν φόνον ὀκνηρὸς ἰῶ ὁ βασιλεύς, τοιοῦτον
αὐτὸν τῆ θεῆ ὡθασιλεύσαντος, ὦ προήκοια τ μωυ-
σέως τ σωτηρίας ἰῶ. ἐξέφετο οὖ, πολλῆς ὀλιγω-
ρίας τυγχάνων. καὶ τοῖς μὲ ἐβραίοις ἐπ' αὐτῆ
παρῆν δύελπισιν εἶ) πρὸ τῆ ὅλων. δι' ὑποψίας δ'
εἶχον ἀγύπτιοι τλὺ ἀπατεφρῆ αὐτῆ. μηδ' ἑνὸς ἦ ὄν-
τος φανεῦ, κἂν ἀπέκτεινεν αὐτὸν ὁ βασιλεύς, ἢ συγ-
γνοὺς δι' τ εἰκαιοπάθειαν, ἢ τῆ ἄλλων τινός, ᾧ πλέον
ὑπῆρ ὠφελείας τῆ ἀγυπτίων ἐκ τέ προεῖδέναι δαρρεῖν
παρῆν, ἀπείχοντο τῆς αἰμορρύσεως αὐτῆ. μωϋσῆς μὲν
οὖ πρὸ φρονήμυ τέρπω ψυχῆ θεὶς καὶ τραφείς,
⁊ παρελθὼν εἰς ἡλικίαν, φανερὰν τοῖς ἀγυπτίοις τλὺ
ἀρετλὺ ἐποίησε, ἢ τὸ ὅπι ταπεινώσει μὲ τῆ ἐκείνων, ἐπ'
αὐξήσει ἦ τῆ ἑβραίων γεγονέναι, τοιαύτης ἀφορμῆς
λαβόμενος. αἰθίοπες, πρόσοικοι δ' εἰσὶ τοῖς ἀγυπτίοις,
ἐμβαλόντες εἰς τλὺ χώραν αὐτῆ, ἔφερον ⁊ ἦγον τὰ
τῆ ἀγυπτίων. οἱ δ' ὀργῆ στρατεύσιν ἐπ' αὐτοὺς, ἀ-
μυνόμενοι τ καταφρονήσεως. ⁊ τῆ μάχῃ κρατη-
θέντες, οἱ μὲν αὐτῆ ἔπεσον, οἱ δ' αἰχρῶς εἰς τλὺ οἰ-
κείαν διεσώθησαν φυγόντες. ἐπικολεθήσαν ἦ διώ-
κοντες αἰθίοπες, ⁊ μαλακίας ὑπολαβόντες τὸ μὴ
κρατεῖν ἁπάσης τ ἀγυπτε, τ χώρας ὁπλοτέρον ἦπον-
το, ⁊ γευσάμενοι τ ἀγαθῶν, οὐκέτι αὐτῆ ἀπείχοντο. ὡς
ἦ τὰ γεωτικώτερα μέρη πρῶτον αὐτῆς ἐπερχομένων ἐκ ἑτόλμων αἰτισασθέσθαι, προῦβησαν ἄχρι μέμ-
φεως, καὶ τ θαλάσσης, οὐδὲ μιᾶς τῆ πόλεων αἰτιχεῖν δυναθείσης. πρὸ ἦ καιρῆ πιζόμενοι, πρὸς χρη-

A res magnas olim gerendas præ se ferebat. post tertium verò annum ætatis admirandam gratiam ei Deus addidit. nemo enim erat adeò tetricus, vt visa Moysis pulchritudine non obstupesceret: & persæpe accidebat vt dum gestatur ac circumfertur, obuios quosque in se cõuerteret, ita vt relictis seriis negotiis mallent præcellenti eius forma oculos pascere. Tanta erat puerilis gratia, vt inuiti homines ab hoc spectaculo discederent. quo factum est vt
B Thermuthis hunc sibi filium adoptauerit, cùm alioquin germanis liberis careret: allatúmque patri ostentabat, dicens de successore se cogitare, etiam si Deus illi nullum filium gignere dederit. Hunc puerum, inquit, ego educaui non minùs indole quàm pulchritudine diuina excellentem, quem Nilus ipse in sinum meum tradidisse videri potest, quem decreui
C adoptare mihi filium, tibi verò in principatu ac imperio successorem, & cum dicto patri infantem in manus imposuit. at ille postquam acceptum ad pectus appressisset, filiæ gratificaturus comiter diadema suum eius capiti imposuit. Moyses verò capiti pueriliter detractum prolabi in humum passus, pedibus etiam calcauit, id quod mox ominosum est visum, & regno nihil boni portendere. móxque ille sacrorum scriba qui natiuitatem eius Ægypto
D cladem allaturam prædixerat, occidere puerum volebat, vociferans: Rex, puer iste per cuius necem nobis securitatem Deus pollicetur, vaticinium iam confirmauit, insultando tuo regno & diadema calcãdo. Hoc interempto tam Ægyptiis metum quàm Hebræis spem & fiduciam adime. Thermuthis verò confestim eum eripit, rege quoque non inuito, cui Deus talem animum indiderat, Moysis saluti prouidens. itaque educabatur quàm accuratissimè. Quamobrem Hebræi quidem felicitatem suo generi
E sperabant, Ægyptiis verò suspecta erat hæc educatio. sed cùm nemo extaret vel è cognatis regiis vel ex aliis optimatibus, qui etiamsi Moyses sublatus esset, magnopere videretur procuraturus Ægyptiorum commoda, abstinuerunt ab eius cæde.

Itaque sic natus, & sic educatus, postquam adoleuit, breui suæ virtutis specimen edidit, & X.
quantum momenti vel suis vel Ægyptiis esset allaturus, occasionem nactus talem. Æthiopes
F qui supra Ægyptum incolunt, agebant & ferebant facultates Ægyptiorum. illi moti indignatione ducunt in eos exercitum, contumeliam cum iniuria coniunctam vlturi: mox prælio commisso, partim in acie ceciderunt, partim in fugam turpiter compulsi retro ad suos se receperunt. quo successu elati Æthiopes fugientibus instabant, & ignauum rati si fortuna non vterentur, concepta spe subiugandæ
G Ægypti, latè eam populabantur: degustatáque prædæ dulcedine, non temperantes sibi ad maiora audenda accendebantur. cúmque vicinas regiones peruagantibus nemo cum armis obuiam iret, pergebant vlterius Memphim vsque & mare, nulla ciuitate resistere valente. Quibus calamitatibus Ægyptij pressi,

mittunt qui remedium ab oraculis petant. A cumque responsum esset, Hebræum in auxilium aduocandum, rex à filia postulat Moysen qui vniuersis copiis cum imperio præsit. paruit illa, sed priùs rege iureiurando obstricto, nihil in perniciem iuuenis machinaturum, pro magno hoc auxilium imputans, & sacerdotibus probro dans quòd non puderet nunc eius opem implorare, quem prius vt hostem occidendum esse monuerint ac iusserint. Moyses verò Thermutidis simul ac regis rogatu li- B benter hoc negotium suscipit. quod factum gentis vtriusque vatibus lætitiam attulit. Ægyptij post partam eius virtute de Aethiopibus victoriam, occasionem sibi per dolum tollendi non defore sperabant: contrà Hebræi, Moyse copiis præposito, adfore sibi facultatem euadendi ex Ægyptia seruitute. Ille verò volens hostem opprimere priusquam de aduentu suo cognosceret, non per fluminis ripam, sed per interiora terræ expeditionem fecit. quà in re C satis declarauit quantum ingenio polleret ac prudentia. cùm enim hoc iter difficile esset præ multitudine serpentum (nam hic tractus plurimos gignit, aliquot etiam genera quæ nusquam alibi reperiuntur, noxios omnes & ipso aspectu horrendos, & in his quosdam voluces, vt non solùm humi latentes insidientur, sed & sublimes ex improuiso noceant) cõmentus est ad securum iter exercitus stratagema dignum admiratione. vasa enim plexilia D non pauca è papyro in arcæ formam fieri curauit, quæ completa ibibus secum deferebat. est autem hoc animal infestissimum serpentum generi. quapropter fugitant earum insectationem, & inter fugiendum sicut à ceruis retracti deuorantur. sunt autem mansuetæ alites, & contra solos serpentes feroces. de quibus nunc desino plura, vtpote apud Græcos non incognitis. postquam igitur ventum est in terram venenosis bestiolis scatentem, ibes illis immisit, quarum bona opera vsus, itinere im- E punè peracto nec opinos Æthiopes inuasit: commissóque prælio fusos ac fugatos, & spe occupandæ Ægypti frustratos retro in suam regionem compulit. nec hoc contentus oppida illorum euertebat, & vbique magna cædes hostium patrabatur. quo factum est vt post hæc auspiciis Moysis feliciter gesta tantam alacritatem exercitus præse ferret, vt nihil non laboris toleraturus videretur, iamque aut excidium aut captiuitas Æthiopibus immineret. F ad vltimum compulsi in Saba regiam eius gentis, quam postea Cambyses Persarum rex de sororis suæ nomine Meroen appellauit, obsidione sunt cincti. erat autem penè inexpugnabilis, vtpote Nilo circumquaque cincta, accedentibus ad eius munitionem & aliis fluuiis Astapo & Astoborra, qui obiectu suo difficiliorem traiectum facerent. itaque sita in insula, & muro valido inclusa, non fluminibus G tantùm arcebat hostem, sed aggeribus, qui mœnia inter & flumina ad eorum inundationes prohibendas, instructi, ad hoc quoque tũ proderant quòd hosti etiam post superata flumina aditum ad vrbem oppugnandum negabant.

σμοὺς ἀγνῶτας καὶ μαντείας ζήτουν. συμβαλόντα δὲ αὐτοῖς τῷ θεῷ συμμάχῳ χρήσασθαι τῷ ἐβραίῳ, κελεύει ὁ βασιλεὺς τὴν θυγατέρα ὑφαρπάσαι τὸν μωϋσῆν, στρατηγὸν αὐτοῦ γνησόμενον. ἡ δὲ ὅρκους ποιησαμένη ὡς τι μηδὲν ἀλλοτρίαν κακὸν, ὑφαιρεῖται σῶσιν. αὐτὴ μεγάλης μὲν ἀνεργασίας κρίνουσα τὴν συμμαχίαν. κακίζουσα δὲ τοὺς ἱερέας κτεῖναι παραχρῆμα παραδόντας αὐτὸν ὡς πολέμιον, οὐκ ἠδυνῶντο νικᾶν χρήζοντες αὐτοῦ τὴν ὑπακοήν. μωϋσῆς δὲ, ὑπό τε τῆς θερμουθίδος ὑφαρπασθεὶς, καὶ ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἡδέως παρεσκεύασται τὸ ἔργον. ἔχαιρον δ' οἱ ἱερογραμματεῖς ἀμφοτέρων τὴν ἐπῳδήν. ἀγνῶτων μὲν, ὡς τοὺς τε πολεμίους τῇ ἐκείνου κρατήσοντες ἀρετῇ, καὶ τὸν μωϋσῆν τῷ αὐτῷ δόλῳ κατεργασάμενοι. οἱ δὲ τῶν ἑβραίων, ὡς φυγεῖν αὐτοῖς ἐσομένους τοὺς ἀγνῶτας ἀπὸ τοῦ μωϋσῆν αὐτῶν στρατηγεῖν. ὁ δὲ φθάσας πεῖσαι καὶ πυθέσθαι τοὺς πολεμίους τὴν ἔφοδον αὐτῶν, τὸν στρατὸν ἀναλαβὼν ἦγεν, οὐ διὰ τοῦ ποταμοῦ ποιησάμενος τὴν ἐλασίαν, ἀλλὰ διὰ γῆς. ἔνθα τῆς αὐτοῦ συνέσεως θαυμαστὴν ἔδειξεν ἐπίδειξιν. τῆς γὰρ γῆς χαλεπῆς οὔσης ὀφεῶν διὰ πλῆθος ἑρπετῶν (παμφορωτάτη γάρ ἐστιν, ὡς μὴ τὰ παρ' ἄλλοις τούτων οὐκ ὄντα μόνη φέρειν, ἀλλὰ καὶ τὰ μὴ καινίζειν τῇ τοῦ ὄψεως ἀσωπήσει διαφέροντα, τινὰ δ' αὐτῶν ὄντα καὶ πετεινὰ, ὡς λαθόντα μὲν ὑπὸ γῆς κακουργεῖν, καὶ μὴ προειδομένοις ἀδικεῖν ἀφορητὰ γινόμενα) νοεῖ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ ἀβλαβῆ πορείαν τῷ στρατεύματος στρατήγημα θαυμαστόν. πλέγματα γὰρ ἐμφερῆ κιβωτοῖς ἐκ βίβλου κατασκευάσας, καὶ πληρώσας ἴβεων, ἐκόμιζε. πολεμιώτατόν δ' ἐστιν ὄφεσι τοῦτο τὸ ζῷον. φεύγουσί τε γὰρ ἐπερχομένας, καὶ ἀφισάμενοι καθάπερ ὑπ' ἐλάφων ἁρπαζόμενοι καταπίνονται. χειρωθεὶς δ' εἰσὶν αἱ ἴβεις, καὶ πρὸς μόνον τὸ τῶν ὄφεων γένος ἄγριοι. καὶ πρὶν μὲν τούτων, παρεῖναι νεφος, οὐκ ἀγνοοῦντων τὴν ἐλλιπῶν τὰ ἴβιδος τὸ εἶδος. ὡς οὖν εἰς τὴν γῆν ἐνέβαλε τὸν θηρεύτορον, ταύτας ἀπεμάχετο, τὴν τῶν ἑρπετῶν φύσιν ἐπαφεὶς αὐτοῖς, καὶ προπολεμούσας χωμένους. τέτον οὖν ὁδώσας τὸν τρόπον, ἀδεᾶ παρεσκεύασε παρῶν τοῖς ἀθίοψι. καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς, κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τῶν ἐλπίδων ἃς εἶχον ὑπὲρ τοῖς ἀγνῶτας, ἀφαιρεῖται. τάχα πόλεις αὐτῶν ὅλας κατασκεφόμενος, καὶ φόνος πολὺς τῶν ἀθιοπῶν ἐγένετο. καὶ τὰ διὰ μωϋσῆν διανοίας γενόμενον τὸ τῶν ἀγνῶτων στράτευμα πονεῖν οὐκ ἔκαμνεν, ὡς μὲν ἀνδραποδισμοῦ καὶ παντελοῦς ἀναστάσεως τὸν κίνδυνον ἔφ) τοῖς ἀθίοψι. καὶ τέλος, συνελαύνοντες εἰς σαβὰ πόλιν βασίλειον οὖσαν τῆς ἀθιοπίας, ἣν ὕστερον καμβύσης μερόην ὠνόμασεν, ἀδελφῆς ἰδίας τοῦτο καλουμένης, ἐπολιορκοῦντο. ἦν δὲ δυσπολιόρκητον σφόδρα τὸ χωρίον, τοῦτο νείλῳ περιέχοντος αὐτὴν καὶ κυκλουμένου, ποταμῷ τε ἄλλων ἀξιόπλοα καὶ ἀξιοβόρα δυσμάχητον τοῖς περαιοῦσθαι βουλομένοις τὸ ῥεῦμα ποιοῦντων. ἡ γὰρ πόλις ἐντὸς ὅσα νῆσος οἰκεῖται, τείχους τε αὐτῇ χαρτεροῦ περικειμένου, καὶ πρὸς τοῖς πολεμίοις πρόβλημα τοῖς ποταμοῖς ἔχουσα, χώματά τε μεγάλα μεταξὺ τοῦ τείχους, ὡς τε ἀπόπτυκλυσος εἶναι διαστόμων ὑπὸ πλημμύρας φερομένων, ἅπερ καὶ τοῖς περαιουμένοις τοὺς ποταμοὺς ἄπορον ἐποίει τὸ πόλεως τὸ ἄλωσιν

φέρον

φέρυπ τίνιευ ἀπδῶς πρ μωϋσῆ τλὼ τῦ στρατύματο
ἀρχίαν, εἰς χέιρας γδ ἂν ἐτόλμων ἀπαντᾶν οἱ πολέμιοι,
συνέτυχέν τι τοιῦτον. θαρβις θυγάτηρ ἰῶ τῦ αἰθιόπων
βασιλέως. αὕτη τὸν μωϋσῆν πλησίον τοῖς τείχεσι
προσάγοντα τλὼ στρατὰ ἢ μαχόμενον γλυκέως ἀ-
πεσκοπῦσα, ἢ τὴν ὀπνοίας τρ ἐγχειρήσεων θαυμά-
ζουσα, Ϲ τοῖς τε αἰγυπτίοις ἄριστον ἀπεγνωκόσιν ἤδη τὴν
ἐλευθερίαν, τ δυσεργίας ὑπολαμβάνουσα, Ϲ τοῖς
αἰθίοψιν αὐχῆσιν ὅτι τοῖς ὑπ' αὐτῆ κατορθωθεῖσιν
τὸν περὶ τρ ὅλων κίνδυνον, εἰς ἔρωτα δεινὸν ὤλισθεν
αὐτῆ. ἢ αὔξοντος τῦ πάθους, πέμπει πρὸς αὐτὸν τρ
οἰκετῆ τοῖς πιστοτάτοις δξαλεγομένη περὶ γάμου. προσ-
δέξαμένου δ τ λόγον ὅτι τρ παραδώσουσα τλὼ πόλιν,
καὶ ποισαμένου πίστεις ἐνόρκους ἢ μὲν ἄξεσθαι γυ-
ναῖκα, καὶ κρατήσαντα τ πόλεως μὴ φθαρῆσεσθαι
τὰς σωθείσας, φθάνει τὸ ἔργον τοῖς λόγοις. Ϲ ἢ τλὼ
αἵρεσιν τρ αἰθιόπων δυχαριστήσας τρ θεῷ, συντε-
τέλει τὸν γάμον μωϋσῆς, ἢ τοῖς αἰγυπτίοις ἀπήγαγεν
εἰς τλὼ ἑαυτῆ. οἱ δ' ἐξ ὧν ἐσώζοντο ὑπὸ μωϋσέως,
μύσας ἐκ τέτων πρὸς αὐτὸν ἀνελάμβανον, Ϲ θερμό-
τερον ἄπλεσθαι τρ κατ' αὐτὰ βελλομάτων ἠξίουν.
ὑπονοοῦντες μὴ ὀλιγωρίᾳ τλὼ δυσεργίαν νεωτερίσειεν
ἢ τλὼ αἰγυπτον, διδάσκοντες τ βασιλέα πρὸ τῆς
στρατιᾶς. ὁ δ Ϲ καθ' αὑτὸν μὲν εἶχε τλὼ τῦ πρά-
γματος ὑπόνοιαν, ὑπό τε φθόνυ τῆς μωϋσέως στρα-
τηγίας, καὶ ὑπὸ δέους ταπεινώσεως, ἐπειχθεὶς ὑπὸ
τρ ἱερογραμματέων, οἷος τε ἦν ἐγχειρεῖν τῆ μωϋ-
σέως ἀναιρέσει. φθάσας δ τλὼ ὑπουλίαν λαβὼν ὑ-
πέζεισιν. ἢ τρ ὁδῶν φυλαττομένων, ποιεῖται δρόμον διὰ τῆς
ἐρήμου τὸν δρασμόν, ἢ ὅθεν ἦν ὑπόνοια μὴ λα-
βεῖν τοὺς ἐκθησομένους ἄποδός τε ὢν ζοφῆς, ἀπηλλάττετο
τῆ καρτερείᾳ κεκαρφονῶν. εἰς τε πόλιν μαδιληνὴν
ἀφικόμενος πρὸς τῆ μὲν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ κειμένῃ,
ἐπάνυρον δ ἑνὸς τρ ἀβραὰμ γεγομένων ἐκ χαιτού-
ρας ὧν καθεσθεὶς ὅτι πυθ φρέατο, ἐκ τε πόνου
καὶ τ ταλαιπωρίας ἡρέμει μεσημβρίας ἔσης ἐ πόρ-
ρω τ πόλεως. ἐν ταύτῃ αὐτρ συνέβη Ϲ θεάδες ἐκ
διαίτης τρ αὐτόθι αυσήσασαι τλὼ ἀρετλὼ αὐτῆ, καὶ
πρὸς τὸ κρεῖττον ἀφορμλὼ ἀπαγομένας. τρ γδ χω-
ρίων δυσύδρων ὄντων, προκατελάμβανον οἱ ποιμέ-
νες τὰ φρέατα, ὅπως μὴ ἐξαναλωμένυ τῦ ὕδατο
ὑπὸ τρ ἄλλων, αὐανίζοι ποτὲ τὰ θρέμματα. ἀπη-
γόντων σφῶν ὅτι τὸ φρέαρ ἐπὶ παρθένοι ἀδελφαί, ῥα-
γουήλυ θυγατέρες ἱερέως, Ϲ πολλῆς ἠξιωμένυ τιμῆς F
ἀπὸ τοῖς ἐπιχωρίοις. αἱ τρ τῶν ποιμνίων
ἐπιμελέμεναι διὰ τὸ ταύτλυ ὑπουργίαν τῆ, καὶ γυ-
ναῖκ ἐπιχώριον ἀπὸ τοῖς ζωγλοδύταις, φθασάσας
τὰ αὐτάρκες ἐκ τῦ φρέατο αὐέσασαν ὕδωρ τοῖς ποι-
μνίοις ταῖς δεξαμέναις, αἱ πρὸς ἐκδοχλὼ τῦ ὕδα-
το ἐγεγόνεισαν. ὅπις αὐτῶν ὁ ποιμένων, καὶ ἀ-
πελαυνόντων τὰς παρθένους ὡς αὐτὸ τ ὕδατο κρα-
τεῖν, μωϋσῆς δεινὸν ἡγησάμενο τῆ πρὸς ἀδι-
κημένας τὰς κόρας, ἢ τλὼ βίαν τλὼ τρ ἀνδρῶν ἐάσας
κρείττονα γενέσθαι τῦ τρ παρθένων δικαίου, τοις
μ ἔρξεν πλησιάσαι βέλοντας, ταῖς δὲ παρέχει τλὼ
δλουσαν βοήθειαν. αἱ δ δυρχαριστηθεῖσαι παρῆσαν
πρὸς τὸν πατέρα, τλὼ τε ὕβριν τρ ποιμένων αὐτῶ διηγούμεναι, ἢ τλὼ ὑπηρεσίαν τῦ ξένυ. παρεκ-
λουν τε μὴ μελῆσαι αὐτῶ γενέσθαι τλὼ δυποιαν μὴ δ' ἀμοιβῆς ὑστερῆσαν· ὁ δὲ, τὰς τε παῖδας αὐτῶ

Hîc cùm Moyſes deſidere exercitum ocioſum ægrè ferret, hoſte non audente manus conſerere, interim tale quiddam accidit. erat Æthiopum regi filia nomine Tharbis. hæc Moyſem mœnibus exercitum admouentem & egregiè dimicantem conſpicata, virtutémque viri admirata, qui & Ægyptiorum fortunam labantem in integrum reſtituiſſet, & Æthiopas modo victores in extremum periculum adduxiſſet, vehementi eius amore eſt correpta: quo in dies creſcente, mittit ad eum è ſeruis fidiſſimos coniugium ſuum offerens. aſſenſit ille hac conditione iureiurando firmata, poſt vrbem ſibi traditam ducturum ſe eam vxorem: ac mox dicta factum ſequitur. Sæuitum eſt nihilominus in hoſtem, & actis Deo gratiis nuptiiſque celebratis, Ægyptiorum exercitus victor domum eſt reductus. illi verò accepta ſalute odium pro gratia Moyſi repoſuerunt, & maioribus ſtudiis inſidias contra eum machinabantur: ſuſpicatíque ne rebus feliciter geſtis elatus res nouas in Ægypto moliretur, apud regem eum cædis accuſauerunt. iam enim & ipſe ſuſpectũ hominem habere cœperat, partim inuidia motus ob bellum fortiter ac prudenter adminiſtratum, partim etiam metu alicuius cladis, ſollicitantibus huc & irritantibus indefinenter ſcribis ac ſacrificis. Vt iam Moyſes minimo minus abeſſet à pernicie, opprimendus dubio procul, niſi rem olfaciens in ipſo temporis articulo ſe clàm ſubduxiſſet. & cùm vias obſeruari intelligeret, per ſolitudines fugam arripuit, quà euaſurum inimici minimè ſuſpicabantur: & quamuis alimenta nuſquam inueniret, inediam patientia ſuperabat. cúmque ad vrbem Madienam peruenìſſet, in rubri maris litore ſitam, denominatam ab vno ex Abrahami & Chæturæ filiis, ſedens ad quendam puteum laſſitudinem ex laborioſo itinere contractam recreabat. Erat enim tempus meridianũ, & vrbem iam in proſpectu habebat. Hoc loco ei negotium incidit natum ex incolarum viuendi ratione, per quod & virtutem ſuam declarauit, & melioris fortunæ occaſionem inuenit. cùm enim ea regio laboret aquarum inopia, paſtores operam dabant vt primi puteos occuparent, ne fortè exhauſta aqua ab aliis, ipſorum pecora potu carere cogerentur. Veniunt igitur ad puteum ſeptem virgines ſorores, Raguelis ſacerdotis filiæ, qui in magno honore ab eius loci habitatoribus habebantur: quæ patris gregum curam gerentes, id quod etiam per fœminas apud Troglodytas ex more fit, hauſta aqua quantum ſatis videbatur, gregibus eam potendam in lacunas ad hunc vſum factas diffundunt. cúmque paſtores ſuperueniſſent, & repellendo puellas aquam ſibi vſurparent, Moyſes iniquum ratus non ferre opem iniuriam patientibus virginibus, & ſe inſpectante vim virorum plus pollere quàm ius puellarum, abactis vſurpatoribus auxilium eis ita vt decebat præbuit. at illæ accepto beneficio poſtquam ad patrem venerunt, & paſtorum iniuriam, & quomodo ab hoſpite adiutæ fuerint, ei retulerunt: rogábántque ne illi hoc

beneficium periret. tum ille collaudata puellarum erga benefactorem gratitudine, iussit vt Moyses adducerent meritam gratiam recepturum. Qui vbi venit, indicauit ei quomodo ex filiabus cognouisset de auxilio quod eis tulerat, & virtutem eius admiratus, in non ingratos hoc beneficium collocatum aiebat. relaturum enim se gratiam, non modo parem, sed aliquanto maiorem, deinde adoptato in filium vnam ex filiabus nuptum tradit: ad hæc pecorum, ex quibus olim vniuersa barbarorum possessio constabat, curatorem eum ac dominum

De ſpeculatoribus, qui explorata Chananæorum regione reuerſi Iſraelitis terrorem hoſtium incuſſerunt. CAP. XIII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTI-
QVITATVM IVDAICARVM
LIBER TERTIVS.

CAP. I.

Quomodo Moyses populum ex Ægypto in Sina montem eduxit.

RECENTEM hanc lætitiam ex inſperato acceptæ ſalutis offuſcauit nonnihil itineris moleſtia, quo per deſerta in Sina montem ducebantur: quòd emetienda eſſet regio difficilis propter ciborum & aquarum extremam inopiam, & ne brutis quidem alendis, nedum hominibus idonea. erat enim toto ſqualida, & nihil omnino humoris habens; vnde fructus prouenire ſolent. talem autem viam neceſſariò ſunt ingreſſi. cùm aliam non poſſent: deferebántque ſecum aquam priuſquam deſertum intrarent hauſtam, duce ita præmonente. qua abſumpta puteos magno labore propter duritiem terræ fodientes aquabantur: ac ne ſic quidem vel ſatis bonam, vel quantum ſufficeret inueniebant. in hunc modum iter facientes perueniunt prima veſpera in locum quendam, cui propter aquas vitioſas nomen fecerunt Mar, amarorem vocabulo ſignificante: ibíque laſſis de via & commeatu quoque iam abſumpto inopiam ſentire incipientibus, diuertere placuit: inuitabat ad manendum puteus fortè repertus, qui tametſi tantis copiis non poſſet ſufficere: nonnihil tamen ſolatij propter naturam regionis præbebat. audiebant enim nihil aquæ in progreſſu ſe inuenturos, hæc ipſa quoque amara fuit & nulli potabilis, non homini ſolùm, ſed ne iumento quidem. Moyſes autem videns eis animum cecidiſſe, nec habens quod diceret. non enim erat res cum hoſte quem virtute repellere poſſet, ſed & viri & imbellis mulierum ac puerorum multitudo ex æquo periclitabantur, ægrè expediebat conſilium populi miſeriam ad proprium infortunium referens. ad hunc vnum enim concurrebant, mulierculæ infan-

Exod. 15.

A

Κεφάλαιον α'.

Πῶς μωϋσῆς τὸν λαὸν ἐξαγάγων εἰς τὸ σαββᾶτον ὄρος ἦγε ἐξήκαμε.

ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ ἦ τοῖς ἑβραίοις τὸ σωτηρίας ἔτυχε μηνύσης, δεινῶς ἐλύπῃ πάλιν αὐτὲς ἀγομένους ὅπῃ τὸ σαββᾶτον ὄρος ἡ χώρα τελέως ἦσα ἔρημος, καὶ τὸ τε πρὸς ζοφλὼ αὐτοῖς ἄπορες, ἀπανίζουσα ἦ καὶ ὕ-
B δατος εἰς τὸ ἔχαζον. καὶ μὴ μόνον ἀνθρώποις τὸ ᾧδαγεῖν ἐνδεὲς, ἀλλὰ μηδ' ἄλλό τι τ ζώων ἱκανὴ δόσεφν. ψαφαρὰ γάρ ὄξιν καὶ νοτερὸν ἐξ αὐτῆς ὐδὲν, ὅτι καὶ φῦσαι καρπὸν δύναιζο. ὡσαύτως ἦ ὅσων τ χώραν ἐξ ἀπάλ-
λης ὠδευον, ἑτέραν ἀπελθεῖν ὐκ ἔχοντες. ἐπεφέροντο δ' ἐκ τ προοδοιπορημένης ὕδωρ τῷ σταμνῷ κεκελδωκότος. ἐ τότε δαπανηθέντος, ὐκ φρεάτων ἐποιοῦντο τ ὑδρείαν, ὀλιγόνως δι' ἀπληστίαν τ γῆς. καὶ τὸ δυεσκόμενον ἦ πικρὸν ἀλλ' ὑ πότιμον ἦν, καὶ ὅπερ ἦ ἀπά-
C νιον ἀφικνεῖνται ἦ τοῦτον ὀδυόντες τ ζόφον πρὸ δείλης ὀψίαν εἰς μὲν τόπον, ὅτως ἀπὸ τ τῶ ὕδατος κακίαν ὀνομάσαντες. μὲν γὰρ ἡ πικρία λέγεται, καὶ αὐτόθι τεταλαιπωρημένοι τῷ συνεχεῖ τ ὁδοιπορίας καὶ τῇ τ ζοφῆς ἀπορίᾳ, καὶ γὰρ τότ' αὐτὲς τελέως ὀλιγελείπῃ, κατάγον). φρέαρ γὰρ ἦν, διὸ μᾶλλον ἐμῆναν, ὐδὲ αὐτὸ
Exod. 15. μὲ ἐξαρκεῖν δυνάμενον ζοσύτῳ στρατῷ, βραχείαν μὴν τι παρέχον αὐτοῖς ἀθυμίαν, ἐν ἐκείνοις ἀρεθὲν τοῖς
D χωρίοις. καὶ γὰρ ἦκιον ᾧδατος τὴν ἐξανίστων μηδὲν ἐμπροσθεν βαδίζουσιν ἐῇ), πικρὸν ἦ ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ ἐ ἄποζον ἐῇ), ὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἀφόρητον. ὁρῶν ἦ ὁ μωϋσῆς ἀθύμως ἐχομένους καὶ τὸ προφήματος τὸ ἀναντίλεκτον, ὑ γὰρ ἐχθρὸς ἦν στρατὸς, ὥς τε τῷ βιαζομένῳ τ ἀνάγκης αἰτιάσαι τὸ ἀνδρεῖον, ἀλλὰ διαφθείρετο τότε γυναῖκον παῖδες τε καὶ γυναικῶν ὄχλος ἀσενέστερος, τ ἐκείνων διδασκαλίας ἐν χαλεπωτέροις ἦν, τῷ συμφορᾶν, τῷ ἁπάντων ἰδίαν αὐτὸ ποιεμένους. καὶ γὰρ ὐδὲ ἐπ' ἄλλον τινὰ συνέβαινον, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν, αἰτιολογοῦντες γύ-

vnam

ναγα μὲν ὑφ' ὑπῶν, οἱ δ' ἄνδρες ὑφ' ἑκείνων, μὴ A
θεωρᾶν, ἀλλ' ἐκποιεῖσθαι αὐτοῖς ἀφορμήν τινα σω-
τηρίας. ἱκετεύειν οὖν δέοντας τὸν θεὸν, μεταβαλεῖν
τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς παρούσης κακίας εἰς πότιμον αὐτοῖς πα-
ρασχεῖν, καὶ καταπαύσαντος τὸν θεὸν τοῦ χάους, λαβὼν
ἀπὸ θαλάσσης τὸ ἄκρον ἐν ποσὶν ἐρριμμένης, διαιρεῖ μέ-
σιον, εἰς μῆκος τοῦ ξύλου ποιησάμενος, ἔπειτα με-
θεὶς εἰς τὸ φρέαρ, ἔπηξε τοῖς ἑβραίοις τὸν θεὸν ἐπήκοον
ἀπὸ τῆς δυσχῆς γεγονέναι, εἰς ὑπερεκπαθῆ τὸ ὕδωρ αὐτοῖς B
παρέξειν οἷον ἐπιθυμοῦσιν, θεοῖς τὰ ὑπ' αὐτοῦ κελευό-
μενα μὴ ὀκνηρῶς ἀλλὰ θεθύμως ὑπουργοῦσιν. ἐρω-
μένων δ' αὐτῷ τι καὶ ποιοῦντων ἂν μεταβάλλοι τὸ ὕ-
δωρ, κελεύει τοὺς ἐν ἀκμῇ θεῖσαντας ἐξαντλεῖν, λέγων
τὸ πολλαπλάσιον ἑστάναι πότιμον αὐτοῖς παρεσκευα-
σθέντος τοῦ πλείονος. εἰ μὲν ἐπόνουν. τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ συνεχῶν
πλυνῶν γεγυμνασμένον καὶ κεκαθαρμένον ἤδη πότιμον
ἦν. ἅπαντες δ' ἐκεῖθεν εἰς ἴλιν ἀφικνοῦνται, πόρρω- C
θεν μὲν ἀγαθὴν ὁρᾶσθαι. ἔστι δὲ φοινικόφυτος ἡ. πλησιά-
ζουσα δ' ἀπηλέγχετο πονηρά. ἔστι δὲ οἱ φοίνικες ὄντες ὑ
πλείους ἑβδομήκοντα δυσαυξεῖς τε ἦσαν ἔτι καὶ χαμαίζηλοι
δι' ὕδατος ὀπωρίαν φαφαρᾶς τοῦ παντὸς ἔντος χωρίου. ὅτε
γὲ ὀλίγα τῶν πηγῶν δώδεκα ὄσων τὸν ἀριθμὸν νοτερόν τι
καὶ πρὸς ἀρδεύειν αὐτοῖς δι' ἐλπίδα χρήσιμον. ἀλλὰ μὴ
δυναμένων ἐκβλύσαι μηδ' ἀναχεῖν, ἰκμάδες ἦσαν
ὀλίγαι. ἔστι δὲ ἀμμώδεσι τοῖς ψάμμοις ὑδὲν ἁπλοῦτα. D
κἂν τι ᾖ σάζον ἔλαθον εἰς χεῖρας, ἄχρηστον βόρισκον
ὑπὸ τοῦ θολεροῦ ὄν). καρπὸν τε φέρειν οὐ δένδρα δι' ἀπανίην τοῦ ἐξ ὕδατος εἰς τοῦτο ἀφορμῆς ἔστι πα-
ρασκλήσεως. εἶχον δὲ ἐν αἰτίᾳ τὸν στρατηγὸν, ἔστι κατεβό-
ων αὐτοῦ, τοῖς θαλάμοις καὶ τοῖς πείραν τοῦ κακῶν δι'
αὐτὸν πάσχειν λέγοντες. ζιακοσίοις γὲ ὁδεύουσι ἡμέ-
ραν, ὅσα μὲ ἐπέφερον πάντα ἦσαν ἀναλωκότες. μη-
δενὶ ᾖ θεωτυγχάνοντες δυσέλπιδες ἦσαν θεὶ τοῦ ὅ- E
λων. θεὸς ᾖ τοῦ παρόντι κακῷ τοῖς διάνοιαν ὄντες, ἔστι
ἐν μνήμῃ εἶ) τοῦ ὑπηργμένων αὐτοῖς ἔκ τε τοῦ θεοῦ
ἔστι μωϋσέως ἀρετῆς καὶ σωτέρεως κωλυόμενοι, δι'
ὀργῆς τὸν στρατηγὸν εἶχον, καὶ λίθοις βαλεῖν αὐτὸν ὥρ-
μησαν ὡς ἀπιστότατον τὸν ἐν ποσὶν συμφορᾶς. ὁδὶ ὄν-
τως ἀπρεθισμένοις τῷ πλήθους ἔστι πικρῶς ἐπ' αὐτὸν κε-
κινημένοις τοῦ θεοῦ θαῤῥῶν, καὶ τοῦ σωτείσθαι τοῦ θεοῖς τοὺς
ὁμοφύλους θεωρίας, πάρεισιν εἰς μέσους καὶ καταβοών- F
των ἔστι τὰς χεῖρας ὅπλα ἔχόντων. ὁρᾶσθαι τε κεχαρισμένος ὢν, καὶ πλήθεσιν ὁμιλεῖν πιθανώτα-
τος, καταπαύσειν ἤρξατο τοῦ ὀργῆς καὶ τοῦ παρόντων αὐ-
τοῖς δυσκόλων μεμνημένους λήθην ἔχειν τοῦ ἔμπρο-
σθεν ἐνεργεσιῶν θαυμαλῶν. μηδ' ὅτι νεῶν πονεῖσι, τοῦ
διανοίας ἐκβαλεῖν τὰς τοῦ θεοῦ χάριτας ἔστι δωρεᾶς, ὧν
μεγάλων καὶ ἔτι. θαυμάζειν ἔτυχον ἠμυμένων. θεσσο-
δοκᾶν ᾖ ἔστι τοῦ παρούσης ἀπαλλαγῆναι ἀμηχανίας ἐκ
τοῦ τοῦ θεοῦ κηδεμονίας. ὃν εἰκὸς δοκιμάζοντα τοῖς ἀ-
ρετῆς αὐτοῦ, πῶς τε καρτερείας ἔχεσιν καὶ μνήμης τοῦ G
θεοῦπηργμένων, εἰ μὴ θεὸς ἐκεῖνα ἠμύνοιτο, διὰ τὰ ἐν
ποσὶν κακὰ, γυμνάζειν αὐτὲς τοῖς ἄρα χαλεποῖς. ἐ-
λέγχεσθαι ᾖ αὐτὲς ἐκ ἀγαθοὺς, ὅτε θεὶ τοῖς ὑποκο-
μοῖς ὅτε θεὶ τοῖς μνήμης τοῦ οὗ γεγονότων, ὅτως
μὲ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἐκείνα γνώμης καθ' ὅλου ἐκλελοίπασι
τοῖς ἀγυπτον καταφρονοῦσας, ὅτως ᾖ θεὸς αὐτὸν
τὸν ὑπηρέτην αὐτοῦ δεησθέντας, καὶ ταῦτα μηδὲν αὐτὲς δεδρακότων θεὶ ὧν εἶποι τε ἔστι πράττειν καὶ ὑπο-

tibus opem implorantes, viri verò mulieribus, ne se despiceret, vtque salutis remedium aliquod quæreret. ad preces igitur versus orat vt Deus mutata aqua ex vitiosa potabilem reddat: quo annuente hanc gratiam, arripit fructum ligni fortè ibi iacens, & medium per longitudinem scissum in aquam mittens, docet Hebræos Deum exauditis precibus pollicitum daturum se aquam desiderantibus, si gnauiter iussa peragerent. quibus rogantibus quid facto opus sit vt aqua mutetur, iubet robustissimum quemque certatim puteum exhaurire, dicens, maiore parte euacuata reliquum potabile fore. quo facto aqua agitatione continua purior reddita, potum iam non aspernandum multitudini exhibuit. Hinc castris motis peruenerunt Ilym, agrum, vt primo aspectu è longinquo videbatur, non malum, ferebat enim palmas. vt verò propiùs est ventum, fefellit omnium expectationem: palmæ enim non plures erant quàm septuaginta, eæque non admodum proceræ propter loci ariditatem. nam ne à fontibus quidem rigabantur, qui duodecim eo loco erant, sed non ita largi vt emissis riuulis humiditatem terræ submministrarent. quare ad egerendam harenam versi in nullas venas incidere poterant, & si quid modicum distillaret, fossione turbatum inutile ad potum reddebatur. arbores quoque non multum fructum ferebant propter eandem aquarum inopiam. quamobrem exortum est murmur multitudinis contra ductorem, omnem miseriæ suæ causam in vnum illum conferentis. triginta enim dierum itinere confecto, commeatum omnem quem secum extulerant iam ablumptum desiderabant, & cũ nihil alimentorum in terra deserta inuenirent, minimum à desperatione aberant: atque ita præsente egestate præteritorum tam Dei quàm Moysis beneficiorum memoriam excutiente, in iram concitati videbantur iamiam correptis saxis in imperatorem suum inuasuri, autorem interitus sibi clamitantes. at ille irritatam multitudinem & tam acriter in se concitatam animaduertens, fretus Deo & conscientia rei bona fide administratæ, prodit in medios vociferantes & saxa intẽtantes. cúmque singularem quandam gratiam in vultu præferret, popularíque facundia cum primis polleret, exorsus est iram eorum mitigare, obsecrans ne in præsentem necessitatem intenti omnium præteritorũ beneficiorum memoriam abiicerent: vtque à difficultate tunc premẽte animum ad Dei gratiam ac dona verterent, quibus toties præter opinionem cumulati fuissent, nunc quoque expectarent eum bonum exitum procuraturum, quem verisimile sit ad probandam eorum fortitudinem, patientiam & gratitudinem, vtque appareat præteritáne an præsentia plus apud eos possint, hanc rerum angustiam immisisse. cauendum igitur ne ob intolerantiam atque ingratitudinẽ diuino fauore indigni deprehendantur, qui & voluntatem ipsius quam secuti Ægyptum reliquissent, contemnant, & se ministrũ eius iniquis odiis persequantur, præsertim cum hactenus in nullo corũ quæ Dei iussu gerenda susceperat deceptos se queri possint.

Exod. 16.

Enumerat deinde singillatim, quomodo afflicti fuerint Ægyptij dum eos contra Dei voluntatem detinere conarentur: quomodo idem flumen illis quidem cruentum & ad potum inutile, ipsis verò dulce fuerit ac potabile. quomodo ita refluo mari locum eis & viam ad effugium cedente, ipsi quidem per eam euadentes salutem sint consecuti, inimicos verò internecione deletos inspectauerint: & quomodo in eam vsque diem inermes, Deo præbente armorum quoque copiam sibi comparauerint: tum quoties ex ipsis interitus faucibus eos præter omnium opinionem incolumes Deus eripuerit, qui cùm semper sit omnipotens, ne tum quidem de ipsius prouidentia desperandum. quamobrem æquo animo ferenda omnia, cogitandúmque non esse serum auxilium quamtumuis differatur, quod rebus adhuc integris accipitur. & sic existimandum, non contemni à Deo sua pericula, sed fortitudinem explorari ac libertatis amorem, vt videat vtrum eius cupidine & ciborum & aquarum inopiam sustinere valeant, an potiùs more pecudum dominis in suum vsum pascentibus seruire malint. Se quidem non tam sibi priuatim timere, cui cæso iniustè nihil mali accidere possit: quàm ipsorum incolumitati, si per istam lapidationem facta & consilia Dei damnare videantur. His verbis furentes ad saniorem mentem reduxit, & iam ad facinus armatis saxa de manibus excussit. sed quoniam intelligebat non de nihilo coactitatos, ad preces & supplicationes confugit: & conscenta quadam specula, opem Dei rebus per inopiam afflictis deposcebat, in cuius solius manibus salus populi reposita esset: vtque propitius veniam daret populo duris rebus exasperato, & propter hoc more humano ab officio decedenti. Deus vetò curæ sibi populum fore pollicetur, & opem quam peterent iamiam affuturam. His impetratis Moyses descendit ad multitudinem: illi verò animaduertentes promissionibus diuinis lætum, & ipsi posito mœrore vultus hilares sumpserunt. tum ille stans in medio concionis, ait se præsenti necessitati à Deo remedium afferre, nec ita multo post magna vis coturnicum, quod genus auium præ cæteris Arabicus sinus alit, superato interiacente mari longo volatu fessarum, qui alioquin etiam non est sublimis, in Hebræos defertur. illi verò cibos diuinitus oblatos certatim comprehendentes, remedium inopiæ quærebant: & Moyses rursum ad supplicationes vertitur, ob auxilium à Deo promissum simul atque exhibitum: qui ad hunc modum pastis, alia mox alimenta demisit. nam interim dum Moyses precabundus palmas attollit, ros de cœlo delabitur: qui cùm manibus eius hærens concreuisset, suspicatus ille hanc quoque alimoniam à Deo demitti, degustat: lætúsque re comperta, turbam ignaram & putantem hiberna tempestate ningere, monet opinione falli, nec vulgarem rorem de cœlo descendere, sed alimoniam, quæ ope alia destitutos periculo famis eximeret: ac mox præguſtatum offert, vt experto crederent. illi verò ad eius exemplum nouo cibo læti fruebantur, qui suauitate ad mellis dulcedinẽ accedebat, aspe-

A λιὼ τ θεῦ κελεύσειεν. καταριθμεῖται ἓν πάντα, πῶς τὰ φθαρεῖεν ἀγύπτιοι κατέχειν αὐτὲς βουλόμενοι τ τ θεῦ γνώμην βιαζόμενοι. κ τίνα τρόπον ὁ αὐτὸς ποταμὸς, ἐκείνοις μ αἷμα ἦν κ ἄποτος, αὐτοῖς ἦ πότιμος καὶ γλυκύς. πῶς τὰ δι' ἁ θαλάσσης ἀναφυγάσης αὐτοῖς πορρωτάτω, κ τ ὁδὸν ἀπελθόντες αὐτῇ ταύτῃ, σωθείησαν μ αὐτοὶ, τὲς δ ἐχθροὺς ὑπὸ δίου ἀπολωλότας. ὅπ τε ἀνιζόντας ὅπλων εἰς ἀπορίαν ὁ θεὸς καὶ τούτων κατασήσειεν. τά τε ἄλλα ὅσα πρὸς αὐτῶ τῷ διαφθαρήσεσθαι δόξαν γενέναι C σώσειεν ὁ θεὸς ἐκ παλαίου, καὶ ὡς δυνάμις αὐτῷ μὴ ἀπογνώσκειν μηδὲ νῦν αὐτὲ τ πρόνοιαν. ἀλλ' ἀοργήτως φερομένῳ, λογιζομένῳς μ τὴν ὑπεκκαυσίαν μηδὲ βεβαίαν γίνεσθαι, εἰ μὴ παραυτίκα, εἰ μὴ πρὸς τινὸς πειρασθεῖσαι δυσκόλῳ πάρεσιν. ἡγεμένῳς δ ἀ τ ὁλοσχερείαν μέλλειν τ τὸν θεὸν, ἀλλ' ὅτι πείρᾳ τ ἀνδρείας αὐτῶν κ τ πρὸς τ ἐλευθερίαν ἡδονῆς. ἵνα μάθοι πότερόν ποτε κ ζοφῆς ἀπορίαν καὶ ἀσιτίαν ὑδατίς ὑπὲρ αὐτῆς ἐσὲ ἐνεγκεῖν γρυπάροι. ἢ δουλεύειν μᾶλλον ἀγαπᾶτε καθάπερ τὰ βοσκήματα τοῖς κεκτημένοις C τοῖς πρὸς τὰς ἐκείνων ὑπηρεσίας ἀφθόνως φερομένοις. δειδένας δ λοιπὸν ἀ χ ὅτως ὑπὲρ τ ἑαυτ σωτηρίας. πείσεσθαι γὰρ οὐδὲν κακὸν ἀδίκως ἀποθανών. ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν μὴ δ' ὧν ἐπ' αὐτὸν βάλλουσι λίθων τ θεῦ καταχεῖνειν νομισθῶσιν. ὅτως ἂν ἐπεφύλαττεν αὐτοὺς, C τ μ τῦ βαλεῖν ὁρμῆς ἐπέχειν, C εἰς μετάνοιαν ὧν ἔμελλον ὁρᾶν ἐξέψεν. παθεῖν δ' ἀκ ἀλόγως αὐτὲς δικ τ ἀνάγκην τῦτο νομίσας, ἐγνω δεῖν ἐφ' ἱκετείαν τ θεῦ κ παράκλησιν ἐλθεῖν. C ἀναβὰς ὅτι πινα σκοπιὰν ἢ τ πρὸ πινα τῶ λαῶ C τ ἐνδείας ἀπαλλαγήν. ἐν αὐτῷ γὰρ εἶ τ σωτηρίαν αὐτῷ, C ἀκ ἐν ἄλλῳ. συμπνώσκειν ἦ τοῖς νεῦ τὸ τ ἀνάγκης τὸ τ λαῦ περιπιπτόμενοις φύσῃ δυσαρέστῳ καὶ φιλαρκίᾳ τῦ πρὸς ἀνθρώπων ἐν οἷς αἰ ἀτυχίᾳ πλέους ὄντος. ὁ ἦ θεὸς προνοήσειν τε ἐπαγγέλλει C παρέξειν ἀφορμὴν εὖ ζητοῦσιν. μωϋσῆς ἦ τῦ θεῦ ταῦτ' ἀκούσας, καταβαίνει πρὸς τὸ πλῆθος. οἱ ἦ, ὡς ἑώρων κ τ ἐπαγγελίας ταῖς ὄψαὶ τῦ θεῦ γεγηθότα, μετέβαλλον ἐκ τ κατηφείας ὅτι τὸ ἱλαρώτερον. καὶ σας ἐκείνος ἐν μέσοις, ἥκειν ἔλεγε φέρων αὐτοῖς ὄψὰ τῦ θεῦ τ πρὸ τῆς ἐνεστηκότων ἀπόρων ἀπαλλαγήν. C μετ' ὀλίγον ὀρτύγων πλῆθος, ζέφει ἦ τῦτο τὸ ὄρνεον ὡς ἐδὲν ἕτερον ὁ ἀφρικὸς κόλπος, ἐφίπτα) τ μεταξὺ θάλασσαν ὑπερελθόν, καὶ ὑπὸ κόπε τε ἅμα τ πτήσεως C φερόγαιον μᾶλλον τ ἄλλων ὄν, καταφέρε) εἰς τοὺς ἐβραίους. οἱ ἦ συλλαμβάνοντες ὡς ζοφερὸν αὐτοῖς τῦ θεῦ, ταύτῃ μηχανησαμένῳ τὴν ἔνδειαν ἰῶντο. καὶ μωϋσῆς ἐπ' ὀλίγας ἐπε) τ θεῦ τάχειαν καὶ ὄψὰ τὴν ὑπόχεσιν ποιησαμένῳ τὴν ὀπτικὴν. δῆλος ἦ μ τὴν πρώτην ἀφορμὴν τ ζοφῆς κ δευτέραν αὐτοῖς κατέπεμπεν ὁ θεός. ἀνέχοντος γὰρ τ μωϋσέως τὰς χεῖρας ὅτι ταῖς ὀλίγαις, δ' ὄσος κατεωέχθη. καὶ περιπεπυκνωμένης ταῖς χερσὶν μωϋσῆς ὑπονοήσας καὶ ταύτην εἰς ζοφερὸν ἥκειν αὐτοῖς ὄψὰ τῦ θεῦ, γδύεταί τε, καὶ ἡθεὶς τῦ πλήθους ἀγνοοῦντος κ νομίζοντος νίφεσθαι, καὶ τῆς ὥρας εἶ τὸ ἔτος τὸ γινόμενον, ἀνεδίδασκεν ὑ κ τὴν ἐκείνων ὑπόληψιν ἀπ' ὀργανῦ καταφέρεσθαι τὴν δ' ὄσον, ἀλλ' ὅτι σωτηρία τῇ αὐτῷ καὶ ὄψαγωγή. κ γδ ὁμῶς τῦτ' αὐτοῖς παρεῖχε πεσδύειν. οἱ ἦ μεμυσμένοι τ σιτηρὸν ἡδονῇ τῷ βρώματι. μέλπι γὰρ ἰῶ τὴν γλυκύτητα

κότητα καὶ τ̃ ἡδονὴν ἐμφερές. ὅμοιον δ τῇ τοῦ ἀρωμάτων βδέλλῃ. τὸ δ μέγεθος τοῦ κοριάνδρου σπέρματι. καὶ ὡς εἰ συλλογὴν λίαν αὐτῷ ἐσπουδάκεσαν. ὡδαγγέλλε δ αὐτοῖς ἐξ ἴσου ἀσσάρωνα, τοῦτο δ' ὄξι μέζον, εἰς ἑκάστην ἡμέραν συλλέγειν. ὡς οὐκ ὀπιλείψοντος αὐτοῖς τοῦ βρώματος, ἵνα μὴ τοῖς ἀδυνάτοις ἄπορον ᾖ τὸ λαμβάνειν, διὰ δὲ τὴν δυνατωτέρων πλεονεκτουμένων ὡς τὴν ἀναίρεσιν. οἱ μὲν τοι πλέον τοῦ προσταγμένου μέζου συναγαγόντες οὐδὲν περισσότερον εἶχον τοῦ κακοπαθήσαντος. ἀσσάρωνος γὰρ οὐδὲν πλέον φέρεσκον. τοῦ δ' ὑπολειφθέντος εἰς τ̃ ὑστεραίαν, ὄνησις οὐδεμία ἦν διεφθαρμένου ὑπό τε σκωλήκων καὶ πικρίας ἦτο θεῖον ἦν τὸ βρῶμα καὶ ὡδάδοξον· ἀμοιρεῖ δ τοῖς ταύτην νεμομένοις τὴν ἐκ τῆς ἄλλων ἀπορίαν. ἔτι δ καὶ νῦν ὕεται πᾶς ἐκεῖνος ὁ τόπος, καθάπερ καὶ τότε μωϋσῆ χαριζόμενον τὸ θεῖον κατέπεμψε τ̃ ἀφθορίαν. καλοῦσι δ ἑβραῖοι τὸ βρῶμα τοῦτο μάννα. τὸ γὰρ μᾶν, ἐπερώτησις κ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, τί τοῦτ' ἔστιν ἀνακείνυσα. καὶ οἱ μὲ χαίροντες ὅτι τοῖς ἀπ' ἐρανοῦ πεμφθεῖσιν αὐτοῖς διετέλουν. τῇ δ ἑορτῇ ταύτῃ πεντεκαιδεκάτῃ ἔτεσιν ἐχρήσαντο, ἐφ' ὅσον χρόνον ἦσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ. ὡς δ' ἐκεῖθεν ἄραντες εἰς ῥαφιδεὶν ἦκον ταλαιπωρηθέντες ὑπὸ δίψης εἰς ἔσχατον, ἔν τε ταῖς πρότερον ἡμέραις πίδακος ὀλίγας ἐντυγχάνοντες, τότε παντάπασι ἄνυδρον διόδοντες τ̃ γῆν ἐν κακοῖς ἦσαν, καὶ πάλιν δ' ὀργῆς τὸν μωυσῆν ἐποιοῦντο. ὁ δ, τὴν ὁρμὴν τ̃ πλήθους πρὸς μικρὸν ἐκκλίνας, ὅτι λιτὰς ἐπέπεσεν τ̃ θεοῦ, ὡδήγησεν ὡς ἕρωτι αὐτοῖς ἔδωκεν ἀπορουμένοις, ὕστερος κ πότον ὡδάξειν ἀφθονίᾳ ζουμένοις, ἐπ' ὀλίγοις ἕρωτι χάριτος ποτὲ μὴ παρόντος ὑδέν. νῦ δ' εἰς μακρὰν τ̃ δωρεὰν ἀνεβάλλετο, πρὶ δ μωυσῆ παρέξειν ὑπισχνεῖται πηγὴν, κ πλῆθος ὕδατος, ὅθεν ἀ προσδοκήσειεν. καὶ κελεύει πρὸ βάκτρῳ πλῆξαντα τὴν πέτραν, ὡς ἐώρων αὐτόθι ὡδάκειμένην, παρ' αὐτῆς λαμβάνειν τὴν ἀπορίαν ὧν δέονται. φροντίζειν γὰρ καὶ τὰ μὴ σὺν πόνῳ μηδ' ἐργασίᾳ τὸ ποτὸν αὐτοῖς φανεῖσθαι. κ μωυσῆς ταῦτα λαβὼν ὡδῷ τῷ θεῷ ὡδαγίνεται πρὸς τὸν λαὸν, προειμένον κ εἰς αὐτὸν ἀφορῶντα. ἐγὼ γὰρ ἤδη κ ἐθεώρων αὐτὸν ἀπὸ τῆς σκοπῆς ὁρμώμενον. ὡς δ' ἦκεν, ἀπολύειν αὐτοὺς κ ταύτης τῆς ἀνάγκης τὸν θεὸν ἔλεγεν, ἐ καχαρῆσθαι σωτηρίαν ἀδ' ἐλπισθεῖσαν, ἐκ τῆς πέτρας ποταμὸν αὐτοῖς ῥυήσεσθαι λέγων. τοῦ δ πρὸς τὴν ἀκολουθοῦντα, εἰ ὑπό τε τοῦ δίψους ἐ τῆς ὁδοπορίας πεταλαιπωρημένοις ἀνάγκη χρῆσθαι πλῆξαι τὴν πέτραν, ὁ μωυσῆς πλήττει τε τῇ βακτηρίᾳ, κ χανόσης ἐξέβλυσεν ὕδωρ πολὺ ἐ διαυγέσατον. οἱ δ τοῦ ὡδηγοῦντος κατεπλάγησαν καὶ πρὸς τὴν ὄψιν ἤδη τὸ δίψος αὐτῆς ἐλυθρόν. κ πίνουσιν ἡδὺ κ γλυκύτατον ἅμα, ἐ οἷον αὖ εἴη θεοῦ τὸ δῶρον δοῦναι. τόν τε οὖν μωυσῆν ἐθαύμαζον ὕστερος ὑπὸ τοῦ θεοῦ τετιμημένον, κ θυσίας ἠμείβοντο τὴν τοῦ θεοῦ πρὸς αὐτοὺς εὐνοιαν. δηλοῖ δ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνακειμένη γραφὴ, τὸν θεὸν μωυσῆ προειπεῖν ὕστερος ἐκ τ̃ πέτρας ἀναδοθήσεσθαι ὕδωρ.

ctu verò ad aromatis similitudinem quod bdellium dicitur, magnitudine coriandri semine similis: eúmque pro se quisque certatim colligebant. sed mox edicto admonentur, vt ex æquo assaronis mensuram quotidie colligerent: non enim defore hoc cibi genus. quod eò factum est ne infirmioribus deesset, dum robustiores per auaritiam plus satis colligunt. quod si quis contempto edicto vltra præscriptũ modum collegisset, plus defatigatus nihilo plus habebat quàm cæteri. quic quid enim vltra assaronem sequenti die supererat, inutile reddebatur, amaritudine ac vermibus corruptum: adeò diuinus & incredibilis erat hic cibus: cũius hæc natura est, vt qui hunc habet, alium non desideret. Quin & nostris temporibus tota ea regio genere hoc compluitur, quemadmodum olim in Moysis gratiam Deus id alimentum demisit. hoc Hebræi manna vocant. nam hæc vox man in nostra vernacula est percontatiua, quid hoc est interrogans. atque ita perpetuum gaudium ac securitatem per hunc cibum sunt adepti, quo per annos xl. deinceps sunt sustentati: tantum enim temporis in deserto hæserunt. Sed ex loco in quo hæc primum contigerunt castris motis, postquam in Raphidim peruenerunt extrema iam siti laborabatur eo quòd & præcedentibus diebus raros fontes inuenire datum est, & tunc in regionem omnino aquis carentem incidérunt. Rursum igitur Moysi irascebantur. ille verò declinato aliquãtisper turbæ furore, ad deprecandum vertitur: rogans vt qui cibum in egestate dederat, nunc potum quoque in extrema necessitate largiretur tantùm non siti deficientibus, quandoquidem solus cibus in hoc rerum statu nihil proderat. Deus verò nihil cunctatus promittit Moysi daturum se fontem & aquarum abundantiam vnde minimè sperarent: iubétque vt virga feriens petram in conspectu sitam, inde peteret ea quæ desiderabant. velle se vt per otium & absque labore potum adipiscantur. His acceptis à Deo Moyses reuertitur ad populum præstolantem & intentis oculis se spectantem. iam enim videbant à specula descendentem. qui postquam reuersus est, ait Deum eos ex hac etiam necessitate liberaturum, & insperato modo salutem largiturum, fluuio de petra illa prorumpente. quo audito territis, si lassitudine ac siti enectis petra esset excidenda, Moyses ferit eam virga, quæ eucstigio dehiscens aquam euomuit copiosissimam simul ac limpidissimam. illi verò inopinato spectaculo attoniti, vel aspectu ipso recreabantur: móxque magna cum voluptate bibebant, quòd esset dulcis & qualem diuinitùs datam esse conueniebat. quapropter & Moysen plurimi faciebãt, quem Deo tam carum viderent, & Deo pro accepto beneficio quas poterant per sacrificia gratias referebant. Testantur autem sacræ literæ in templo dedicatæ, quòd Deus Moysi prædixerit petram ex se aquam profluentem esse edituram.

Exod. 17.

CAP. II.

De Amalecitarum & sociorum clade, & præda quæ Israelitis inde obtigit.

Κεφάλαιον β.

Περὶ τῆς Ἀμαληκιτῶν καὶ συμμάχων ἥττης, καὶ ὅσων ἐκ τῆς πολεμίων λείας ἐσκυλεύσαντο.

II. *Exod.17.* HEbræorum autem fama longè latéque diuulgata, rumoribúsque de his per omnes gentes circunquaque sparsis, non mediocris metus accolas eius regionis occupauit. & missis vltro citróque legationibus adhortabantur se inuicem, vt aut arcerent, aut delerent etiam si modo possent, aduentantem multitudinem. præcipui verò huius expeditionis instigatores erant qui Gobolitidem regionem & vrbem Petram incolunt, vocantúrque Amalecitæ, inter eas gentes pugnacissimi. horum reges & se inuicem & finitimos ad Hebraicum bellum concitabant, externum exercitum Ægyptiorum fugitiuos perniciem sibi struere dictitantes: quos non oportere contemni, sed priusquam vires eorum augeantur vberem aliquam regionem adeptæ, & fiducia ex ipsorum cessatione concepta priores bellum aggrediantur, tuto posse opprimi, consultiúsque esse in deserto eorum conatus vlcisci, quam expectare dum vrbibus bonis ac opulentis potiantur. Hoc enim esse prudentium, initiis aduersariorum potentiæ quàm primum obstare, nec expectare du quotidianis successibus in maius augeatur, & potius curare ne in discrimen veniant, quam vt periculo eximantur. Post huiusmodi legationes decretum est communi cõsilio, vt Hebræos adorti prælio, repellere conentur. Nihil tum minus expectabat Moyses quam motum aliquem indigenarum: ergo cùm videret trepidare ac tumultuari populum, cui de improuiso & imparato cum instructissimo hoste confligendum erat: hortatur vt Dei sententia freti, cuius auspiciis libertatem seruituti prætulissent, nihil aliud quàm victoriam cogitarent: néve reputarent quòd armis, pecunijs, cõmeatu & alijs huiusmodi præsidijs sint inferiores; sed cùm Deum pro se contra hostes stantem habeant, tales animos conciperẽt ac si humanis etiam opibus essent longè superiores. nec ignorare illos quantus sit adiutor, toties in grauioribus malis expertos. hunc & hostibus esse infensum, & Hebræis propitium: eúmque fauorem satis declaratum dum famem ac sitim prodigiosè ab eis depellit, dum mari & monte inclusis insperatum effugium expedit. adhæc tanto magis ad victoriam aspirandum, quòd post hanc nihil sint desideraturi eorum quæ ad humaniorem victum pertinere videntur. Talibus dictis animato populo, conuocatísque tribunis & optimatibus, vniuersos & singulos hortatur, iuniores quidem vt grandiorum dicto audiant, hos verò vt omnes imperatoris sui nutus obseruent. at illi periculum contemnentes & conflictus cupidi, sperabant hanc pugnam miseriæ finem allaturam, & vltrò Moysen rogabant vt se confestim in hostem duceret, néve intempestiua cũctatione alacritatem militum hebetaret.

Τοῦ δὲ τῆς Ἑβραίων ὀνόματος, ἤδη πολλὴν καὶ πάντας διαβοωμένης, καὶ τὸ περὶ αὐτῆς λόγου φοιτῶντος, ἐν φόβῳ συνέβαινεν ἐκ μικροῦ τοὺς ὁπηχωρίους εἶναι. καὶ πρεσβευόμενοι πρὸς ἀλλήλους παρεκάλουν ἀμύνειν καὶ πρὸ ἐκείνου τοὺς ἄνδρας διαφθεῖραι. ἐτύγχανον δὲ οἱ πρὸς τοῦτο συνάγοντες, οἵ τε τὴν Γοβολίτιδα, καὶ τὴν πέτραν κατοικοῦντες, οἱ καλοῦνται μὲν Ἀμαληκῖται, μαχιμώτατοι δὲ τῶν ἐκείσε ἐθνῶν ὑπῆρχον. ὧν πέμποντες οἱ βασιλεῖς, ἀλλήλους τε καὶ τοὺς περιοίκους ὅτι τὸν πρὸς Ἑβραίους πόλεμον παρεκάλουν, στρατὸν ἀλλόφυλον καὶ τὸ αἰγυπτίων ὑποφεύγοντα δουλείας ἐφεδρεύειν αὐτοῖς λέγοντες, ὃν οὐ καλῶς ἔχει περιορᾶν, ἀλλὰ πρὶν ἢ λαβεῖν ἰσχὺν καὶ παρελθεῖν εἰς εὐπορίαν, καὶ αὐτοὺς τὸν πρὸς ἡμᾶς κατάρξαι μάχης θαρσήσαντας τῷ μηδὲν αὐτοῖς παρ' ἡμῶν ἀπαντᾶν, καταλύειν ἀσφαλὲς καὶ σῶφρον, δίκαιον αὐτοὺς καὶ πρὸ τῆς ἐρήμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πεφυτευμένων ἀπαυτοῦντας. ἀλλ' ἐχ ἥττους ὄντας τοῖς πόλεσι ἡμῶν καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερβάλλουσιν τὰς χεῖρας. οἱ δ' ἀρχομένην δύναμιν ἐχθρῶν πειρώμενοι καταλύειν ἀγαθοὶ σωτῆναι μᾶλλον, ἢ οἱ περισκόψασαν μείζω κωλύοντες γενέσθαι. οἱ μὲν γὰρ τὰ πρῶτα δοκοῦσι νεμεσᾶν. οἱ δὲ ἀθεμίτων αὐτοῖς ἀφορμὴν κατ' αὐτῆς ἐῶσι γενέσθαι. τοιαῦτα τοῖς πλησιοχώροις τῶν πρὸς ἀλλήλους πρεσβευόμενοι χωρεῖν τοῖς ἑβραίοις ἐγνώκεσαν εἰς μάχην. μωυσῆ δὲ οὐδὲν προσδοκῶντι πόλεμον, ἀπορίαν καὶ ταραχὴν ἐνέπιπτε τὰ τῆς ὑπηχωρίων. τῶν παρόντων ὅτι τὴν μάχην ἤδη καὶ κινδυνεύειν ἔδει, ἐθορύβει χαλεπῶς τὸ τῶν Ἑβραίων πλῆθος, ἐν ἀπορίᾳ μὲν ὂν ἀπάντων, μέλλων δὲ πολεμεῖν πρὸς ἀνθρώπους τοῖς πᾶσι καλῶς ἐξηρτισμένους. ἀθυμίας οὖν ὁ μωυσῆς ἤρχετο, καὶ θαρρεῖν παρεκάλει τῇ τοῦ θεοῦ ψήφῳ πεπιστευκότας, ὑφ' ἧς εἰς τὴν ἐλευθερίαν ἠργμένοι, κατανικήσειαν τοὺς πρὸς αὐτῆς εἰς μάχην αὐτοῖς καθισταμένους. ὑπολαμβάνειν δὲ τὸ μὲν αὐτῆς στράτευμα πολὺ, καὶ πάντων ἀπροσδεές, ὅπλων, χρημάτων, τροφῆς, τῆς ἄλλων ὧν παρόντων ἐκ πεποιθήσεως πολεμοῦσιν ἄνθρωποι, κενὸν ἐν τῇ πρὸς τοῦ θεοῦ συμμαχίᾳ ταῦτα αὐτοῖς παρεῖναι. τὸ δὲ τῆς ἐναντίων ὀλίγον ἄοπλον ἀθενές, οἷον καὶ μὴ ὑπὸ τοιούτων οἵοις αὐτοὺς συνοίδειν ἔστιν κινδυνεύειν βουλομένους τοῦ θεοῦ. εἰδέναι δὲ οἵος ἔστι θρασυνομένους ἐκ πολλῶν πεπειραμένους καὶ δεινοτέρων τοῦ πολέμου. τοῦτον μὲν γὰρ εἶναι πρὸς ἀνθρώπους, ἀλλ' ἐκείνοις αὐτοῖς πρὸς λιμὸν καὶ δίψος ἄπορα, καὶ πρὸς ὄρη καὶ θάλασσαν ὁδὸν οὐκ ἔχουσι φυγῆς, ταῦτ' αὐτοῖς ἀφ' ὧν εὐημερεῖν δοκοῦσι τοῦ θεοῦ νενικηκέναι. νῦν δὲ θρασύνεσθαι παρεκάλει προθυμοτέρους, ὡς τῆς ἁπάντων εὐπορίας αὐτοῖς ἐν τῷ κρατῆσαι τῆς ἐχθρῶν κενωθείσης. καὶ μωυσῆς οὕτως τοὺς παρεθάρσυνε τὸ πλῆθος λόγοις, συγκαλῶν τούς τε φυλάρχους καὶ τοὺς ἐν τέλει καθ' ἑκάστους τε σὺν ἀλλήλοις. τοὺς μὲν νεωτέρους παρεκάλει πείθεσθαι τοῖς πρεσβυτέροις. τοὺς δὲ, ἀκροᾶσθαι τοῦ στρατηγοῦ. οἱ δ' ἦσαν ὅτι τὸν κίνδυνον τὰς ψυχὰς ἠρμένοι. καὶ πρὸς τὸ δεινὸν ἑτοίμως ἔχοντες ἤλπιζον ἀπαλλαγήσεσθαι ποτὲ τῆς κακῶν, καὶ τὸ μωυσεῖ σπέλδειν ἄγειν αὐτοὺς ὅτι τοὺς πολεμίους ἤδη, καὶ μὴ μέλλειν, ὡς δ' ἀναβολῆς ἐμποδιζούσης τὴν προθυμίαν αὐτῆς.

τὸ δὲ

ὁ δὴ τοῦ πλήθους ἀποκείνας πᾶν τὸ μάχιμον, ἐπὶ τοῦτο ἐφίστησιν αὐτῷ, ναυῆκε τὸν υἱὸν Φυλῆς τοῦ ἐφραμίτου, ἀνδρειότατον ἅμα καὶ πόνοις ὑποδιδόναι γλιχόμενον, καὶ νοῆσαι τε καὶ εἰπεῖν ἱκανώτατον, καὶ θρησκεύοντα τὸν θεὸν ἀκριβῶς, καὶ μωυσῆ διδάσκαλον τοῦ περὶ θεὸν εὐσεβίας πεποιημένον ἀφ' ὧν τοῖς ἑβραίοις. ἤρξατο δέ τι καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιτάξει, τῶν πλείστων ὅπη φυλακὴ παίδων τε καὶ γυναικῶν τῶν τε ἄλλων παντὸς στρατοπέδου. καὶ νύκτα μὲν πᾶσαν ἐν ὡδαιότητι ἦσαν, τῆς τε ὅπλων εἵνεκα πονηροῦ ἀναλαμβάνοντες τοῖς στρατηγοῖς παρεσκευασμένοις, ὡς ὁρμήσοντες ὅτι τὸ μάχιμον, ὁπότε κελεύσειεν αὐτοῖς μωυσῆς. διηρύκευε δὲ μωυσῆς ἀναδιδάσκων τὸν ἰησοῦν ὃν τρόπον ἐπιτάξειεν τὸ στρατόπεδον. ἠρξατο δὲ ὑποφαίνειν τὴν ἡμέραν, δείδιε τὸν τε ἰησοῦν ὡδαιότητι μηδὲν χεῖρον φανεῖσθαι καὶ τὸ ἔργον τοῦ ὕσης ὡδὶ αὐτὸν ἐλπίδος, δόξαν τε ἅμα τοῦ παρόντος κτήσασθαι στρατηγίας παρὰ τοῖς ἀρχομένοις ὅτι τοῖς μεγίστοις. τῷ τε ἑβραίων τοὺς ἀξιολογωτάτους ἰδίᾳ παρεκάλει, καὶ σύμπαν ἤδη τὸ πλῆθος ὡπλισμένον παρώρμα. καὶ ὁ μὲν ἕτερος παρασπασάμενος τὸν στρατὸν τοῖς τε λόγοις, καὶ τῇ ἅμα τῷ ἔργων ὡδαιότητι ἀνεχώρει πρὸς τὸ ὄρος θεῷ τε καὶ ἰησοῦ παραδιδοὺς τὸ στράτευμα. προσέμισγον δὲ οἱ πολέμιοι καὶ χεροὶν ἦν ἡ μάχη, προθυμία τε καὶ ἀλκὴ ἀμφοτέρων. μέχρι μὲν οὖν μωυσῆς αἴθις ἀνῆκας τὰς χεῖρας, τοὺς ἀμαληκίτας κατεπόνουν οἱ ἑβραῖοι. τὸν οὖν πόνον τοῦ ἀναβάσεως τῶν χειρῶν ὁ μωυσῆς ἐκ τοσούτων (ὁσάκις δὲ αὖ αὐτὰς καθίη, τοσαυτάκις ἐλαττοῦσθαι τοὺς οἰκείους αὐτῷ συνέβαινεν) κελεύει τὸν τε ἀδελφὸν ἀαρῶνα, καὶ τὸν ἀδελφῆς μαριάμης τὸν αὐδρα ὤρεσνα ὄνομα, σφᾶς ἑκατέρωθεν αὐτῷ ἀνακρατεῖν τὰς χεῖρας, καὶ μὴ ὑπείκειν κάμνειν βουθοωῦντας. καὶ τούτου γινομένου κατακράτος σθένει τοὺς ἀμαληκίτας οἱ ἑβραῖοι. καὶ πάντες ἀπολώλεσαν αὖ, εἰ μὴ νυκτὸς ὑπεγινομένης ἀπέφυγον τὸ κτείνειν. νίκλῳ δὲ καλλίστῃ καὶ καρωτάτῃ νικῶσιν ἡμῖν οἱ θεόγονοι. καὶ γὰρ τῶν ἀναστατωσάντων σκεδάσαι, καὶ τοῖς οἰκείοις ἐφίκεσθαι ἀπορήσαντες μεγάλων καὶ λαμπρῶν, ὧν ἐκ τοῦ πονεῖν ἐπέτυχον ἀγαθῶν. ἐλόντες δὲ καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων πλούτου τε μεγάλου δημοσίᾳ καὶ κατ' ἰδίαν ἔχον, ἐδὲ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς πρότερον ἀπορεσθέντες. ὑπῆρξε δὲ αὐτοῖς οὐκ εἰς τὸ παρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν αἰεὶ ἀῶνα τῶν ἀγαθῶν αἰτία κατορθωθεῖσα ἡ προειρημένη μάχη. οὐ γὰρ τὰ σώματα μόνον τῶν ἀπιστατωσάντων ἐδούλωσαν, ἀλλὰ καὶ τὰ φρονήματα, καὶ τοῖς οἰκείοις ἅπασιν μετὰ τοῦτο ἐκείνων ἦσαν ἐκφοβοῦντο φοβερώτατοι. αὐτοί τε πλούτου μεγάλου δυνάμιν προσελάβον. πολὺς μὲν γὰρ ὁ ἀργυρός τε καὶ ὁ χρυσὸς ἐγκατελείφθει ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ σκεύη χαλκᾶ οἷς ἐχρῶντο πρὸς τοῦτο διαφοράν. πολὺ δὲ πλῆθος ἑκατέρων, ὅσα τε ὑφάντικὰ καὶ κόσμοι ὡδὰ τὰς ὁπλήσεις. ἥ τε ἄλλη θεραπεία καὶ κατασκευὴ ἐκείνων, λεία τε παντοία κτηνῶν, καὶ ὅσα φιλεῖ στρατοπέδοις ἔξοδα δυκόσιν ἕπεσθαι. φρονήματός τε ὑπερπλήσθησαν ἐπ' ἀνδρείᾳ ἑβραῖοι. καὶ πολλὴ μεταποίησις τοῦ ἀρετῆς αὐτοῖς, πρός τε τὸ πονεῖν ἅπασιν, ἐν τούτῳ πάντα λαμπρὰ νομίζοντες εἶναι. καὶ ταύτης μὲν τῆς μάχης τοῦτο τὸ πέρας. τῇ δ' ὑστεραίᾳ μωυσῆς νεκρούς τε ἐσκύλευε τῶν πολεμίων, καὶ τὰς παντοδαπὰς φυγόντων συνέλεγε.

tum ille selectis è reliqua multitudine ad pugnam idoneis Iesum præficit Naueci filium è tribu Ephræmitide, virum manu ac consilio iuxta promptum, & pietate insignem & à Moyse præceptore hac parte non degenerantem. aliquot etiam cohortes ita disposuit ne ab aquatione intercludi possit, plures etiam ad præsidium castrorum & imbellis multitudinis relinquit. Per noctem deinde ad prælium se expediunt, & armis simul ac corporibus curatis, intenti signum classico per Moysen dari expectant: qui & ipse pernox cum Iesu consultabat, eúmque de instruendis ordinibus admonebat, appetente verò iam die, hortatur ducem vt spei de se conceptæ respondere studeat, & re feliciter gesta existimationem sibi apud milites comparare. similiter Hebræorum optimum quenque priuatim, ac mox omnes armatos verbis ad fortitudinem accendit. atque ita instructos & animatos Iesu & Deo committit, ipse montem ascendit. iámque ad manus ventum erat, pugnabatúrque strenuè, nec adhortationes mutuæ deerant: & quandiu Moyses erectas manus tendebat, Amaleçitæ deteriore conditione prælia bãtur. Moyses verò extensione manuum lassatus, cúm obseruasset quotiescunque manus demitteret, toties suos non ferentes hostis impressionem cedere, iubet fratrem Aaronem, & sororis Mariames maritum Vronem, vtrinque astantes; manus sibi indesinenter sustinere, neque permittere vt per lassitudinem deferrentur. quo facto egregiè vicerunt Hebræi, fuissentque internecione deleti Amalecitæ, nisi interueniente nocte fuga & latebris quidam eorum salutem sibi quæsissent. qua victoria non alia vel magnificentior vel magis opportuna maioribus nostris contigit. nam & occurrentem exercitum fuderunt ac fugauerunt; & omnibus circumquaque degentibus magnum terrorem incusserunt, & laboris præmium prædam opimam reportauerunt. nanque castris etiam hostilibus expugnatis publicè & priuatim sunt ditati, qui ad eam diem vix quotidianum victum sibi parare poterant. nec in præsens tantùm ea victoria profuit, sed in futurum etiam: non solùm enim corpora aduersariorum, sed animi quoque eo prælio sunt fracti: & omnibus circumquaque gentibus ex illo tempore facti sunt formidolosi. ipsis verò opulentiæ non mediocris accessio est facta. multum enim auri & argenti in castris fuit repertum; multa çramenta vel escaria vel coquinaria, magnus etiam pecuniæ signatæ numerus: ad hæc textilia & armorum ornatus, aliáque supellex castrensis & varia præda iumentorũ & impedimentorũ quæ exercitũ sequi solent. quin & audaciores multo successus hic Hebræos reddidit & fortitudinis ac industriæ magis studiosos, nihil non sibi pollicẽtes si virtutẽ strenuè colerẽt. Et hoc quidẽ prælium tale exitu est fortitũ. Sequẽti verò die Moyses cæsorũ cadauera spoliauit, arma quæ fugiẽtes abiecerãt collegit, & illis quorũ opera insignior fuerat præmia distribuit, Iesúmq; ducẽ pro concione collaudauit, milite per acclamationes laudem viri comprobante.

adeóque incruenta fuit hæc victoria vt nę vnus quidem ex Hebræis desideraretur, cùm hostilium cadauerum numerus præ multitudine incompertus manserit. Mactatis deinde pro gratiarum actione victimis, aram DEO VICTORI posuit, prædixitque internecione delendos Amalecitas, vt ne vnus quidem eius generis relinquatur, quòd Hebræos vltro armis aggressi essent, idque in deserto & inopia laborantes. postremò ducem exercitus victoriali epulo excepit. hoc fuit primum prælium post exitum de Ægypto, quo hostem lacessentem fortiter reiectum magna clade affecerunt: post quod per dies aliquot festis epiniciis celebratis, & quiete viribus reparatis, instructo agmine iter continuabant. iam enim creuerat armatorum numerus, & ad hunc modum paulatim procedentes, tertio mense postquàm ex Ægypto mouerant, ad montem Sina peruenerunt, in quo Moyses visionem ardentis rubi viderat, vt iam antè commemorauimus.

ἀρίς δύσι τε τιμὰς ἐδίδου, καὶ τ̃ στρατηγὸν ἱησοῦν ἐκωμίαζεν, μαρτυρόμενον ἐφ' οἷς ἔπραξεν ὑπὸ παντὸς τ̃ στρατ̃. ἀπώλοντο δ' Ἑβραίων μ̃ ὀλίγοι. τ̃ δ' πολεμίων ὅσους ὐδ' ἀριθμ̃ γνῶναι δυνατὸν ἰδ̃. θύσας δ' χαριστήρια βωμὸν ἱδρύσ) νικητ̃ ὀνομάσας τ̃ θεὸν, προφήτευέ τε παντελεθρία τὸν ἀμαλικίτας ὀλεθρίους, © μηδένα αὐτ̃ ὑπολιφθησόμενον εἰς αὖθις, ὅτε τὸ Ἑβραίοις ὑπεστράτευσαθ', © ταῦτα ἐν ἐρήμῳ τε γῆ, καὶ ταλαιπωρουμένοις. τόν τε στρατηγὸν δωρεαῖς ἀπελάμβανεν. κ' ταύτην μ̃ τ̃ μάχην πρώτην μαχεσάμενοι πρὸς τοὺς καταταλαιπώσαντας αὐτ̃ μ̃ τ̃ αἰγύπτ ὑμολογίαν ἔξοδον, ἔτος ἐπολέμησαν. ἐπεὶ δ' τὴν τ̃ ὑπατικίων ἑορτὴν ὁ μωυσῆς ἦγαγε, ἀναπαύσας ἐπ' ὀλίγας ἡμέρας τοὺς Ἑβραίους, μ̃ τ̃ μάχην προσῆγε σωτηριαζομένους. πολὺ δ' ἰδ̃ ἤδη τὸ ὁπλιτικὸν αὐτοῖς. καὶ προῆϊεν κατ' ὀλίγον ἐν ξιμιῶ μ̃ τ̃ ἐξ αἰγύπτ κίνησιν πάρεστι δὲ τὸ συναγον ὄρος, ἐν ᾧ τά τε ἄλλα τ̃ θάμνον αὐτ̃ καὶ τὴν λοιπὰ φαντάσματα συντυχεῖν προειρήκαμεν.

CAP. III.

Raguelis consilium quod genero suo Moysi dedit.

III. *Exod. 18.* CVM autem rei feliciter gestæ fama ad Raguelem quoque peruenisset, gratulabundus occurrit Moysen & Sepphoram & eorum liberos salutaturus. Is lætus soceri aduentu sacrificium instaurat, & populo epulum præbet prope rubum qui flagrationem illæsus euaserat. dum verò multitudo per suas quisque cognationes epulatur, Aaron cum suis assumpto & Raguele laudes diuinas concinebant, autorem salutis ac libertatis celebrantes: ducem quoque suum faustis carminibus prosequebatur, cuius virtute omnia sibi ex sententia successissent. Raguel quoque priuatim multa in populi laudem, multa in Moysis eius seruatoris cecinit, cuius auspiciis tot viri boni ac fortes regerentur.

IIII. Sequenti autem die Raguel videns Moysen multitudine negociorum obrui (finiebat enim lites quorum opus erat, omnibus ad ipsum deferentibus, & alio arbitro ius suum tenere se posse non existimantibus, & his etiam qui causam sub tali iudice perdebant æquo animo sententiam ferentibus) tunc quidem siluit, neminẽ volens impedire quo minus iustitia viti frueretur. vbi verò tandem à negociorũ tumultu absolutum vidit, seductum seorsum quid facto opus esset docuit: consuluitque vt minores causas aliis cognoscendas cederet, ipse verò tãtum reipublicæ negotia tractaret, non deesse enim Hebræis & alios diiudicandis litibus idoneos. curam verò tot milium salutis sustinere posse neminem, nisi Moysi similem. itaque cum non ignores, inquit, tuas dotes, quæ toties populo periclitanti fuerunt vsui, tibi ipse parcens, permitte aliis vt ipsi inter se lites ex iure dirimant, tu verò diuino tantùm cultui deditus esto, quo facilius populum è præsenti necessitate eximas. Quin & illud pro virili consuluerim, vt lustratis ac recensitis copiis, eas in dena milia distribuas singulis huiusmodi legionibus suos duces præficiendo: eásque rursum in cohortes millenarias, quingenarias, centenarias & quinquagenarias partiaris

Κεφάλαιον γ'.

Ποίας συμβουλὰς ῥαγουὴλ τ̃ γαμβρῷ μωυσῆ ἔδωκεν.

Καὶ ῥαγουὴλ ὁ πενθερὸς τ̃ αὐτ̃ πυθανόμενος δωρεάξιαν, ἀσμένως ἀπλῶτα, τόν τε μωυσῆν κ' τ̃ σεπφώραν δεχόμενος κ' τοὺς παῖδας αὐτ̃. ἤδη δ' μωυσῆς ὅτι τ̃ τε πενθερὸν ἀφίξει. καὶ θύσας δωρεῖται τὸ πλῆθος τ̃ θάμνου πλησίον, ὃς ἀκαταφλέκτ τ̃ πυρὸς τ̃ φλόγωσιν. καὶ τὸ μ̃ πλῆθος κ' συγγενείας ὡς ἕκαστοι τ̃ δωρεᾶς μετελάμβανον. ἀρὰν δ' σὺν τοῖς παροῦσι ῥαγουὴλ προσλαβόμενος ὕμνει τε ἥδον εἰς τ̃ θεὸν, ὡς τ̃ σωτηρίας αὐτοῖς κ' τ̃ ἐλευθερίας αἴτιον, καὶ πορισθὲν χειρωμένου, κ' τ̃ στρατηγὸν εὐρήμησεν ὡς κ' ἀρετ̃ ἐκείνου πάντων αὐτοῖς κ' γνώμῃ ἀπλωτικώτατον. καὶ ῥαγουὴλ πολλὰ μ̃ ἐγκώμια τ̃ πλήθους ἐποιεῖτο, ἔπειτα προσεῖπε μωυσῆν τ̃ ὅτι τ̃ σωτηρίᾳ τ̃ φίλων ἀνδραγαθίας. τ̃ δ' ὑστεραίᾳ θεασάμενος ὁ ῥαγουὴλ τ̃ μωυσῆν ἐν ὄχλῳ πραγμάτων ὄντα (διέλυε γὰρ τὰς δίκας τοῖς δεομένοις πάντων ἐπ' αὐτὸν καθιζόντων, καὶ μόνον αὐ τ̃ δικάζειν τυχεῖν ἠγωνίων, εἰ διαγνοὺς αὐτοῖς συμφέρον ἦν, καὶ ὡδὲ τοῖς ἥττοσι τὸν λέγοντα κέρδος ἐδόκει τὸ λείπεσθαι, κ' δικαιοσύνῃ ὑ πλεονεξίαν αὐτὸ πάσχειν νομίζουσιν) τότε μ̃ ἡσυχίαν ἦγε μὴ βουλόμενος ἐμποδίζειν τοῖς ἀρετ̃ χρῆσθαι τ̃ στρατηγ̃ θέλουσιν. παυσάμενον δ' τ̃ θορύβ̃ παραλαβὼν, καὶ συμμορωθεὶς αὐτὸν ἐδίδασκεν ἃ χρὴ ποιεῖν. καὶ συνεβούλευεν τ̃ μ̃ ὅτι τοῖς ἥττοσι ταλαιπωρίας ἐπίεσις ἐκλιῶαι. τὸν δ' πρὸς μείζονα καὶ τ̃ σωτηρίας τ̃ πλήθους ἔχειν τὴν φρόνησιν αὐτόν. δικάσαι μ̃ γὰρ ἀγαθοὺς κἀν ἄλλους Ἑβραίων δυνηθῆναι. φεύγουσαν δ' τοσούτων μυριάδων σωτηρίας, ἐπ ἄλλον τινὰ δύνασθαι, μὴ μωυσῆν ὑμολογοῦντα. ἀγαθαμένου δ' τ̃ ἀρετῆς φησὶν αὐτ̃ κ' οἷος γίγονας ὅτι τ̃ λαὸν ὑπουργῶν τ̃ θεῷ σώζειν, τ̃ μὲν τ̃ ἐγκλημάτων διαφορὰν ὑπέρθεσθαι αὐτοῖς ποιεῖσθαι καὶ ἐπ' ἀλλήλων. σὺ δ' πρὸς μόνῃ τῇ τ̃ θεῦ θεραπείᾳ κατέχων σεαυτὸν ἀκατέλειπτος ζητ̃ οἷς αἰ τὸ πλῆθος ἀπαλλάξειας τῆς νῦν ὀχλείας. ὑποθήκας δ' τοῖς ἐμαῖς τ̃ ἀνθρωπείων χρησάμενος, τὸν σεαυτὸν ἐξετάσεις ἀκεμβῶς καὶ κατὰ μυρίους τούτων κεκελευσμένος ἄρχοντας ὑποδείξεις. εἶτα κατὰ χιλίους. διαιρήσεις δ' μετ' αὐτοὺς εἰς πεντακοσίους, © πάλιν εἰς ἑκατόν.

εἶτ'

ἓξ καὶ εἰς πεντήκοντα, ἀρχοντάς τε ὑπὲρ τούτοις τάξεις οἱ καὶ ἑξακόσια μεριωθέντας ἑξακοσμήσουσι, καὶ καὶ εἴκοσι καὶ δέκα συναριθμεμφύες. ἔσῳ δέ τις ὑπὲρ τούτοις εἰς τὴν θεοσπορείαν ἀπὸ τῶν ἀρχομένων ἀριθμοῦ λαμβάνων. οἱ δὲ δοκιμαθέντες ὑπὸ τὸ πλῆθος πάντως εἰ μὲν ἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι, θεῖόν τε τὸ διαφόρων αὐτοῖς κεῖνθαι, κἂν ἡ τι μεῖζον ὑπὲρ τοὺς ἐν ἀξιώματι τὸ θεῖον τὸ θεάματος δύσκολον ὑπὲρ σὲ τοῦτο ἀναπέμψειν. ἔσαι γὰρ ἕτοιμος ἀμφότερα, καὶ τῷ δικαίων ἑβραίοις τάξον, καὶ σὺ τῷ θεῷ θεοσεβούων δύμφετερον αὖ αὐτὸν ποιήσειας τῷ στρατῷ. ταῦτα ῥαγουήλου παραινέσαντος, μωυσῆς ἀσμένως θεοσήκατο τὴν συμβουλίαν. καὶ ποιεῖ καὶ τῷ ὑποθήκῃ τῷ ἑαυτοῦ, τὸ ἕρπε τῷ ὅπλοιαν ἐκ ἀποκρυφόμενος, ἀλλ' οὐδὲ σφετερισάμενος αὐτῷ, ἀλλὰ ποιήσας φανερὸν τὸν ἐξευρόντα τῷ πλήθει. καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις δὲ ῥαγουήλου ἔγραψεν, ὡς εὑρόντα τῷ διάταξιν τῷ θεοφορμένῳ, καλῶς ἔχειν ἡγούμενος τὰληθῆ μαρτυρεῖν τοῖς ἀξίοις, εἰ καὶ δόξαν ἔμελλε φέρειν ὑπογραφομένῳ τὰ ὑπ' ἄλλων εὑρημένα, ὡς τε τῷ μωυσέως ἀρετῷ κἀκ τούτου καταμαθεῖν. ἀλλὰ θεῖ μὲ τούτης δικαίως ἐν ἄλλοις τὰ γραφῆς δηλώσομεν. μωυσῆς δὲ συγκαλέσας τὸ πλῆθος, αὐτὸς μὲν εἰς τὸ ὄρος ἀπέρχεται τὸ σινᾶον ἕλκων, ὡς συνεσόμενος τῷ θεῷ καί τι λαβὼν παρ' αὐτοῦ χρήσιμον ἐπανήξων πρὸς αὐτούς. ἐκείνους δ' ἐκέλευσεν πλησίον μὲ γενομένους τῷ ὄρει τῷ γειτνίασιν τοῦ θεοῦ προτιμήσαντας.

Κεφάλαιον δ'.

Πῶς μωυσῆς ἀναβὰς εἰς τὸ σινᾶον ὄρος, καὶ λαβὼν παρὰ θεοῦ τὰς τῶν δέκα λόγων πλάκας, τῷ λαῷ αὐτὰς παρέδωκεν.

ΤΑῦτα εἰπὼν, ἀνίει πρὸς τὸ σινᾶον ὑψηλότατον τῷ ἐκεῖ ὄρων τυγχάνον, καὶ ἅμα τῷ ὑπερβολῇ τοῦ μεγέθους καὶ τῷ κρημνῶν τὸ ἀπότομον ἀνθρώποις ἀ μόνον ἐκ ἀναβατὸν, ἀλλ' ἀδὲ ὠφελῆσαι μὴ δίχα πόνε τῆς ὄψεως δυνάμενον, ἄλλως τε καὶ τὸ λόγον ἔχ πρὸς τοῦτον θεὸν ἐν αὐτῷ ἅμα εἶναι φοβερὸν καὶ ἀπρόσιτον. ἑβραῖοι δὲ κατὰ τὰς μωυσέως ἐντολὰς μετεσκεύουν καὶ τὰς ὑποφορὰς τῆς ὄψεως κατελάμβανον, ἡρμένοι ταῖς διανοίαις ὡς μὴ τῆς ἐπαγγελείας τῶν ἀγαθῶν λῦ προύτεινεν αὐτοῖς ἐπανήξοντος μωυσέως πρὸς τὸ θεῖ· ἑορτάζοντες δὲ τὸν σεπτὸν πανήμερον, ἀγνεύοντες τῷ τε ἄλλῳ ἁγνείαν καὶ ἀπὸ συνουσίας τῶν γυναικῶν ἡμέρας τρεῖς, καθὼς ἐκεῖνος αὐτοῖς προεῖπεν, καὶ ἀναβαλούμενοι τὸν θεὸν δύμφῃ συμβαλόντα μωυσῆ δωρεὰν δωρεαὶ ὑφ' ἧς δὲ βιώσονται. ταῖς τε οἰκίαις διάταξιν ἐχρῶντο πολυτελεστέραις, καὶ τῷ κόσμῳ γυναιξὶν ὁμοῦ τε καὶ τέκνοις ἐκφερεπῶς ἥσυχῳ. ὅτι δύο μὲν οὖν ἡμέρας διωχούμενοι δῆλον. τῇ τρίτῃ δὲ πυκνὴ τὸν ἥλιον ἀναδεῖν νεφέλη τε ὑφίζανε τῷ παντὸς στρατοπέδου τῶν ἑβραίων καὶ πρότερον τοῦτο ἰδόντων γιγόμενον, καὶ τὸ χωρίον ἅ τὰς σκηνὰς ἦσαν πεποιημένοι θεάγεφεν. καὶ τῷ λοιποῦ παντὸς ἐν αἰθρίᾳ τυγχάνοντος, ἄνεμοί τε σφοδροὶ λάβρον κινούμενοι ὑετὸν κατήγιζον, ἀστραπαί τε ἦσαν φοβεραὶ τοῖς ὁρῶσιν. καὶ κεραυνοὶ κατενεχθέντες ἐδήλουν τὴν παρουσίαν τοῦ θεοῦ οἷς μωυσῆς ἤθελεν δύμφοις θεοτυχόντος. καὶ θεῖ μὲ τούτων ὡς ἕκαστος τοῦ ἐντευξομένου. ἐμοὶ δὲ ἀνάγκη ταῦτα ἱστορεῖν καθάπερ ἐν τοῖς ἱεροῖς βίβλοις ἀναγέγραπται,

A itémq; in manipulos triginta & viginti & decem commilitonum. tum deinde ita distinctis præfectos imponas, singulis appellatione à numero subditorum militum indita. Iudices autem viros virtute ac iustitia præstantes populi suffragiis creabis, qui de controuersiis eorum decernant, & si fortè quid grauius inciderit, eius cognitionem ad te relegent. atque hoc pacto neque Hebræorum quisquam suo iure fraudabitur, & tu sine interpellatione Deum colens fauorem eius propensiorem exercitui conciliabis. Hoc Raguelis consilium Moyses libenter admisit, fecitque quicquid ille monuerat, non sibi hoc commentum vsurpans, neque autorem eius celans, sed pro concione populo indicans cuius hoc inuentum fuerit. Quin & in libris suis Rageli ascribit inuentionem ordinum militarium ac iudiciorum, malens dignos sua laude non fraudare, quàm sibi alienum decus vsurpare, vt hinc quoque virtutem ipsius coniicere liceat: de qua suis locis sæpe nobis dicendum erit. Interea dum his locis populus hæret, Moyses pro concione ait se ire in montem Sina collocuturum cum Deo, & aliquid vtile eis inde reportaturum: iubetq; vt ij si interim in propinquo castra metentur, vicinniores Deo futuri.

CAP. IV.

Moyses conscenso Sina monte acceptas à Deo decem præceptorum tabulas ad populum reportat.

HIs dictis ascendit Sina montem omnium regionis eius celsissimum, & ob nimiam altitudinem cautésque præruptas non ascensus tantùm hominum, sed aspectus quoque ipsos defatigantem, vt non immerito propter numen incolens religiosus haberetur. Hebræi verò iuxta mandatum prophetæ motis castris radices montis occupant, suspensi animis quidnam boni ita vt promiserat, esset è Deo reportaturus: atque interim dum ductorem suum expectant, festos dies agebant, castitatem seruantes tum in cæteris, tum abstinendo à congressu mulierum per triduum, sicut iussi fuerant, & assiduis precibus Deum solicitantes, vt propitius Moysem excipiens, donum sibi per eum aliquod mitteret, quod ad vitam bene ac feliciter degendam conducibile foret. interim & victu sumptuosiore vtebantur: & ornatu splendidiore vnà cum vxoribus ac liberis excolebantur: atque in hunc modum duabus diebus inter epulas exactis, appetente iam tertia nubes primum præter solitum supra tota castra Hebræorum sublimis pependit, tentoria quàm latè patebant contegens, reliquum cælum circunquaque clara serenitate obtinente: procellæ deinde cum imbre vehementi ruebant, & fulgura simul crebrò micantia terrebant, fulminaque elisa significabant Moysen ex sententia cũ Deo propitio conuenisse. Hęc lecturi vt cuique placuerit accipiant, mihi certè fas non fuit discedere ab illis quæ in sacra historia cõscripta habẽtur.

VI.

Cæterùm Hebræi visa insolita tempestate, eiúsque horrendo strepitu aures feriente, supra modum turbabantur. nam & rei nouitas terrebat, & rumor vulgatus de monte, quòd crebrò Deus eum inuiseret. quamobrem continebant se intra tabernacula mœsti, putantes actum de salute Moysis, & illo per iram Dei sublato, se quoque simile exitium manere. In tali rerum statu ecce tibi Moyses exultans lætitia, vultuque ipso animum gaudio gestientem præferens. quo conspecto repente metus omnis abiit, inque locum eius spes magni alicuius boni successit: nam & aër ad eius aduentum pristinam serenitatem recepit. Mox igitur concionem aduocat, audituram quæ mandata à Deo referat. quam vbi conuenisse animaduertit, è superiore loco, vt ab vniuersis audiretur, in hunc modum est affatus: Viri Hebræi, Deus optimus maximus, quemadmodum numquam antea vota nostra est aspernatus, ita hoc quoque tempore me legatum vestrum benignissimè excepit, & iam in castra vestra præsens ac propitius adest, præscripturus vobis viuendi rationem, qua nulla beatior ne cogitari quidem potest. quare per ipsum pérque eius magnifica opera vos obsecro, ne contemnatis quæ vobis dicturus sum, meam mediocritatem intuentes, quódque humanam linguam audituri estis: sed expendentes mandatorum bonitatẽ ac vtilitatem, agnoscite eius maiestatem, qui vt vestra commoda prouehat, me internuncio ad vos vti non est dedignatus. Non enim Moyses Amaramæ & Iochabelis filius, sed is qui pro vestra salute Nilum sanguineis fluentis labefecit, & Ægyptiorum contumaciam tam variis calamitatibus fregit, qui per mare viam vobis muniuit, qui omnium egenis cibos cælitus excogitauit, qui potum desiderantibus é petra scatere iussit, à quo Adamus terræ ac maris vsumfructum accepit, per quem Noë diluuium effugit, per quem Abrahamus nostri generis autor ex errone possessor Chananææ terræ est factus, per quem Isacus confectis senio parentibus est natus, per quem Iacobus duodecim honestissimis filiis est ornatus, per quem Iosephus in Ægyptiorum præsidem euasit: is inquam vobis hæc præcepta largitur, ego nihil aliud sum quàm tanti numinis interpres. ea vobis sacrosancta erunt, & coniugibus ac liberis antiquiora. illis enim parendo beatam vitam agetis, fruẽtes terra fertili, mari tranquillo, progenie iuxta naturæ leges felici, eritíque hostibus vestris semper formidolosi. ego enim cum Deo coràm collocutus, immortalem eius vocem audiui: adeò illi cordi estis vos & generis vestri incolumitas. His dictis adducit populum cum liberis & coniugibus vt Deum loquentẽ eis audiant, & quid agendum docentem, ne dicta minus auctoritatis haberent, si per humanam linguam in animos eorum illaberentur. itaque omnes audiebant vocẽ è sublimi descendentem; vt nemo non intelligeret. Præcepta autem quæ Moyses duabus tabulis inscripta reliquit, non est fas totidem verbis euulgare, sententias tantũ eorũ indicabimus. Docet enim nos,

Τοὺς γε μὴν ἑβραίους τά τε ὁρώμενα, καὶ ὁ τὴν ἀκοὴν προσβάλλων φόβος δεινῶς ἐτάραττεν. ἀήθεις τε γὰρ ἦσαν αὐτῶν. καὶ ὁ περὶ τοῦ ὄρους διαφημιζόμενος λόγος, ὡς εἰς αὐτὸ τοῦτο φοιτῶντος τοῦ θεοῦ, σφόδρα τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἐξέπληττεν. κατεῖχον ἢ αὐτοὺς ἐντὸς τῶν σκηνῶν ἀχθόμενοι, καὶ τὸν τε μωϋσέως ἀπολωλέναι νομίζοντες ὑπ' ὀργῆς τοῦ θεοῦ, καὶ περὶ αὐτῶν ὅμοια προσδοκῶντες. ὅτε δὴ αὐτῶν διακειμένων ὑπεφάνη μωυσῆς χαίρων τε καὶ μέγα φρονῶν. ὀφθεὶς τε ἐν αὐτοῖς ἀπαλλάσσει τὴν δείσεως αὐτοὺς, καὶ περὶ τῶν μελλόντων κρείττονας ὑπεπίθετο τὰς ἐλπίδας, αἰθρίας τε καθαρᾶς ἀπὸ τῆς πρὸ ὀλίγου παθῶν λύπης μωυσέως φανέντος. ὅτι τούτοις οὖν συγκαλεῖ τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν, ἀκουσόμενον ὧν ὁ θεὸς εἶποι πρὸς αὐτόν. καὶ συναθροισθέντων σφῶν ὅτι ὑψηλῇ τινος ὄχθῃ ἔμελλον ἅπαντες ἀκούσεσθαι. ὁ μὲν θεὸς εἶπεν, ὦ ἔβραῖοι πατάπερ καὶ πρότερον, ὑμῶν προσδεξάτο με. καὶ βίον τε ὑμῖν εὐδαίμονα καὶ πολιτείας κόσμον ὑπαγορεύσας παρέσει καὶ αὐτὸς εἰς τὸ στρατόπεδον. πρὸς γοῦν αὐτὸ τὸ ἔργον, ἃ δὲ ἐκείνων ἡμῖν ἤδη πέπρακται, μὴ καταφρονήσητε τῶν λεγομένων, εἰς ἐμὲ τὰ λέγοντα ἀφορῶντες, μηδ' ὅτι γλῶτται ταῦτα ἀνθρωπίνη πρὸς ὑμᾶς λέγει. τιμὴ δ' ἀρετιεῖ αὐτῶν καταναοήσαντες ὑπογνώσεσθε καὶ τὸ μέγεθος τῆς νενοηκότος, καὶ ὅτι συμφέρει τῷ ἡμετέρῳ πρὸς ἐμὲ μὴ φθονήσαντος εἰπεῖν. ἐγὼ μωυσῆς ὁ ἀμράμου καὶ ἰωχαβήλης υἱός, ἀλλ' ὁ τὸν νεῖλον ἀναγκάσας ἡμαιμαγμένον ὑμῶν ὕδωρ ῥυεῖσαι καὶ ποικίλοις δαμάσας κακοῖς τὸ τῶν αἰγυπτίων φρόνημα, ὁ δι' θαλάσσης ὁδὸν ἡμῖν πεδιάδα χώρων, ὁ καὶ τιμὴ σοφίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ μηχανησάμενος ἐλθεῖν ἀπορουμένοις, ὁ ποτὸν ἐκ πέτρας ἀναβλύσας ἀναπίζουσιν, δι' ὃν ἄδαμος τὴν ἀπὸ γῆς τε καρπῶν καὶ θαλάσσης μεταλαμβάνει, δι' ὃν νῶχος ἐκ τοῦ ἐπομβρίας διέφυγεν, δι' ὃν ἄβραμος ὁ ἡμετέρος πρόγονος ἐξ ἀλλότε τιμὴ χαναναίων κατέσχεν γῆν, δι' ὃν ἴσακος γηραιοῖς ἐτέχθη γονεῦσιν, δι' ὃν ἰακώβος δώδεκα παίδων ἀρεταῖς ἐκοσμήθη, δι' ὃν ἰώσηπος ἐδεσπότευσεν τῶν αἰγυπτίων δυνάμεως, ἔδοξ' ὑμῖν τούτοις χαρίζεσθαι τοὺς λόγους δι' ἑρμηνέως ἐμοῦ. σεβάσμιοι δὴ ὑμῖν γενέσθωσαν καὶ τέκνων πρεσβυτέροις καὶ γυναικῶν. εὐδαίμονα γὰρ διάξετε βίον τούτοις ἑπόμενοι, καὶ γῆς ἀπολαύοντες καρπίμου, καὶ θαλάσσης ἀχειμάστου, καὶ τέκνων γονῆς καὶ φύσιν τικτομένων. καὶ πολεμίοις ἔσεσθαι φοβεροί. τῷ θεῷ γὰρ εἰς ὄψιν ἐλθὼν, ἀκήρατος ἀφθάρτου φωνῆς ἐγήκοα. ὅτου ἐκείνου τοῦ γήρους ὑμᾶς καὶ τῆς τούτου μέλει διαμονῆς. ταῦτ' εἰπὼν, προσάγει τὸν λαὸν γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις ὡς ἀκούσαιεν τοῦ θεοῦ διαλεγομένου πρὸς αὐτούς, ἅτε τῶν πρεσβυτέρων, ἵνα μὴ κλαίειν τὴν λεγομένων ἡ ἀρετὴ τοῦ ἀνθρωπίνης γλώττης, ἀθρόων εἰς γνῶσιν αὐτοῖς παραδιδομένη. πάντες τε ἦκουον φωνῆς ὑψόθεν παγομένης εἰς ἅπαντας, ὡς διαφυγεῖν μηδένα. καὶ λόγων οὓς μωυσῆς ἐν ταῖς δυσὶ πλαξὶν γεγραμμένους κατέλιπεν. οὓς δὲ θεμιτὸν ὄντ' ἡμῖν λέγειν φανερῶς πρὸς λέξιν, τὰς δυνάμεις αὐτῶν δηλώσομεν.

Διδάσκει μὲν οὖν ἡμᾶς ὁ πρῶτος λόγος, ὅτι θεὸς ὄστιν εἷς, καὶ τοῦτον σέβεσθαι μόνον.

Ὁ δὲ δεύτερος κελεύει, μηδενὸς εἰκόνα ζώου ποιήσαντας προσκυνεῖν.

Ὁ τρί-

Exod. 20.

Primum præceptum, Deum esse vnum, & hunc solum colendum.

Secũdũ, Nullius animalis simulacrũ adorandũ.

Ο τρίτος ὁ ὅτι μηδενὶ φαύλῳ τῷ θεῶν ὀμνύειν.
Ο ὁ τέταρτος ἁγιατηρεῖν τὰς ἑβδομάδας ἀνα- A
παυομένους ἀπὸ παντὸς ἔργου.
Ο ὁ πέμπτος, γονεῖς τιμᾶν.
Ο ὁ ἕκτος ἀποχέσθαι φόνου.
Ο ὁ ἕβδομος, μὴ μοιχεύειν.
Ο ὁ ὄγδοος, μὴ κλοπεύειν ἁρᾶν.
Ο ὁ ἔνατος, μὴ ψευδομαρτυρεῖν.
Ο ὁ δέκατος, μηδενὸς ἀλλοτρίου ἐπιθυμίαν λαμ-
βάνειν.

Tertium, Non temere iurandum.
Quartum, Septimi diei ferias nullo opere profa-
nandas.
Quintum, Parentes honorandos.
Sextum, A cade abstinendum.
B nos hac hospitali gratia non dedignatæ qua vos opus habere videbamus, faciles nos vobis præbuimus. Nunc quandoquidem amare vos & abitionem nostrã molestè ferre asseueratis, ne has quidem preces auersabimur. quare si beneuolentiæ coniugalis fidem dederitis, quæ sola nobis satisfacere potest, libenter vobiscum vt legitimæ nuptæ conuictoræ sumus. veremur enim ne libidine exsatiata, cum iniuria & contumelia nos retro ad parentes nostros ablegetis: cui nostræ solicitudini veniam vos dare æ-
C quum postulamus. Illis verò quolibet modò fidem daturos se pollicentibus, & nihil præ amore nimio recusantibus: quandoquidem, inquiunt, ita vobis videtur, & mores habetis ab omnibus aliis diuersissimos, vt cibis etiam propriis vestro more vtamini, nec potum cum aliis communem sustineatis, necesse est si vultis nobiscum vitam degere, deos nostros colatis: neque enim alio argumento persuadebitis
D amorem istum vos non fingere, nisi eosdem nobiscum deos adoretis. Nec absurdum fuerit aut vitio vertendum, si terræ in quam venistis peculiares deos colere malitis: præsertim cùm nostri per omnes regiones honorentur, vestrum nemo præter vos cultu dignetur aut ceremoniis. Aut igitur cæterorum more vobis est viuendum, aut alius orbis quærendus, vbi soli iuxta vestra instituta vitam agatis. At illi cupidine cæci dicta eorum comprobant, & quo trahebantur sequentes à religione patrum desciscunt, & plures deos credere inducti, sacra illis
E eius gentis ritu faciunt: cibis quoque indifferenter vtebantur, & in mulierum gratiam nihil non contra legem faciebant: vt iam tota castra iuuenum impietas inuaderet, & seditio priore peior gliscceret, & auita religio in extremum periculum deduceretur. iuuentus enim gustatis semel peregrinis moribus inexplebiliter in eos ferebatur: & si qui nobilitate à maioribus accepta præcellebant, vnà cum reliqua
F turba corrumpebantur. Zambrias etiam Simeonidis tribus princeps ducta Chosbi Madianitide, Vri filia gentis eius dynastæ, iussus ab vxore, & contemptis in eius gratiam Moysis placitis, alieno ritu sacrificabat, & alienigena coniuge non dissimulanter se oblectabat. In hoc rerum statu Moyses veritus ne grauius aliquid sequeretur, aduocata concione, neminem quidem nominatim accusauit, nolens in desperationem adducere eos qui tantisper dum latere se putant, ad sanitatem reduci poterant: sed dicebat rem indignam, nec ipsis nec maioribus eorum decoram, quòd voluptatem pluris, quã Deum & religionem facerent. Expedire illis vt dum tempus est resipiscant, & non legum con-
G

temptu,sed compescendis prauis cupiditatibus fortes viros declarent.absurdum præterea dicebat, quòd cũ in deserto modestè vixissent, nunc in bona regione ita baccharentur: & quæ per inopiam quæsiuerant, nunc per affluentiã perditum irent.Talibus dictis conabatur iuuentutem corrigere,& ad saniorem mentem reducere. Tum Zambrias insurgens: Tu,inquit, Moyses,tuis legibus vtere,quibus iam longo vsu robur addidisti: quod ni fecisses,sæpe iam pœnas dedisses, & tuo malo non esse Hebræis imponendum didicisses. me certè nunquam ad tua tyrannica iussa obstrictum habebis, neque enim aliud hactenus, quàm sub legis ac religionis prætextu nobis seruitutem, tibi principatum malitiosis artibus adstruis, voluptatem nobis ac vitæ licentiam adimens, quæ liberorum sunt, & sub nullius imperio degentium. hoc enim vel Ægyptiaca seruitute fuerit grauius, in quemuis tuis legibus pro tuo libitu animaduertere, cùm ipse multo dignior sis qui puniaris, quandoquidem abrogatis quæ omnium consensus approbat, plus tua quàm cæterorum mortalium placita valere postulas. ego quæ nunc facio, quia benefacta iudico, ne fateri quidem in hoc cœtu grauabor, mulierculam alienigenam me duxisse. audis à meipso mea facta, vt ab ingenuo. neq; enim latere cupio. Sacra etiam diis facio præter consuetum, quia id æquum censeo,ex multis mihi veritatẽ quærere, & non sicut sub tyrannide viuere, de vnius tantùm fiducia pendentem. nemo mihi rem gratam fecerit, qui in rebus meis meipso plus arbitrij habere voluerit.Hæc Zambria pro se & quibusdam sui similibus afferente, populus quietus expectabat quónam audacia hæc esset euasura, maximè quòd videret legislatorem amplius nolle contendere, ne hominem insolentem irritatiorem redderet. verebatur enim ne plures talis in loquendo impudentiæ imitatores facti, turbas in populo excitarent. Atque ita tum concio dissoluitur. ac fortasse vlterius malum hoc serpsisset,ni Zambrias maturè sublatus esset talem ob causam. Phinees tum aliis rebus,tum patris dignitate,iuuentutis facilis princeps, Eleazari pontificis filius, & Moysem magnum patruum habens, ægerrimè tulit Zambriæ contumaciam: cuius impunitate ne legum contemptus cresceret,vindicare in flagitiosos decreuit, non ignarus quòd exempla primatum in vtramuis partem plurimum valeant.Cúmque tanto esset animi & corporis robore, vt non temerè aliquid arduum aggrederetur, quod non etiam perficeret, ad Zambriæ tentorium vadit,& eodem ictu ipsum vnà cum Chosbi transfigit. quo exemplo iuuẽtus ad pulchertimam virtutis æmulationem accensa, certatim in eiusdem criminis reos facit impetum, & bonam illorum partem ferro conficiunt, reliquos insecuta pestis sustulit, per iram numinis inflicta, & ne illis quidem pepercit, qui cùm iure cognationis talem suorum petulantiam cohibere deberent aut dissimulare aut accendere etiam maluerunt:

τὴν ἀνδρίαν ὑπολαμβάνουσιν ἐκ τοῦ βιάζεσθαι τοὺς νόμους, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ εἰκῆ τῆς ὀλιγωρίας εἶναι. πρὸς τούτοις ἦν δ' ἄλογον ἔφασκε σωφρονήσαντας αὐτοὺς ὅτι τῆς ἐρήμου, νυνὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ὄντας παροινεῖν, μηδὲ τὰ κτηθέντα ὑπὸ τῆς εὐδαιμονίας διὰ δυσκολίαν αὐτῶν ἀπολέσθαι. κἠ ὁ μὲ ταῦτα λέγων, ἐπειρᾶτο τοὺς νέους ἐπανορθοῦν, κἠ εἰς μετάνοιαν ἄγειν ὧν ἐπράττον. οἱ δὲ μετ' αὐτὸν ζαμβρίας, ἀλλὰ σὺ μὲν, εἶπεν, ὦ μωσῆ, χρῶ νόμοις, οἷς αὐτὸς ἐπαύσω τὰς σῆς συνηθείας τούτων τὸ βέβαιον αὐτοῖς παρεχημένος. ἐπεὶ μὴ τοῦτον αὐτῷ ἐχόντων τὸν ζόπον, πολλάκις ἂν ἤδη κεκολασμένος ἔγνως αὐτὸν δυσδιαλογίστοις ἑβραίοις. ἐμὲ δ' οὐκ ἂν ἀκόλουθον οἷς σὺ πρὸς ἀτελεῖς τυραννικῶς λάβροις. ἐγὼ δὲ ἄλλο τι μέχρι νυῦ ἢ προχήματι νόμων τὸ θεῖ δουλείαν μὲν ἡμῖν, ἀρχὴν δ' σαυτῷ κακουργεῖς, ἀφαιρούμενος ἡμᾶς τὸ ἡδὺ τὸ κῦρ τοῦ βίου αὐτεξούσιον, ὃ πᾶσι ἐλευθέροις ὄζι κἠ δεσπότου ἐκ ἐχόντων. χαλεπώτερος δ' ἂν εἶεν ἀμυήτων ἑβραίοις γένοιτο τιμωρεῖν ἀξιῶν κῦ τοῖς νόμοις τὸν ἐκόντα πρὸς τὸ κεχαρισμένον αὐτῷ ποίησιν. πολλὴν δ' ἂν δικαιότερον αὐτὸς τιμωρίαν ὑπομένοις, τὰ παρ' ἑκάστοις ὁμολογούμενα καλῶς ἔχειν ἀφαιρῆσαι προηρημένος, κἠ κῦ τὸ ἁπάντων δόξης ἰσχυρὸν τοῦ ἑαυτοῦ κατασοβαρῶς. ἃ δ' πρόσθεν νυνὶ κείνας ἀγαθὰ, ταῦτ' ἔπειτα πρὸς αὐτῷ ὁμολογεῖν ἐν τούτοις ἐκ ἐκίνησαμι. γύναιόν τε ξενικὸν ὡς φῆς ἠγμαι. παρ' ἐμαυτοῦ δὲ ἀκριβῶς τὰς ἐμὰς πράξεις ὡς παρ' ἐλευθέρου. καὶ δὲ δεῖ λαθεῖν προσθέμενος. θύω τε θεοῖς οἷς θύειν μὴ νομίζεται, δίκαιον ἡγούμενος πᾶσι πολλῶν ἐμαυτῷ πράγματα παθεῖν τὴν ἀλήθειαν, κἠ ἐχ ὥσπερ ἐν τυραννίδι ζῶν τὴν ὅλην ἐξ ἑνὸς ἐλπίδι τοῦ βίου παντὸς ἀνηρτημένος. χαρίσεται δ' ἂν δεῖς κυρώσειεν αὐτὸν πρὸς ὧν πράξαμι γνώμης τῆς ἐμῆς ἀποφαινόμενος. τοῦ δ' ζαμβρίου ταῦτα πρὸς ὧν αὐτὸς τε ἠδίκει κἠ τοῦ ἄλλων τινὲς ἐπόντος, ὁ μὲ λαὸς ἡσύχαζε, φόβῳ τε τοῦ μέλλοντος, καὶ τῆ νομοθέτην δ' ὁρῶν μὴ παρατέρω τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ προαγαγεῖν ἐκ τῆς ἀτιμίας βλαμάχης θελήσαντα. πρὶν δὲ μὴ πολλοὶ τοῦ λόγων ἀσελγείας αὐτοῦ μιμηταὶ γενόμενοι παράξωσι τὸ πλῆθος. κἠ βλέψεται μὲ ὅτι τούτοις ὁ σύλλογος. προελήλυθει δ' ἂν ὅτι πλεῖον ἡ τοῦ κακοῦ πεῖρα μὴ φθάσαντος ζαμβρίου τελευτῆσαι ἐκ τοιαύτης αἰτίας. φινεὲς γὰρ τότε ἄλλα τοῦ νεωτέρων κρείττων, καὶ τοῦ τοῦ πατρὸς ἀξιώματι τοὺς ἡλικιώτας ὑπερέχων, ἐλεαζάρου δὲ τοῦ ἀρχιερέως υἱὸς ὢν, μωυσέως δ' ἀδελφοῦ υἱός, προαλγήσας τοῖς πεπραγμένοις ὑπὸ τοῦ ζαμβρίου, κἠ πρὶν ἰσχυρότεραν γνώμην τὴν ὕβριν ὑπὸ τοῦ ἀδικίας, ἔργῳ τῆ δίκλιν αὐτοῦ εἰσπεράσας δόγνυς, τὸ κωλύσαι δόμβλιᾶν τὴν ὑβριστικὴν εἰς πλείονας τοῦ ἀξιωμάτων ἐκ κολαζομένων. τόλμη δ' τοῦ ψυχῆς κἠ σώματος ἀνδρεία τοσοῦτον προῦχων, ὡς μὴ πρότερον εἴ τινι συσαίη τοῦ δεινῶν ἀπαλλάττεσθαι πρὶν ἢ καταγωνίσασθαι καὶ νίκην τὸ ἐπ' αὐτοῦ λαβεῖν, ὅτι τοῦ ζαμβρίου σκηνὴν ὑπελθὼν αὐτὸν τε παίων τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ χοσβίαν ἀπέκτεινεν. οἱ δὲ νέοι πάντες, οἷς ἀρετῆς ἀντιποίησις ἦν καὶ τοῦ φιλοκαλεῖν, μιμηταὶ γενόμενοι τοῦ φινεέσυ τόλμης, αἴρουσιν τὸς ὅτι τοῖς ὁμοίοις ζαμβρεῖ τὸ ἀτίαν εἰληφότας. ἀπόλλυνται δ' οὐκ ὀλίγοι καὶ ὑπὸ τοῦ τότων ἀνδραγαθίας πολλοὶ τῶν ὑπομεινάντων. ἐφθάρησαν δὲ πάντες τοῦ λοιμοῦ ταύτην ἐπισκήψαντος αὐτοῖς τοῦ θεοῦ τὴν νόσον. ὅσοι τε συγγνῶναι ὄντες κωλύειν δέον ἐξώξιωσαν αὐτοὺς ὅτι ταῦτα,

ἀδι-

ἀδικεῖν τὸν θεὸν δεικνύντες ἀπέθνησκον. διὸ καὶ πολλοὶ τῶν μὲν οὐδὲ ἐκ τῶν τάξεων ἄνδρες ἐκ ἐλάττους τεσσαρακισχιλίων καὶ μυρίων. ὑφ' ὧν ἡ τούτης παρεξευθεὶς τὴν αἰτίαν μωυσῆς, ὅτι τὸν μαδιανιτῶν ὄλεθρον τοῖς στρατιώταις ἐξέπεμψε. περὶ ὧν τὰ ἐπ' αὐτοῖς ἐξόδου μὴ μικρὸν ἐρῶμεν, προδιηγησάμενοι πρῶτον, ὃ παρελείπομεν. δίκαιον γὰρ ὅτι τούτῳ τὸ τοῦ νομοθέτου γνώμῃ μὴ παρελθεῖν ἀνεγκωμίαστον. τὸ γὰρ βάλαμον, ὃν ἀληφθέντα ὑπὸ τῶν μαδιανιτῶν ὅπως ἐκβιάσηται τοῖς ἑβραίοις, καὶ τοῦτο μὲν ἀνωφθέντα θείᾳ προνοίᾳ, γνώμῃ δ' ὑποθέμενον ἢ χρησαμένων τοῖς πολεμίοις, ὀλίγου τὸ τοῦ ἑβραίων πλῆθος διέφθαρκε τοῖς ὑπὸ τῆς δεισιδαιμονίας, νοσησάντων δή τινων περὶ ταῦτα, μεγάλως ἐτίμησεν ἀναγράψας αὐτοῦ τὰς μαντείας καὶ παρὸν αὐτῷ σφετερίσασθαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς δόξαν, καὶ ἰδιώσασθαι μηδενὸς αὐτῷ μαρτυρήσαντος τὰ διελέγχοντος, ἐκείνῳ τὴν μαρτυρίαν ἀπέδωκε, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῦ μνήμης ἠξίωσε. καὶ ταῦτα μὲν ὡς αὐτοῖς τισὶ δοκεῖ, ἔστω σκοπείτωσαν. μωυσῆς δὲ ὑπὲρ ὧν καὶ προεῖπον, ὅτι τῷ μαδιανίτῃ γένει ἔπεμψε στρατιάν, τοὺς πάντας δισχιλίους καὶ μυρίους ἐξ ἑκάστης φυλῆς τὸν ἴσον ἀριθμὸν ὁπλίσαμενος, καὶ στρατηγὸν αὐτοῖς ἀποδείξας φινεές, ὃς μικρὸν πρότερον ἐμνήσθημεν φυλάξαντος τοῖς ἑβραίοις τοὺς νόμους, καὶ τὰ παρανομοῦντα τούτους ζαμβείαν πεμφθησαμένους.

nec priùs destitit, quàm quatuordecim millia virorum desiderarentur. Hanc ob rem Moyses in Madianitas concitus, ad gentem internecione delendam exercitum misit, de qua expeditione mox narrabimus, postquam quod omissum antè non oportuit, dixerimus. Balamum illum, qui à Madianitis accitus ad execrandos Hebræos, quo minus hoc faceret à Deo est prohibitus, nihilo secius tamen tale hostibus consilium dedit, quo effectum est, vt quibusdã infectis praua opinione, penè totius populi religio sit corrupta: hunc inquam Balamum tanto honore dignatus est Propheta, vt oracula eius suis literis inseruerit: cúmque nihil vetaret quin ea pro suis ederet, nec vllo teste id factũ eius coargui posset, maluit eum debita apud posteros memoria non fraudare. Sed hæc quisque vt libuerit ita consideret. Moyses autem, vt dicere cœperam, in Madianitas misit exercitum duodecim millium, singulis tribubus mille militibus imperatis: eísque copiis Phineem præfecit, cuius opera leges vindicatas, & de Zambria violatore earum pœnas exactas paulò antè memorauimus. *Num.31.*

Κεφάλαιον ζ.

Ὡς ὅτι μαδιανίτας ἑβραῖοι στρατώσαντες ἀπέκτειναν αὐτούς.

Cap. VII.

Hebræorum de Madianitis victoria, & Amoritæ regio quomodo à Moyse duabus cum dimidiata tribubus concessa.

Μαδιανῖται δὲ προθυμούμενοι τὸν στρατηγὸν ὅτι σφᾶς ἐλαύνοντα, καὶ ὅσον οὐδέπω παρεσόμενον, ἀπεθεράπευόν τε καὶ τὰς εἰσβολὰς τῆς χώρας ἢ προσεδέχοντο τοῖς πολεμίοις ἀσφαλισάμενοι, προεμάχοντο αὐτοῖς ἐλθόντων δὲ καὶ συμβολῆς γενομένης, πίπτει τῶν μαδιανιτῶν πλῆθος ἀσυλλόγιστον, καὶ ἀριθμῷ κρεῖττον, οἵ τε βασιλεῖς αὐτῶν ἅπαντες. πέντε δὲ ἦσαν, ὤχος τε καὶ σοῦρης, ἔτι δὲ ῥοβέης τε καὶ ὔβης. πέμπτος δὲ ῥέκεμος, ἀφ' οὗ πόλις ἐπώνυμος τὸ πᾶν ἀξίωμα τῆς ἀράβων ἔχουσα γῆς. καὶ μέχρι νεῦ τοῦ παντὸς τὸ ἀραβίᾳ τὸ κτίσαντος βασιλέως τὸ ὄνομα ἀρεκέμη καλεῖται, πέτρα παρ' ἕλλησι λεγομένη. ἀναπεντῶν δὲ τῶν πολεμίων, οἱ ἑβραῖοι διήρπασαν αὐτῶν τὴν χώραν. καὶ πολλὴν λείαν λαβόντες καὶ τὰς οἰκέτορας γυναῖκάν ἅμα διαφθείραντες, μόνας τὰς παρθένους κατέλιπον, τοῦτο μωυσέως φινεὲς κελεύσαντος. ὃς ἦγεν ἄγων τὴν στρατὸν ἀπαθῆ καὶ λείαν ἄφθονον. βοῶν μὲν γὰρ δισχίλιοι καὶ πεντακισμύριοι ἐπρᾶ καὶ ἑξήκοντα. ὄνους δὲ ἑξακισμυρίους, χρυσοῦ δὲ καὶ ἀργύρου ἄπειρόν τι πλῆθος κατασκοπῆς ἢ κατ' οἶκον ἐχρῶντο. τοῦτο γὰρ εὐδαιμονίας, καὶ ἀβροδιαίτοις σφόδρα ἐτύγχανον. ἦχθησαν δὲ καὶ παρθένοι, περὶ δισχιλίας καὶ ἑξακοσίας. μωυσῆς δὲ μερίσας τὴν λείαν, τὸ πεντηκοστὸν ἐλεαζάρῳ δέδωσι, καὶ τοῖς ἱερεῦσι. λεύιταις δὲ τὰ ἑπόμενα τὸ πεντηκοστὸν μέρος. τῶν δὲ λοιπῶν, νέμει τοῖς λαοῖς. καὶ δηλοῖ τὸν λοιπὸν εὐδαιμόνως ἀφθονίας μὲν ἀγαθῶν αὐτοῖς ὑπ' ἀρετῆς γεγενημένης, τοῦ μηδενὸς δὲ σκηθρωποῦ ταύτης ἀπολαύειν ἐμποδίζοντος. μωυσῆς δὲ γηραιὸς ἤδη τυγχάνων, διάδοχον ἑαυτοῦ ἐποιεῖτο καθίστασιν ὅτι τε ταῖς προφητείαις, καὶ στρατηγὸν εἶπον δήσειε γενησόμενον, κελεύσαντος καὶ τοῦ θεοῦ τοῦτο τὴν προαίρεσιν ἐπιθέσθαι τῶν πραγμάτων.

Madianitæ verò intellecto hostium aduentu, & quòd iam non longè abessent, & ipsi copias in vnum contrahunt, & quà in regionem suam irrupturos putabant, munito pro tempore aditu, præsto erant, impetus eorum pro viribus propulsaturi. Sed mox primo congressu tanta multitudo Madianitarum est cæsa, vt numerus cadauerum iniri non posset, ne regibus quidẽ seruatis. Hi fuêre Ochus, Sures, Robeas, Vbes, & quintus Recemus, à quo deductum nomen primaria vrbs Arabum & hodie retinet, Receme dicta, quam Græci Petram vocare malunt. Fusis hostibus, Hebræi regionem sunt populati, prædas abigendo, & incolas vnà cum mulieribus interimendo, solis parcentes virginibus: hoc enim Phinees à Moyse mandatum acceperat, qui reducto incolumi ac illæso exercitu, prædam quoque memorabilẽ retulit, boũ quinquaginta duo millia, & insuper sexaginta septem, asinorum sexaginta millia, vasorum aureorum & argenteorum magnum numerum, quibus in domestica supellectile vtebantur. Etenim pro opibus lautiore victu delectabantur. Abductæ sunt etiam virgines circiter triginta duo millia. Moyses autem partitus prædam, quinquagesimam eius partem Eleazaro dedit & sacerdotibus, & Leuitis alterius quinquagesimam: reliquum verò populo distribuit. quo factum est vt deinde suauiter viuerent, opibus virtute quæsitis, otium quoque ad fruendum nacti. Moyses autem iam admodum senex Iesum designauit, qui sibi in Prophetæ & ducis (si opus foret) muniis succederet, Deo ita iubente vt hunc principatus successorem faceret. *Num.27. Deut.3.*

Erat enim totius diuini atque humani iuris peritissimus, Moyse præceptore doctus. Per idem tempus duæ tribus, Gadæ & Rubeli, & dimidia Manassitis numero pecudum & aliis rebus abundantes, de communi consilio rogant Moysem, vt sibi extra sortem traderet Amoritidem terram, quæ non multò antè bello capta fuerat, esse enim pascuis vberem. Ille verò suspicatus eos prælia contra Chananæos metu detrectare, & curam pecudum ignauiæ prætexere, conuitio vtros excipit, meticulosos simulatores ditans: Velle eos in otio luxúque terram communi marte quæsitam possidere, & nolle arma cum cætero exercitu ferentes, terram vltra Iordanem à Deo promissam capere, deuictis gentibus quas ille pro hostibus haberi iusserat. Qui videntes eum iratum, ne meritò irasci videretur, respondent se neque per ignauiam pericula, neque per desidiam labores fugere, sed hoc tantum agere, vt præda in locis commodis relicta, expeditiores ad certamina fierent: paratósque se aiebant, si oppida ad tutelam liberorum & coniugum ac facultatum ipso dante acciperent, reliquum exercitum armatos quocunque ducerentur sequi, & communibus militare auspiciis. Tum Moyses comprobata eorum voluntate, aduocatóque Eleazaro pontifice & Iesu, cæterísque magistratibus, concedit illis Amoritidem hac conditione, vt simul cum cognato populo aduersus communem hostem bellum gerant, donec omnia ex sententia confecta fuerint, atque hoc pacto accepto quod petierunt, & extructis munitis oppidis, liberos & vxores atque impedimenta in illis deponunt. Moyses quoque in eadem regione decem vrbes condidit, in illum quadraginta octo numerum computandas, in quarum tribus asyla sanciuit, illis tantum profutura, qui cæde non sponte commissa eo confugissent. statuítque talibus exilij tempus, tantisper dum pontifex viueret sub quo cædes accidit, post cuius obitum redire in patriam permisit. Exilij verò tempore licere cuiuis è cognatis interempti homicidam impunè occidere, duntaxat extra vrbem refugij deprehensum: idque ius solis cognatis esse voluit, aliis non item. Cæterùm oppida refugij fuerunt hæc ad fines Arabiæ Bosora, in Galadena regione Arimanum, in Bataneade Gaulademan. & post captam Chananæam totidem ex Leuiticis oppidis iussu Moysis destinata sunt, vt hoc genus exulibus refugium & habitationem præberent. Eodem tempore cùm defunctus esset quidam è primatibus Manassitidis tribus nomine Salpades, liberis deterioris tantùm sexus relictis, tribules eius viri insignes Moysem consulunt, an filiarum eius in diuisione & sortitione agrorum ratio haberi debeat. Is respondit, si in domum tribulis nuptum darentur, sortem dotalem fore: sin mallent in aliam tribum elocari, sortem in sua tribu relinquerent. atque hac occasione instituit, vt cuique tribui suæ sortes perpetuò manerent. Quúmque iam de quadragesimo migrationis anno triginta tantùm dies superessent, aduocata concione ad Iordanem eo loco vbi nunc oppidum Abila visitur, agrum

Num. 13.

Num. 35. *Deut.* 4. 19. *Ios.* 20.

Num. 27. 36.

VI. *Deut.* 4.

ὁ δ' ἰησοῦς, πᾶσαν ἐπεπαίδευτο τὴν περὶ τοὺς νόμους παιδείαν, καὶ τὸ θεῖον μωυσέως ἐκδιδάξαντος. καὶ τούτῳ δύο φυλαὶ γάδ τε καὶ ῥουβήλου καὶ τὸ μανασσίτιδος ἡμίσεια, πλήθει τετραπόδων διαφέρουσαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, κοινολογησάμενοι παρεκάλουν τὸν μωυσῆν ἐξαίρετον αὐτοῖς τὴν ἀμορείτιν δωρήσασθαι, δυσκτητον οὖσαν. ἀγαθὴν γὰρ εἶναι βοσκήματα τρέφειν. ὁ δὲ ὑπολαβὼν αὐτοὺς δειλίαντας τὴν πρὸς χαναναίους μάχην, προφάσιν διαπρεπῆ τὴν τῶν βοσκημάτων ὀνομάσαντας. αὐτοὺς μὲν βούλεσθαι ξυφῶν ἀπόνως ἀφέξοντας πάντων τεταλαιπωρηκότων ὑπὲρ τῆς κτήσασθαι τὴν αἰτουμένην ὑπ' αὐτῶν γῆν. μὴ θέλειν δὲ συναραμένους τοῖς ὁπλοίποις ἀγῶνων, γῆν ἣν ἐμβάσιν αὐτοῖς ὁ ἰορδάνης ὁ θεὸς δωρεῖσθαι ὑπέχοντας, ταύτην λαβεῖν καταστρεψαμένους ὃς ἐκεῖνος ἀπέδειξεν ἡμῖν πολεμίους. οἱ δ' ὁρῶντες ὀργιζόμενον αὐτὸν μὴ δικαίως ἠρεθίσθαι πρὸς τὴν αἴτησιν αὐτῶν ὑπολαβόντες, ἀπελογοῦντο, μὴ δι' φόβον κινδύνων, μηδὲ δι' τὸν πονεῖν μαλακίαν πεποιεῖσθαι τὴν αἴτησιν. ἀλλ' ὅπως τὴν λείαν ἐν ὀλιγοστείοις καταλιπόντες, δύζωνοι πρὸς τοὺς ἀγῶνας χωρεῖν δύναιντο. ἑτοίμους τε ἔλεγον αὐτοὺς κτίσαντας πόλις εἰς φυλακὴν τέκνων καὶ γυναικῶν καὶ κτήσεως αὐτῶν διδόντος συναπεῖναι τῷ στρατῷ. καὶ μωυσῆς ἀρεσθεὶς τῷ λόγῳ, καλέσας ἐλεάζαρον τὸν ἀρχιερέα, καὶ ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἐν τέλει πάντας, συνεχώρει τὴν ἀμορείτιν αὐτοῖς ὅτι τῷ συμμαχῆσαι τοῖς συγγενέσιν ἕως κατασήσωνται τὰ πάντα. λαβόντες οὖν ὅτι τούτοις τὴν χώραν, καὶ κτίσαντες πόλεις καρτερὰς, τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τἄλλα ὅσα συμφέρειν μέλλοιεν αὐτοῖς ἐν αἷς ἐμπόδια τὸ πονεῖν ἀποθέντο εἰς αὐτάς. οἰκοδομεῖ δὲ μωυσῆς τὰς δέκα πόλεις τὰς εἰς τὸν ἀριθμὸν τὸν ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα γνησομένας. ὧν ἓξ εἰς ἀποδείξει τοῖς ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ φεύγουσιν. καὶ χρόνον ἔταξεν ἕως ὁ φυγὰς τὸν αὐτὸν τὸν ἀρχιερεῖ, ἐφ' ᾧ δράσας τις τὸν φόνον ἔφυγε. μεθ' ὃν συγχωρεῖ τελευτήσαντα κάθοδον, ἐχόντων ἐξουσίαν τοῦ τὸ πεφονευμένου συγγενῶν κτείνειν, εἰ λάβοιεν ἔξω τῶν ὅρων τῆς πόλεως, εἰς ἣν ἔφυγε, τὸν πεφονευκότα, ἑτέρῳ δὲ οὐκ ἐπετέτραπτο. αἱ δὲ πόλεις αἱ πρὸς τὰς φυγὰς ὑποδεδειγμέναι ἦσαν αἵδε. βόσορα μὲν, ὅπι τοῖς ὅροις τῆς ἀραβίας. ἀείμανον δὲ τῆς γαλαδίτων γῆς, καὶ γαυλανημὰν δὲ ἐν τῇ βατανειάδι. κτισαμένων δὲ αὐτῶν καὶ τῶν χαναναίων γῆν, ἕξεις ἑτέρας πόλεις ἐμελλον ἀνατεθήσεσθαι τῶν λευιτῶν πόλεων, τοῖς φυγάσιν εἰς κατοικισμὸν μωυσέως ὑπισχνουμένου, μωυσῆς δὲ προσελθόντων αὐτῷ τῶν πρώτων τῆς μανασσίτιδος φυλῆς καὶ διδόντων ὡς τεθνήκοι τις τῶν φυλετῶν ὄνομα ἀνὴρ σαλπαάδης ὄνομα, παῖδας μὲν ἀπολιπὼν ἄρσενας, θυγατέρας μέν τοι, καὶ πυθομένων εἰ τούτων ὁ κλῆρος ἔσοιτο, φησι, εἰ μὲν μέλλοσί τινι συνοικεῖν τῶν φυλετῶν, μὴ τὸν κλῆρον πρὸς αὐτὰς ἀπεῖναι. εἰ δ' ἐξ ἄλλης γαμοῖντο τισὶ φυλῆς, τὸν κλῆρον ἐν τῇ πατρῴᾳ φυλῇ καταλιπεῖν. καὶ τότε μένειν ἑκάστην τὸν κλῆρον ἐν τῇ φυλῇ διετάξατο. τῷ δὲ τεσσαράκοντα ἐτῶν ἤδη ἐξιάκοντ' ἡμέρας συμπεπληρωμένων, μωυσῆς ἐκκλησίαν, ὅπι τοῦ ἰορδάνου συναγαγὼν, ὅπου νῦν πόλις ἐστὶν ἀβιλὴ, φα-

φοινικόφυτον δ' ὄζει τὸ χωρίον, συνελθόντος τῷ λαῷ A πάντος, λέγει τοιάδε.

habens palmetis consitum, vbi populum omnem præsto vidit, in hunc modum verba fecit. *Deut.4.*

Κεφάλαιον η'.

η μωυσέως πολιτεία, καὶ πῶς ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη.

Cap. VIII.

Moysis leges, & quomodo ex hominibus est sublatus.

ΑΝδρες συστρατιῶται, & τὰ μακρᾶς κοινωνοὶ ταλαιπωρείας. ἐπεὶ τῷ θεῷ δοκοῦν ἤδη & τῷ γήρᾳ χρόνον ἐπὶ εἴκοσιν καὶ ἑκατὸν λυσιμελὴς δεῖμε τῷ ζῆν ἀπελθεῖν, καὶ τὰ πέρα τοῦ Ἰορδάνου πορευθησομένων ἐμέλλω βοηθὸς ὑμῖν ἔσεσθαι καὶ σύμμαχος κωλυόμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ, δίκαιον ἡγησάμην μηδὲ νεκρὸς ἐγκαταλιπεῖν τοὺμὸν σῶμα τὴν ἡμετέραν εὐδαιμονίαν πεφθιμένον. ἀλλ' ἀΐδιόν τε ὑμῖν πραγματεύσασθαι τὴν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν, & μνήμην ἐμαυτοῦ γλυκυμένων ὑμῖν ἐν ἀφθονίᾳ τῆς χρειττόνων. φέρε οὖν ὑποθέμενος ὃν τρόπον ὑμεῖς τὰν εὐδαιμονήσητε, καὶ παισὶ τοῖς αὐτῶν καταλείποτε κτῆσιν ἀγαθῶν ἀίδιον ὡς ἀγαθέμενος, ἕτως ἀπέλθω τοῦ βίου. πεισθέντας ἢ ἄξιός εἰμι, σχεδόν τε τὰς πρότερον σῶν ὑμῖν φιλοτιμίας, & διὰ τὸ τὰς ψυχὰς ὅτι τελευτῇ γινομένας μετ' ἀρετῆς πάσης ὁμιλεῖν. ὦ παῖδες Ἰσραήλ, μία πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθῶν κτήσεως αἰτία, θεὸς εὐμενής. μόνος γὰρ οἷός τε δοῦναί τε τοῖς ἀξίοις & ἀφελέσθαι τὰ ἁμαρτανόντων εἰς αὐτὸν ἱκανός. ᾧ παρέχοντες ἑαυτοὺς, οἵους αὐτός τε βούλεται καγὼ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ σαφῶς ἐξεπίσταμενος παραγγέλλω, μὴ αὐτοὶ μακάριοι & ζηλωτοὶ πᾶσι ἀτυχήσητέ ποτε ἢ παύσησθε. ἀλλ' ὧν τε νεῦ ὑμῖν ὄζειν ἀγαθῶν ἡ κτῆσις βεβαία μένει, τῆς τε ὑπόντων τάχειαν ἕξετε τὴν παρουσίαν. μόνον οἷς ὑμᾶς ὁ θεὸς βούλεται ἕπεσθαι, τούτοις πειθαρχεῖτε. μὴ μήτε νομίμων τῶν παρόντων ἄλλην ποτιμήσητε διάταξιν, μήτ' εὐσεβείας ἧς νεῦ χρὴ τὴν θεὸν ἔχετε, καταφρονήσαντες εἰς ἄλλον μεταστήσεσθε ζόπον. ταῦτα γὰρ ποιοῦντες, ἀλλιμώτατοι μάχας διενεγκεῖν ἁπάντων ἔσεσθαι, καὶ μηδενὶ τῶν ἐχθρῶν εὐάλωτοι. θεοῦ γὰρ παρόντος ὑμῖν βοηθοῦ, πάντων ὑπερφρονεῖν εὔλογον. τῆς δ' ἀρετῆς ἔπαθλα ὑμῖν μεγάλα κεῖται πρὸς ἅπαντα τὸν βίον κτησαμένοις. αὐτή γε πρώτων ἀγαθῶν τὸ πρόσβιστον ὄζειν ἐποιεῖτα καὶ τιμὴ τῆς ἄλλων χαρίζεται περιουσίαν. ὡς & πρὸς ἀλλήλους ὑμῖν χρωμένοις αὐτῇ μακάριστον ποιεῖται τὸν βίον, καὶ τῆς ἀλλοφύλων πλέον δοξαζομένοις, καὶ ὡς ἀεὶ τοῖς αὖθις τιμὴ εὐκλειαν ὑμῖν ὑπάρξαι. τούτων δ' αὖ ἐφικέσθαι δυνηθέντες, εἰ τῆς νόμων, οὓς ὑπαγορεύσαντός μοι τοῦ θεοῦ συνεταξάμην, κατήκοοι & φύλακες γένησθε, & μελετῶντες τιμὴ συνέχειν αὐτῆς. ἄπειμι δ' αὐτὸς χάριν ὅτι τοῖς ὑμετέροις ἀγαθοῖς, ὡς ἀγαθέμενος ὑμᾶς νόμῳ τε σωφροσύνης καὶ κόσμῳ τῆς πολιτείας καὶ ταῖς τῆς στρατηγῶν ἀρεταῖς, οἱ φρόνιμον ἕξουσιν ὑμῖν τὸ συμφέρον τος. θεὸς τε ὁ μέχρι νῦν ἡγεμονεύσας ὑμῖν καθ' ὃ βούλησιν καγὼ χρήσιμος ὑμῖν ἐνομόμην, ἐς μέχρι τοῦ δεῦρο ὑμῖν σῴσει τιμὴ αὐτοῦ πρόνοιαν. ἀλλ' ἐφ' ὅσον αὐτοὶ βούλεσθε χρόνον τοῦτον ἔχειν πρόσεστιν ἐν τοῖς τῆς ἀρετῆς ὀπτηδεύμασι μένοντες, ὅτι τοσοῦτον αὐτῆς χρήσεσθαι τῇ προμηθείᾳ. γνώμας τε ὑμῖν εἰσηγήσοντας ἀρίστας, οἷς ἑπόμενοι, τῆς εὐδαιμονίαν ἕξετε, ὁ ἀρχιερεὺς ἐλεάζαρος, καὶ ἰησοῦς, ἥτε γερουσία καὶ τὰ τέλη τῆς φυλῶν, ὧν ἀκροᾶσθε μὴ χαλεπῶς, γνόντες ὅτι πᾶσιν οἱ ἄρχεσθαι καλῶς εἰδότες καὶ ἄρχειν ἴσονται παρελθόντες εἰς ἐξουσίαν αὐτῆς.

VIri commilitones, & longi laboris socij, quoniam Deus ita vult, & ætas CXX. annorum exacta postulat, vt ex hac vita discedã, & rebus vltra Iordanem gerendis interesse me Deo non est visum; æquum duxi, vt quantum ad vestram felicitatem attinet, ne nunc quidem officio desim: sed pro gratia mihi data prouideam, vt pro commonstrata ad eam via, sempiterna apud vos memoria dignus habear. Age igitur, vbi prius in quo tam vestra quàm posterorum beatitudo consistat indicauerimus, & hoc pietatis erga vos nostræ perpetuum monumentum reliquerimus, libentes ex hac vita decedamus. Fidem enim, sat scio, mereor, vel quòd antehac vestris commodis indesinenter seruiens nunquam vos fefelli, vel quòd anima prope exitum constituta in omni virtute ac veritate seipsa melior redditur. Filij Israelis, vna omnibus hominibus felicitatis est causa Deus propitius: quam solus dignis dare, & peccantibus in se auferre potis est. cui si vos tales præstiteritis, quales ipse postulat, qualesve ego ex ipsius sententia instituo, nunquã non macti virtute, æmulandíque omnibus eritis: sed & quæ iam contigerunt bona erunt perpetua, & quod decst breui consequemini. Tantùm voluntati diuinæ obsequimini, & mandatis eius parete: & neque legibus per me latis alias præponite, neque in religione per contemptum quicquam nouate. Quod si feceritis, bello præstantissimi inter omnes gentes, & omnibus hostibus insuperabiles eritis; nam auxiliante Deo minæ omnes facilè contemnuntur. Cæterum virtutis præmia magna per omnem vitam sunt proposita, & ipsa sibi primum est ac potissimũ præmium: deinde per hanc cætera bona facilè parantur: qua inter vos inuicem vtentes & vitam beatam ducetis, & gloriam tum apud exteros tum apud posteros immortalem consequemini. Hæc vobis sunt speranda, si leges monitu Dei me perferente scriptas nec ipsi violetis, nec alios violare patiamini, & harum intellectum ac vsum nunquam non meditemini. Ego verò commodis vestris lætus discedo, vósq; pietatis ac prudentiæ legibus, & virtuti ducum ac magistratuum commendo, qui incolumitatis ac felicitatis vestræ posthac curam sunt habituri. Deus autẽ sub cuius ductu hactenus egistis, & cuius fauori debetis quicquid vtilitatis ex me percepistis, non desinet vobis prospicere, sed quàm diu ipsum & pietatem colueritis, tã diu sub eius præsidio tuti permanebitis. Nec deerunt qui vobis optima monita suggerant, quibus parẽtes beati eritis, nimirũ pontifex Eleazarus & Iesus, & senatus ac primates tribuũ, quibus cauete vos difficiles præbeatis, scientes quòd qui bene parere nouit, etiam bene imperatus est vbi ad potestatem peruenerit:

néve in hoc libertatem sitam existimetis, si mãdatis principum ob murmuraueritis. nam hactenus in contumacia contra benefactores libertatem reponebatis: à quo vitio si vos in posterum seruaueritis, res vestras in meliore statu videbitis. Absit autem vt ita in hos exasperemini, quemadmodum aliquoties in me incanduistis. meministis enim quòd sæpius à vobis de salute periclitatus sum quàm ob hostistibus. quod non exprobrãdi causa dico: nolim enim vos hac commemoratione in exitu vitæ contristatos relinquere, qui etiam tunc æquo animo vos tuli: sed vt admoniti in posterum sapiatis, id quod in vestram etiam rem futurum est. & ne in præpositos contumelioſi sitis elati
Deut. 7. 11. opum affluentia, quibus traiecto Iordane & occupata Chananæa potiemini. alioqui si per has insolentiores facti in contumaciam & virtutis contemptum prolabamini, Deum fautorem nequaquam estis habituri, quem si vestro merito inimicum vobis reddideritis, & terram virtute partam oppressi ab hostibus per summam ignominiam amittetis, & per totum quàm latè patet orbem dispersi seruitute vestra terras ac maria replebitis. quò si ventum fuerit, iam frustra pœnitebit patrias leges non seruasse. quare quo minus periculi sit, ne illas violetis, post victoriam neminem hostium superesse patimini: idque rebus vestris conducibilius existimate, ne cum illis viuentes ad similia studia prolapsi patriam institutionem corrumpatis. Præterea lucos & aras & templa quotquot habent ad vnum tolli iubeo, ferróque & flammis ita deleri, vt etiam memoria eorum omnis aboleatur. Sic enim bona vestra tutiùs conseruabitis. Verùm ne per ignorantiam meliorum natura vestra in deterius deprauetur, Deo iubente & leges conscripsi, & formam admistrationis rerum tam publicarum quàm priuatarum, à quibus si nusquam discedatis, mortalium omnium felicissimi eritis. Hæc loquutus tradit eis codicem, leges scriptas & institura bene viuendi continentem. Illi verò soluebantur in lacrymas, & iam tum desiderio ducis mœrebant: memorésque quanta pericula pertulisset, quámque alacriter salutem ipsorum procurauisset: & de futuro soliciti, quòd non essent talem principem habituri, ac ne Deum quidem æquè propitium Moyse non amplius deprecatore: tum pœnitentes eorum quæ in deserto per furorem contra illum commiserant, grauissimè dolebant: ita vt totus populus lacrymans nullam consolationem admitteret. Moyses verò solabatur eos, & iubens à lacrymis desistere, ad leges accipiendas hortabatur, atque ita tum concio est dissoluta. Nunc priusquam ad reliqua transitum faciam, operæprecium duxi, leges talis latoris maiestate ac virtute dignas hîc inserere, quo lector cognoscat, qualia sint nostra iam inde à priscis seculis instituta. Extant autem omnia quæ ille vir scripsit, vt nihil ornatus causa liceat affingere: seriem tantum nouauimus, & leges quas ille sparsim vt quamque à Deo retulerat,

τὴν τε ἐλευθερίαν ἡγεῖσθε μὴ τὸ θεσπεσιανακτεῖν οἷς αὖ ὑμᾶς οἱ ἡγεμόνες θεάτρεν ἀξιώσουσιν. νεῦ μὴν γὲ ἐν τῷ δυσπειτας ὑβρίζειν ἐν τούτῳ τὴν παῤῥησίαν πίθεσθε. ὁ δὴ τῦ λοιπῦ φυλαττομένοις ὑμῖν ἄμεινον ἕξει τὰ θεάγματα. μηδὲ τὴν ἴσην ὅτι τούτοις ὀργὴν ποτὲ λαμβάνετε, ἣ κατ' ἐμοῦ πολλάκις ἐτολμήσατε χρῆσθαι. γινώσκετε γὲ ὡς πλεονάκις σὺν δικαίᾳ ἐφ' ὑμῖν ἀποθανεῖν ὑπὸ τῆς πολεμίων. ταῦτα δ' ἐκ ὀνειδίζειν ὑμᾶς θεσπεμπω. ἐγὲ ἐπ' ἐξόδου τῦ ζῆν δυσχεραίνοντας καταλιπεῖν ἠξίουν εἰς ἀνάμνησιν φέρων, μηδὲ παρ' ὃν ἔπαθον αὐτὰ κακῶς ἐν ὀργῇ γενόμενος. ἀλλ' ὡς τε τῦ σωφρονήσειν ὑμᾶς εἰς τὸ μέλλον κατ' αὐτό γε τῦτ' ἀσφαλὲς εἶ) κ' πόλιν εἰς τοὺς θεσεσκότας ἐξυβρίσαι δι' πλῆτον, ὃς ὑμῖν πολὺς διαβάσι τ' ἰορδάνην, καὶ τὴν χαναναίαν κτησαμένοις θεσεσήσεται. ἐπεὶ θεαχθέντες εἰς καταφρόνησιν ὑπ' αὐτε κ' τῆς ἀρετῆς ὀλιγωρίαν, ἀπολεῖτε κ' τὴν δύναιαν τὴν ἀπὸ τῦ θεῦ. ποιήσαντες γὰρ τῦτον ἐχθρὸν τῷ τε γένει ἴδιον κτᾶσθε κρατηθέντες ὅπλοις ὑπὸ τῶν πολεμίων αὖθις ἀφαιρεθήσεσθε μὴ μείζονι ὀνείδει. κ' σπεδασθέντες, διὰ τῆς οἰκυμένης πᾶσαν ἐμπλήσετε τ' γῆν κ' θάλασσαν τ' αὐτῶν δουλείας. ἔσαι γὰρ ὑμῖν τῦτον πείραν λαμβάνουσιν ἀνωφελὴς ἡ μετάνοια, κ' ἡ τῶν ὑ φυλαχθέντων νόμων ἀνάμνησις. ὅθεν εἰ βέλοισθε. τῦτος ὑμῖν μένειν, τῶν πολεμίων μηδένας ὑπολείπεσθε κρατήσαντες αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπολλυμένας κείνατε συμφέρειν, ἵνα μὴ ζώντων διαφθείρηται τ' παρὰ ἐκείνων ὀπτηδεύσεως, διαφθειρῆτε τ' παρ' ἑαυτὰν πολιτείαν. ἔτι γὰρ καὶ βωμοὺς κ' ἄλση καὶ νεὼς ὁπόσους αὖ ἔχοιεν, καταῤῥίπτειν παραινῶ κ' διαπανᾶν πυρὶ τὸ θνῆμα αὐτῶν τ' τὴν μνήμην. βεβαίᾳ γὲ αὖ οὕτως ὑμῖν μόνον ὑπάρξειεν ἡ τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἀσφάλεια. ἵνα γὰρ μὴ δι' ἀμαθίαν τῦ κρείττονος ἡ φύσις ὑμῶν πρὸς τὸ χεῖρον ἀποδύσῃ, συνέθηκα ὑμῖν καὶ νόμους, ὑπαγορεύσαντός μοι τῦ θεῦ, καὶ πολιτείαν, ἧς τὸν κόσμον φυλάξαντες, πάντων δὲ ἀμονήτως αἴσι κειμένων. ταῦτα εἰπὼν, δίδωσιν αὐτοῖς ἐν βιβλίῳ τοὺς νόμους, κ' τὴν διάταξιν τ' πολιτείας ἀναγεγραμμένην. οἱ γὰρ ἐδάκρυόν τε καὶ πολλὴν ὀδυνῶντο ἐποιοῦντο τῦ στρατηγοῦ. μεμνημένοι τε ὧν κινδύνων κ' προθυμηθείη τ' περὶ αὐτῶν σωτηρίας, κ' δυσελπιστοῦντες περὶ τ' μελλόντων ὡς ἐκ ἐσομένης ἄλλης ἀρχῆς τοιαύτης, ἥκιστον τε τῦ θεῦ προνοησαμένοι, διὰ τὸ μωυσῆν εἶ) τὸν θεὸν καλοῦντα, ὧν τε ὀλίγ τ' ἐρήμου μετ' ὀργῆς ὁμιλήσειαν αὐτῷ μεταποῦντες, ἤλγουν. ὡς ἅπαντα τὸν λαὸν εἰς δάκρυα θεσπεσόντα κρεῖττον καὶ τῆς ἐκ λόγου παρηγορίας τὸ ὑπ' αὐτῶν ποιῆσαι πάθος. μωυσῆς δ' αὐτοῖς παρηγόρει, καὶ τῦ δακρύων αὐτὸν ἄξιον ὑπολαμβάνων ἀπάγων αὐτοὺς χρῆσθαι τῇ πολιτείᾳ παρεκάλει. καὶ τότε μὲν ἔτι διελύθησαν. βέλομαι γὰρ τὴν πολιτείαν θεότερον εἰπὼν, τῶν τε μωυσέως ἀξιώματι καὶ τῇ ἀρετῇ ἀναλογῦσαν, κ' μαθεῖν παρέχων δ' αὐτῆς τοῖς ἐντυξομένοις, οἷα τὰ καθ' ἡμᾶς ἀρχῆθεν ἐν, ἔτως ὅτι τὴν ἄλλων ξέπεσθαι διήγησιν. γέγραπται γὰρ αὐτὸν ὡς ἐκεῖνος κατέλιπεν, ὐδὲν ἡμῶν ὅτι καλλωπισμῶ θεσθέντων, ὐδ' ὅτι μὴ καταλέλοιπε μωυσῆς. νενεωτέρισαι δ' ἡμῖν τὸ κ' χρόνος ἔνια τάξας. αποφάσεων γὰρ ὑπ' ἐκείνου καταλιφθεισῶν γεγραφότα, καὶ ὡς ἕκαστόν τι θεῷ τῦ θεῦ πύθοιτο.

τού-

τοῦτο χάριν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην προδιαγράψαι, μὴ καί τις ἡμῖν ὧν δι' ὁμοφύλων ἐντυγχανόντων τῇ γραφῇ μέμψις ὡς διημαρτηκόσι γένηται. ἔχει δ' ἕτως ἡ διάταξις ἡμῶν τῶν νόμων τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν πολιτείαν. οὓς δ' κοινοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν καταλιπὼν, τούτους ἐκφέρομαι εἰς τὴν προσήκουσαν ἑκάστοις ἀπόδοσιν, ὧν συλλαμβανομένου τοῦ θεοῦ μοι τὴν προαγωγείαν συντάξασθαι πρόκειται. ἐπεὶ δ' εἰς τὴν χαναναίων γῆν κατασάμενοι, καὶ σχολὴν ὀπὴ χρήσει τῶν ἀγαθῶν ἔχοντες, πόλεις τε τὸ λοιπὸν ἤδη κτίζειν προαιρεῖσθε, ταῦτα ποιοῦντες τῷ θεῷ φίλα πράττετε, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν βεβαίαν ἕξετε. Ἱερὰ πόλις ἔστω μία τῆς χαναναίων γῆς ἐν τῷ καλλίστῳ, καὶ δι' ἀρετὴν ὀπφανεῖ, ὧν αὐτὸν ὁ θεὸς αὑτῷ δι' εὐσεβείας ἐξέλητα. καὶ νεὼς εἷς ἐν ταύτῃ ἔστω, κὴ βωμὸς εἷς ἐκ λίθων μὴ κατεργασμένων, ἀλλὰ λογάδην συγκειμένων. οἱ κονιάματι χριόντες ὑφαιρεῖσθε τε εἶναι κὴ καθάρειοι πρὸς τὴν θεὸν μὴ δι' ὀπὴ τούτων πρόσβασις ἔστω μὴ διὰ βαθμίδων, ἀλλὰ προχώσεως αὐτῷ κατὰ φανοὺς γέφυρώσης. ἐν ἑτέρᾳ δ' πόλει, μήτε βωμὸς, μήτε νεὼς ἔστω. θεὸς γὰρ εἷς, καὶ τὸ εὐσεβοῦν γένος ἕν. Ὁ δ' βλασφημήσας θεὸν, καταλυθεὶς κρεμάσθω δι' ἡμέρας, καὶ ἄτιμως ἐκφανῶς θαπτέσθω. Σωφρονεῖσθωσαν δ' εἰς ἓν ἀποφαίνωσι πόλιν τὸν νεὼν τελοῦσι τῷ ἔτει οἱ ἐκ τῶν πρώτων τῆς γῆς ἧς αὐ ἑβραῖοι κρατῶσιν, ὅπως τῷ θεῷ μὲν ὑπὲρ γμένων εὐχαριστῶσι, καὶ πρὸς εἰς τὸ μέλλον εὐδαιμονῶσι, καὶ συνιέντες ἀλλήλοις κὴ συνευνοούμενοι φιλοῦσι. καλὸν γὰρ ἐστὶ μὴ ἀγνοεῖν ἀλλήλους, ὁμοφύλους τε ὄντας ἐκ τῶν αὐτῶν κοινωνοῦντας ὀπτανδυμάτων. τοῦτο δ' ἐκ μὲν αὐτῆς ὑπαρξίας αὐτοῖς ὑπάρξειν, τῇ τε ὄψει κὴ τῇ ὁμιλίᾳ μηνύειν αὐτῶν ἐπιθέντας. ἀνεπιμίκτους γὰρ ἀλλήλοις μένοντας, ἀλλοτριωτάτοις αὐτοὺς νομισθήσεσθαι. Ἐσω δὲ καὶ δεκάτη τῶν καρπῶν ἐξαίρεσις ἡμῖν, χωρὶς ἧς διετάξατε τοῖς ἱερεῦσι καὶ λευίταις δίδοσθαι. ἣ πρεσπείσθω μὲν ὀπὶ τῶν πατρίδων, εἰς δὲ τὰς θυσίας ὑπηρετείσθω καὶ τὰς θυσίας αὐτῶν τὰς ἐν τῇ ἱερᾷ πόλει. δίκαιον γὰρ εἶναι, τῷ ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδομένων, ὧν ὁ θεὸς αὐτοῖς κτήσασθαι παρέχειν, ὀπὴ τιμὴ τὸ δεδωκότος ἀπολαύειν. Ἐκ μισθῶν γυναικὸς ἡταιρημένης θυσίας μὴ τελεῖν. ἴσθι γὰρ μισθενὶ τῷ ἀφ' ὑβρεως τὸ θεῖον. χείρω δ' ἐκ ἂν εἴη τῆς ὀπὶ τοῖς σώμασιν ἀρχούσης. Ὁμοίως μισθὸν ἂν ἐσθ' ὑβρίσει κυνὸς ἤτοι θηρευτικοῦ, ἢ ποιμνίων φύλακος, λάβοι τις μισθόν, ἐκ τούτου θύειν τῷ θεῷ. Βλασφημείτω δ' μηδεὶς θεὸς, ἧς πόλεις ἄλλας νομίζουσι. Μὴ συλᾶν ἱερὰ ξενικὰ, μηδ' ἃ ἐπωνομασμένον ἢ τινι τῷ θεῷ, κειμήλιον λαμβάνειν. μηδεὶς ἐξυμμὶξ καλῶς τὰ ἐξ ἑκάτερα κὴ λινᾶ στολὴ φορείτω. Τοῖς γὰρ ἱερεῦσι μόνοις ταύτην ἀποδέδεικται. Σωσελθόντος δ' τὸ πλήθους εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν ὀπὴ τὰς θυσίας δι' ἑπτὰ ἑτῶν, τῆς σκηνοπηγίας ἑορτῆς ἐνεστώσης ὁ ἀρχιερεὺς ὀπὴ βήματος ὑψηλοῦ σανθείς, ἐφ' οὗ γένοιτο ἐξάκουστος, ἀναγινωσκέτω τοὺς νόμους πᾶσι. καὶ μήτε γυνὴ, μήτε παῖδες εἰργέσθωσαν τοῦ ἀκούειν. ἀλλὰ μήτε οἱ δοῦλοι. καλὸν γὰρ τοῖς ψυχαῖς ἐγγραφέντας αὐτοὺς καὶ τῇ μνήμῃ φυλαχθῆναι, μηδέ ποτε ἐξαλειφθῆναι δυσαμένους.

A scripsit, nos generatim in suos ordines digessimus, qua de re lector admonendus erat, ne si quis fortè ex contribulibus in hæc nostra inciderit, calumniam temere struat, quasi parum sincere scripta Mosaica tractantibus. Enumerabo autem eas potissimum leges quæ ad publicam institutionem, ritúsque gentiles pertinent: quæ verò ad priuatam consuetudinem aut contractus, vel cum exteris vel cum nostratibus spectant, in eum commentarium distulimus, quem de moribus & sacrorum causis Deo fauente scribere est animus. Postquam acquisita Chananæa terra, vrbibúsque conditis, victoriæ fructus securi carpere cœperitis, hæc mandata obseruando rem Deo gratam facietis, & partam felicitatem cóstabilietis. Vrbs sacra sit vna in regione Chananæa, in loco illustri & fertili, quam Deus per oraculum elegerit: & templum in ea sit vnum, & altare vnum ex lapidibus non politis, sed collectitiis constructum, qui inducti rectorio, decoram & mundam speciem præ se ferant: ascensúsque sit ad illud non per gradus, sed terra leniter per accliue aggesta: in alia verò vrbe nec altare sit vllum, neque templum. Deus enim vnus est, *Leuit. 4.* & Hebræorum genus vnum. Qui conuitium *Deut. 16.* Deo fecerit, lapidatus per diem pendeat: deinde ignominiosè & obscurè sepeliatur. In sacram vrbem & templum ter in anno conuentus fiat Hebræorum ex vniuersa eorum ditione, vt Deo pro acceptis beneficiis gratias agant, & in futurum precibus eum demereantur, & per conuersationes ac conuiuia mutuam beneuolentiam alant. Expedit enim vt inter se noscantur, quibus idem est genus, quíque eisdem studiis delectantur. Id verò ex huiusmodi congressibus facilè contingit, dum aspectus & colloquia pertinaciter in animis hærent: sicut contrà qui nunquam conueniunt, eos alienissimos à se inuicé esse oportet. Sint præterea decimæ fructuum seorsum ab illis quæ sacerdotibus ac Leuitis debentur, quibus in patria venditis, pecunia inde redacta in sacra vrbe insumatur in sacrificia & conuiuia. Æquum enim est ex prouentu terræ à Deo datæ in ipsius honorem hilariter agere. Ex mercede meretricis non est sacrificandum. neque enim quicquam Deum delectat cum iniuria coniunctum: neque maior est turpitudo, quàm quæ corporibus infertur. Similiter si quis mercedem pro admissura canis venatici aut pastoralis acceperit, nec inde quidem Deo sacrificare est licitum. Diis alienis nemo malè loquatur. Fana externa non sunt spolianda, neque sacra donaria tollenda. Nemo veste è lino & lana contexta vtatur. est enim solorum sacerdotum. Septimo quoque anno, quando per Scenopegiæ festa apud Sanctam vrbem sacrorum causa conuenitur, pontifex è sublimi suggesto, vnde à tota multitudine exaudiri possit, legem pro concione legat: & neque mulieres neque pueri ab auscultando arceantur, imò ne mancipium quidem. Nam bonum est vt inscriptam in animis nunquam delendam memoria retineant.

Deut. 18.

Exod. 22.

Deut. 5.

sic enim minus peccabunt, non ignari quid sit in lege decretum. Leges etiam vim maiorem obtinebunt in deliquentium conscientiis, dum sua placita miris interpositis in auditorum animas infigunt, ita vt nunquam non legis voluntas intus obseruetur, & quantas
Deut.6. pœnas contemptus eius incurrat. Pueri etiam ante omnia leges ediscant, qua disciplina nec honestior est alia, nec ad felicitatem conducibilior. Bis quotidie, ineunte die, & cùm itur cubitum, commemoranda summi Dei beneficia, quæ liberatis ex Ægypto præstitit. æquum enim est gratias agere quæ pro acceptis rependuntur, & in futurum tempus fauorem conciliant. Inscribenda sunt etiam foribus præcipua, & in brachiis ostentanda, & quæ potentiam eius ac beneficentiam indicant, circumferenda sunt inscripta in capite & brachio, vt vndiquaque conspicua sit Dei erga populum suum benignitas. Oppidatim præsint septem viri probatæ virtutis, & iustitiæ cultores. Singulis magistratibus attribuantur duo ministri de tribu Leuitica. Quibus iudicandi sors obtigit in suis ciuitatibus summo in honore habeantur, vt præsentibus illis nec conuiciari liceat, nec asperius agere. Sic enim futurum est, vt assueti homines reuereri, ad pietatem quoque assuefiant, & tanto longius à contemptu numinis absint. Iudicibus quicquid vitium fuerit, illorum sententia valere debet, nisi constet pecuniis esse corruptos, aut manifestè coargui possint non rectè decreuisse. Oportet enim sine lucri & dignitatis respectu iudicare, & iustitiam omnibus aliis rebus anteponere. Hæc enim iniuria in Dei contumeliam recidit, quasi verò is infirmior sit habendus, quàm illi quorum potentiæ metu præter ius fertur calculus. nam Dei potentia est iustitia. Ergo qui in magnatum gratiam præuaricatur, potentiores illos quàm Deum facit. Quòd si iudices nesciant de negotio ad se delato pronunciare, sicut interdum accidit, in sanctam vrbem integram causam relegent: tum verò pontifex & propheta vnà cum senatu quod visum fuerit decernant. Vni testi fides
Deut.19. non habeatur, sed tribus, aut vt minimum duobus, quorum testimonium vita antè acta faciat verisimile. Mulieribus autem testimonium deponere non liceat, propter leuitatem ac temeritatem eius generis. Neque seruum hominem testem esse liceat, propter animos degeneres: probabile enim est aut lucri causa aut præmetu non verum testimonium deposituros. Quòd si cui falso testi creditum fuerit, isque postea falsi coarguatur, ei pœnæ sit obnoxius, quam reus daturus erat, si grauante hoc testimonio condemnatus fuisset. Homicidio
Deut.21. in aliquo agro commisso, si autor nusquam compareat, neque suspicio sit à quopiam per odium occisum hominem, inquisitio fiat summa cura propositis iudici præmiis.

ὕτως γὰρ καὶ ἀδὲ ἁμαρτήσονται μὴ δυνάμενοι λέγειν ἄγνοιαν τῷ ἐν τοῖς νόμοις διωρισμένων. οἵ τε νόμοι πολλὴν ποιοῦς ἁμαρτάνοντας ἀξουσι παῤῥησίαν, ὡς προλεγόντων αὐτοῖς ἃ πείσονται, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐγγραφόντων ἀλλὰ τῆς ἀκοῆς, ἃ κελεύουσιν. ὥς τε εἴ τι ἀλλὰ πάντος ἔνδον παρ' αὐτοῖς τὴν προαίρεσιν αὐτῷ, ἧς ὀλιγωρήσαντες ἠδίκησαν, καὶ τῆς ζημίας αὐτοῖς ἄιτιοι γεγόνασι. Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ παῖδες πρώτους τοῖς νόμοις μάθημα κάλλιστον καὶ τῆς εὐδαιμονίας ἄιτιον. Διὸ δ' ἑκάστης ἡμέρας ἀρχομένης τε τῆς αὐτῆς, καὶ ὁπότε πρὸς ὕπνον ὥρα ἔρπειν, μάρτυρεῖν τῷ θεῷ τὰς δωρεὰς αἷς ἀπαλλαγῆσιν αὐτοῖς ἐκ τῆς αἰγυπτίων γῆς παρέχε, δικαίας ὕσης φύσει τῆς εὐχαριστίας, καὶ γνωμένης ἐπ' ἀμοιβῇ μὴν τῷ ἤδη γεγονότων, ὅτι ἢ πρεπτέρπῃ τῷ ἐσομένων. ὑπογράφειν ἢ καὶ τοῖς θυρώμασιν αὐτῶν τὰ μέγιστα ὧν ἐνεργέτησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς, ἔν τε βραχίοσιν ἕκαστον ἀγράφειν. ὅσα τε τὴν ἰσχὺν ὑποσημαίνειν δυνάται τὸ θεῖον καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς εὔνοιαν φέρειν ἐγγεγραμμένα ὅτι τῆς κεφαλῆς καὶ τὸ βραχίονος, ὡς περίβλεπτον πανταχόθεν τὸ πρὸς αὐτοὺς πρόθυμον τὸ θεῖον. Ἀρχέτωσαν ἢ καθ' ἑκάστην πόλιν ἀνδρες ἑπτά. οἱ καὶ τὴν ἀρίστην καὶ τὴν πρὸ τὸ δίκαιον ἀσυδὴν προσκεκτήσθαι. Ἐκάστη ἢ ἀρχῇ δύο ἄνδρες ὑπηρέται διδόσθωσαν ἐκ τῆς φυλῆς λευιτῶν. Ἐστωσαν ἢ καὶ οἱ δικάζειν λαχόντες ταῖς πόλεσιν ἐν ἁπάσῃ τιμῇ, ὡς μήτε βλασφημεῖν ἐκείνων παρόντων, μήτε θρασύνεσθαί τισιν ἐξεῖναι τῆς πρὸς τοὺς ἐν ἀξιώματι τῶν ἀνθρώπων αἰδοῦς αὐτῶν ὑλαβεστέρους, ὡς τε τὸ θεῖον μὴ καταφρονεῖν ἀπεργαζομένης. Οἱ ἢ δικασταὶ ἀποφαίνεσθαι κύριοι πρὸς τὸ δόξαντος αὐτοῖς ἔστωσαν, πλὴν εἰ μήτε χρήματα λαβόντας τὰς αὐτοὺς ὅτι δικαίου ἐπιδείξηται, ἢ ἄλλην τινὰ αἰτίαν πρόφασι καθ' ἣν ἂ καλῶς ἐλέγχοι αὐτοὺς ἀποφαινομένους. ὅτε γὰρ κέρδει χαριζομένους ὅτ' ἀξιώματι πρόσωπα φανερὰς ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις, ἀλλὰ τὸ δίκαιον ἐπάνω πάντων τιθεμένους. ὁ γὰρ θεὸς ἂν ὕτως δόξειε καταφρονεῖσθαι, καὶ ἀσθενέστερος ἐκείνων οἷς ἄν τις κατὰ φόβον ἰσχύος προσενείκῃ τὴν ψῆφον κεκρίσθαι. τὸ γὰρ θεῖον ἰσχύς ὅστι τὸ δίκαιον. Τοῖς οὖν ἐν ἀξιώμασι τυγχάνουσι καταχαριζόμενός τις, ἐκείνοις τὸ θεῖον δυνατωτέρους ποιεῖ. Ἀνὰ δ' οἱ δικασταὶ μὴ νοῶσι πρὸς τὴν ἐπ' αὐτοῖς ὡρατεταγμένων ἀποφαίνεσθαι, συμβαίνει δὲ πολλὰ διαῦτα τοῖς ἀνθρώποις, ἀκέραιον ἀναπεμπέτωσαν τὴν δίκην εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν. καὶ συνελθόντες ὅ, τε ἀρχιερεὺς καὶ ὁ προφήτης, καὶ ἡ γερουσία, ⁊ τὸ δοκοῦν ἀποφαινέσθωσαν. Εἷς ἢ μὴ πρὸς ἑνὸς μάρτυς, ἀλλὰ δύεις, ἢ τὸ τελευταῖον, δύο. ὧν τὴν μαρτυρίαν ἀληθῆ ποιήσει τὰ προβεβουλευμένα. γυναικῶν ἢ μὴ ἑνὸς μαρτυρία δικὴ κουφότητα καὶ θράσος τῶν ἤθους αὐτῶν. Μαρτυρείτωσαν ἢ μήτε δοῦλοι δικὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀνδρείαν. οὐ γὰρ ἢ δικὰ κέρδος εἰκὸς, ἢ δικὰ φόβον μὴ τἀληθῆ μαρτυρῆσαι. Αν δέ τις ψευδῆ μαρτυρήσας πρὸς ἄλλου, παθέτω ταῦτα ἐλεγχθεὶς, ὅσα ὁ καταμαρτυρηθεὶς πάσχειν ἔμελλεν. Αν δὲ προσθέντος φόνου ἔν τινι χώρᾳ μὴ φανείσηται ὁ δράσας, μήθ' ὑπονοείται τις ὡς δικὰ μῖσος ἀπροσδοκήτως, ζητείτωσαν μὴν αὐτὸν μετὰ πολλῆς ἀσυδοῦς μιᾶς πρόθυμοι.

μηδενὸς

μηδενὸς ὄντος τῶν τοιούτων μειζόντος, αἱ ἀρχαὶ τῶν πόλεων τῶν πλησίον τῇ χώρᾳ ἐν ᾗ ὁ φόνος ἐπράχθη, καὶ ἡ γερουσία συνελθόντες, μετρείτωσαν ἀπὸ τοῦ τόπου ὅπου κεῖται ὁ νεκρὸς τὴν χώραν. ἥτις δ' ἂν ἡ πλησιέστερος πόλις, οἱ ἐν αὐτῇ δημόσιοι, ταυριάμβοι δάμαλιν, καὶ κομίσαντες εἰς φάραγγα καὶ ἀνεπίτριπτον ἀρότρῳ καὶ φυτοῖς χωρίον, τοὺς τένοντας κοψάτωσαν τῶν βοῶν, καὶ χέρνιβας ἐλόμβοι ἐπὶ κεφαλῆς τῶν βοῶν οἱ ἱερεῖς ἢ οἱ λευῖται καὶ ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης, καθαρὰς ἀναβοησάτωσαν τὰς χεῖρας ἔχειν ἀπὸ τοῦ φόνου. καὶ μήτε δρᾶσαι, μήτε δρωμένων παρατυχεῖν. ὀφείλεται δὲ ἵλεω τὸν θεὸν, καὶ μηκέτι τοιοῦτον δεινὸν συμβῆναι τῇ γῇ πάθος. Ἀεισοκαπία μὲν οὖν κέρδιστον καὶ ὁ κατ' αὐτὸν βίος, καὶ μὴ λάβοι πάθος ὑμᾶς ἄλλης πολιτείας, ἀλλὰ ταύτην φέρητε, τοῖς νόμοις ἔχοντες δεσπότας, κατ' αὐτοὺς ἕκαστα θεάτοντες. ἀρκεῖ γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν εἶναι. Βασιλέως δ' εἰ γένοιτο ἔρως ὑμῖν, ἕσται μὲν ὅστις ὁμόφυλος, φρόνησις δ' αὐτῷ δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, διάπαντος ἴσα. ὥστε χωρεῖτε ὅστις τοῖς μὲν νόμοις καὶ τῷ θεῷ τὰ πλείονα τοῦ φρονεῖν, θεραστέτω ᾖ, μηδὲν δίχα τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τῆς τῶν γερουσιαστῶν γνώμης· γάμοις τε μὴ πολλοῖς χρώμενος, μηδὲ πλήθος διώκων χρημάτων, μηδ' ἵππων. ὧν αὐτῷ ὠφελουμένων, ὑπάρξαιμεν ἂν τῷ νόμων ἔσοιτο. κωλυέσθω δ' εἰ τούτων τι διὰ ἀνεδῆς ἔχοι γίνεσθαι τοῦ συμφέροντος ὑμῖν διυπωτέρως. Ὁρίσεως γῆς μὴ ἐξέστω κινεῖν, μήτε οἰκείας, μὴ τἀλλοτρίας πρὸς οἷς ὅρια ἡμῖν εἰρηνῇ. φυλαττέσθω δ' ὥσπερ θεοῦ ψῆφον βέβαιον εἰς αἰῶνα κειμένην αἱρεῖν, ὡς πολέμων ἐντεῦθεν ἐσομένων ἐν τοῖς πλεονεκτοῦσιν πρεσβύτερα χωρεῖν βάλεσθαι τῶν ὅρων. μὴ γὰρ μακρὰν ᾖ τοῦ καὶ τοὺς νόμους ὑπερβαίνειν τοὺς τὸ ὅσιον μεθαρμοττομένους. Γῆν ὁ φυτεύσας πρὸ ἐτῶν τεσσάρων αὐ καρπὸν βάλῃ τὰ φυτὰ, μή τε τῷ θεῷ ἀπαρχὰς ἐντεῦθεν ἀποφερέτω, μή τ' αὐτὸς χρήσθω, ἐπὶ γὰρ κακῷ τοῦτον ὑπ' αὐτῶν ἐπεχθῆναι. διασαμένης δ' τὸ φύσεως ἀώρως μήτε τῷ θεῷ ἁρμόζειν, μητ' αὐτῷ τῷ δεσπότῃ χρῆσθαι. τῷ δ' τετάρτῳ ἔτει πᾶν τὸ γιγνόμενον, τότε γὰρ ὅσιον ἐστὶν, καὶ σωτὴρ ἀγωγὴν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν κομίζεσθω, καὶ σὺν τῇ δεκάτῃ τὰ ἄλλα καρποῦ μετὰ τῶν φίλων δωχέμενος ἀναλισκέσθω, καὶ μετ' ὀρφανῶν καὶ χηρευσῶν γυναικῶν. πέμπτῳ δ' ἔτει, κύριος ἔστω τὰ φυτὰ καρποῦσθαι. Τὴν ἀμπέλους καταφυτεύοντα μὴ ἀπείρειν. ἀρκεῖ γὰρ αὐτῇ ἕνεκα τοῦτο τὸ φυτόν. καὶ τῷ ἐξ ἀρότρου πόνων ἀπαλλάχθαι. Βυσὶν ἀρόσιμον τὴν γῆν, καὶ μηδὲν τῷ ἑτέρων ζώων σὺν αὐτοῖς ὑπὸ ζυγὸν ἄγοντας, ἀλλὰ κατ' οἰκεῖα ἦθη, καὶ ἐκείνοις ποιεῖσθαι τὰ ἀστεργῆ. ἔστω δὲ καθαρώτατα σπέρματα καὶ ἀνεπίμικτα, καὶ μὴ συνδυάζειν καὶ θήλεια σπείρειν. ἀγὼ γὰρ τῆς ἀνομοίων κοινωνίας χαίρειν τὸν φύσιν. Μὴ δὲ κτείνειν ἐπάγων ὅσα μὴ συγγενῆ. δίκης γὰρ ἐν τούτῳ, μὴ ἀφαιρῇ καὶ μέχρι τῷ ἀνθρώπων ἡ πρὸς τὸ ὁμόφυλον ἀτιμία, τὸν ἀρχὸν ἀπὸ τῶν πρὸς τὰ μικρὰ καὶ τὰ φαῦλα πρόσκειν λαβόσα. Δεῖ δὲ μηδὲν εἶναι τοιοῦτον συγκεχωρημένον, ἐξ ὃ κατὰ μίμησιν ὠφελοποιὸς τῆς κατὰ τὴν πολιτείαν ἔσοιτο. ἀλλ' ὡς ἂ πρὸς τῶν τυχόντων μέλει τοῖς νόμοις εἰδέναι πρεπόειδαι τὰ κατ' αὐτοὺς ἀμείμαστον

quòd si nullus existat index, magistratus oppidorum vicinorum agro in quo cædes est facta, & senatus conuenientes, metiantur à loco in quo iacet cadauer: & quod fuerit proximum oppidum, eius oppidani emptam iuuencam & abductam in tesqua nec sementi nec plantationi idonea neruis ceruicis abscissis cædant, & ablutis manibus supra caput iuuencæ sacerdotes & Leuitæ ac senatus illius oppidi, puras se manus ab ea cæde habere proclament, eámque nec fecisse se, nec, dum fieret interfuisse. inúocéntque Deum vt propitius factus nunquam posthac in ea regione tale malum accidere permittat. Optimum quidem est optimatum regimen, & in sic administrata republica viuere, nec est cur aliam eius speciem concupiscatis: sed præstat vt hac contenti in legum & vestra ipsorum potestate sitis. Satis enim est, Deum habere præsidem. Attamen si regis vos cupido cœperit, nemo sit nisi vestri generis & sanguinis, & cui iustitia sit cordi cum cæteris virtutibus. Is quisquis fuerit, plus legibus & Deo quàm suæ sapientiæ tribuat, nihilque præter pontificis ac senatus sententiam faciat: nec multas alat vxores, aut pecuniis equisve plurimis gaudeat: quarum rerum copia facilè contemptor legum posset euadere. & si talibus studiis plus æquo fuerit deditus, obstandum est ne potentior fiat quàm rebus vestris expedit. Terminos terræ mouere non est fas, nec propriæ, nec alienæ, dummodo pacatæ: sed religiosè cauendum, vt tanquam Dei calculus in æternum fixus maneat: quòd hæc præcipua causa sit bellorum & seditionum, si auaritia certis terminis non circumscribatur. Facilè enim legum præscripta transilit, qui terminis cupiditatem suam cohiberi non patitur. Qui terram plantauerit, si plantæ ante quartum annum fructum protulerint, nec Deo primitias inde offerre oportet, nec in proprium vsum conuertere, intempestiuus enim est talis fructus: quicquid autem præmaturè à natura extorquetur, eius vsus nec Deo conuenit, nec domino. quarto verò anno colligat quicquid iam tempestiuum, & in sanctam vrbem deferat, & cum reliqui prouentus decimis in conuiuiis cum amicis consumat, & cum pupillis ac viduis. quinto demum anno arbitratu suo fructus colligat. Agrum vitibus consitum ne semines. sufficit enim quòd hanc plantam nutriat, nec opus est vt & aratro vexetur. Bubus aranda est terra, nec aliud animal cum eis subiugandum, sed eiúsdem semper generis sub idem iugum agenda. Semina quoque debent esse pura & impermixta, nec duûm simul aut trium generum sunt seminanda. abhorret enim natura communionem dissimilium. Neque diuersi generis iumentorum coitus sunt admittendi. verendum enim ne hoc exemplo & ad homines contemptus generis sui perueniat. vt solent à minimis principiis res in pernis proficere. Cauendum est autem magnopere, ne quid eiusmodi permittatur, ex cuius imitatione mores publici depraui possint, quapropter ne leuia quidem leges dissimulant, dum officio suo nusquam deesse cupiunt.

scio vos meminisse quantis à me affecti sitis beneficiis, & agri locupletati, & honoribus ac præfecturis aucti. Rogo igitur num plura & maiora munera à Iessæi filio expectetis. scio enim vos omnes in illum propensiores, initio facto à Ionatha filio, qui & vobis huius sententiæ autor est. non enim me latent clandestina inter illum & Dauidem icta fœdera: neque quòd consilio & opibus aduersariorum partes contra me adiuuat. Vos autem nihil hæc cura tangit, sed quieti quò res euasura sit expectatis. Post hæc regis verba cæteris silentibus, solus Doecus Syrus mularum regiarum curator respondit, vidisse se Dauidem in Noba oppido, quò cùm ad pontificem Achimelechum venisset, ab eo de euentu rerum oraculum accepisse, adiutúmque commeatu & gladio Goliathi armatum, quò volebat deductum esse. Accitus est mox cum tota cognatione pontifex: cui rex, Qua nostra iniuria prouocatus excepisti Iessæi filium, & regis insidiatorem armis atque commeatu instruxisti? aut cur etiam de futuris oracula ei reddidisti? Non enim ignorabas, quòd propter odium quo familiam meam prosequitur, hinc aufugerit. Pontifex autem nihil horum inficiatus, liberè fassus est hæc se non tam Dauidi præstitisse quàm ipsi regi. Excepi, inquit, non vt inimicum tuum, sed vt fidissimum ministrum & tribunum, & quod maius est generum, ac propinqua necessitudine coniunctum. quis enim putaret eum qui hoc honore à te dignatus sit, inimicum esse, ac non potiùs cum primis benevolum? Consultus etiam de diuina voluntate, non nunc primùm ei respondi, sed aliàs quoque sæpenumero. Cúmque se diceret à te missum ad arduum negocium properare, non suppeditare quæ requirebat, ad tuam magis quàm ad illius iniuriam pertinere iudicabam. Quare non est quod de me malè suspiceris, aut si quid noui nunc Dauidem moliri audiuisti, ob exhibitam à me humanitatem, fauere me illi aduersum te cogites. in amicum enim ac generum & tribunum tuum collatum volui, quicquid officij in illum contuli. His verbis Saulus fidem habere noluit, quòd plus apud eum metus periculi valeret quàm excusatio quantumuis iusta. itaque circumdatum armatis cum tota familia iubet contrucidari. cúmque illis religio esset viros Deo sacros ferro violare, Doecum Syrum eam cædem perpetrare mandauit. qui assumptis ad hoc aliquot sui similibus facinorosis, pontificem cum tota cognatione interfecit: quorum numerus erat trecenti octuaginta quinque. móxque missi sunt à rege Nobam sacerdotum oppidum, qui contrucidatis ad vnum habitatoribus, nullo vel ætatis vel sexus respectu, postremò flammis eam deleuerunt: ex qua clade vnicus tantùm
IX. Abimelechi filius, nomine Abiatharus seruatus est: idque totum iuxta oraculum Dei Eli pontifici olim redditum contigit, quo prædictum erat, propter filiorum iniquitatem eius posteritatem aliquando interituram. Rex autem Saulus tam sæuo facinore perpetrato,

ὅτι σ' ἀγρῶν τινας ἐποίησα δεσπότας, καὶ τιμῆς ἧς ἐν τῷ πλήθει καὶ τάξεων ἠξίωσα. πιθανόμαι τοιαῦτα εἰ μείζονας τούτων δωρεὰς καὶ πλείονας ἄλλα τὸν Ἰεσσαίου παῖδος προσδοκᾶτε. οἶδα γὰρ ὅτι πάντες ἐκείνῳ προσέθεσθε, τοῦμοῦτε παῖδος Ἰωνάθου αὐτός τε ὢν πιστὸς φρονήσαντος σ' ὑμᾶς τοῦτο πείσαντος. ἐγὼ δὲ ἀγνοῶ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Δαβίδην αὐτοῦ γεγενημένας. ἴσθε δὲ ὅτι σύμβουλος μοὶ σ' συμπρᾶος Ἰωνάθης ὢν τοῦ κατ' ἐμοῦ συντεταγμένου. μέλει γὰρ ὑμῶν οὐδενὶ πρὸ τούτων, ἀλλὰ τὸ ἀποβησόμενον ἡσυχάζοντες σκοπεῖτε. σιωπησάντων δὲ τῶν βασιλέως, ἄλλος μὲ οὐδεὶς ἀπεκρίνατο τῶν παρόντων. δόηκος δὲ ὁ σύρος, ὁ τὰς ἡμιόνους αὐτοῦ βόσκων εἶπεν, ὡς ἴδοι τὸν Δαβίδην εἰς νωβαὶ πόλιν πρὸς Ἀχιμέλεχον ἐλθόντα τὸν ἀρχιερέα, τά τε μέλλοντα παρ' αὐτοῦ προφητεύσαντος μαθεῖν, καὶ λαβόντα ἐφόδια, καὶ τὴν ῥομφαίαν τοῦ Γολιάθου, πρὸς οὓς ἐβούλετο μὴ ἀσφαλείας προπεμφθῆναι. μεταπεμψάμενος οὖν τὸν ἀρχιερέα, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν συγγένειαν σαοῦλος, τὰ παθὼν εἶπεν ἐξ ἐμοῦ δεινὸν καὶ ἄχαρι, τὸν Ἰεσσαίου παῖδα προσεδέξω, καὶ σιτία μοὶ αὐτοῦ μετέδωκας καὶ ὅπλων, ὃν τῆς βασιλείας ἐπιβουλεύοντα; τί γὰρ δὴ καὶ πρὸς τῶν μελλόντων ἐχρημάτισες; ἐγὼ δὲ σε φεύγοντα ἐμὲ καὶ μισοῦντα τὸν ἐμὸν οἶκον ἐλαθάνην. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς οὐκ ἐπ' ἀρνησιν ἐτράπη τῶν γεγενότων, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας ταῦτα ὡμολόγει, οὐχὶ δαβίδη χαριζόμενος, ἀλλ' αὐτῷ. πολέμιον γὰρ οὐκ εἰδέναι ἔφασκε, πιστὸν δ' ἐν τοῖς μάλιστα δοῦλον καὶ χιλιάρχον, καὶ τὸ τούτων μεῖζον, γαμβρόν τε ἤδη καὶ συγγενῆ. ταῦτα δ' οὐκ ἐκ θεοῦ παρέχειν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοῖς δυνατοῖς καὶ τιμῇ τῇ πρὸς αὐτοὺς ἀεὶ σοις. προφητεύσαι δ' οὐ νυῦ πρῶτον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἄλλοτε τοῦτο πεποιηκέναι. φήσαντι δ' ὑπὲρ σοῦ προμηθεῖσθαι καὶ πολλὰ ἀπουδηκέναι ὅπως πρᾶξιν, τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ὧν ἐπεζήτει, σοὶ μᾶλλον ἀπιθέλγειν, ἢ ἐκείνῳ πρὸς αὐτῶν ἐλογιζόμην. διὸ μηδὲν πονηρὸν κατ' ἐμοῦ φρονήσῃς, μηδὲ πρὸς ἀνοῦς ἀκούσῃς δαβίδην ἐγχειρεῖν πρὸς ταῦτα τότε μου δοκοῦσαν φιλανθρωπίαν ὑποπτεύσῃς. φίλῳ δὲ καὶ γαμβρῷ σῷ καὶ χιλιάρχῳ παρέσχον, καὶ πολεμίῳ. ταῦτα λέγων ὁ ἀρχιερεὺς, οὐκ ἔπεισεν τὸν σαοῦλον, ἀλλὰ δεινὸς μὲν ὁ φόβος, μηδ' ἀληθῶς πιστεύειν ἀπολογία. κελεύει δὲ τοῖς ὁπλίταις, πρὸς ἀποθεῖσιν αὐτὸν, μὴ τῆς γλυκείας ἀποκτεῖναι. μὴ θαῤῥούντων δ' ἐκείνων ἅψασθαι τῶν ἀρχιερέως, ἀλλὰ τὸ θεῖον δεδιότων μᾶλλον, ἢ τὸ ἀπειλοῦσαν τοῦ βασιλέως, τῷ σύρῳ δόηκῳ πρὸς ἀσεβείαν τὸν φόνον. ὁ δὲ ἀναλαβὼν ὁμοίους αὐτῷ πονηροὺς ἐκεῖνος, ἀπέκτεινε τὸν ἀχιμέλεχον, καὶ τοὺς γυναῖκας αὐτοῦ. ἦσαν δὲ πάντες ὡς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα καὶ τριακόσιοι. πέμψας δὲ ὁ σαοῦλος καὶ εἰς τὴν πόλιν τῶν ἱερέων νόβαν, πάντας τε αὐτοὺς ἀπέκτεινεν, καὶ γυναικῶν οὐ νηπίων, ἀδὲ ἄλλης ἡλικίας φεισάμενος, αὐτοῦ τε ἐνέφρησε. δρασάσης δὲ παῖς εἷς ἀχιμελέχου, ἀβιάθαρος ὄνομα. ταῦτα μὲν τοῖς συνέβη, καθὼς προεφήτευσεν ὁ θεὸς τῷ ἀρχιερεῖ ἠλὶ, δι' ἃς τῶν υἱῶν αὐτοῦ δύο ἀδικίας εἰ-

ὧν δι' ἀφθαρήσεσθαι τοὺς ἐκγόνους. σαοῦλος δὲ ὁ βασιλεὺς, ὠμὸν ἔτους ἔργον διαπραξάμενος,

καὶ μ-

καὶ γένεαν ὅλην ἀρχιερατικῆς ἀποσφάξας τιμῆς, καὶ μήτ' ὄπι νηπίοις λαβὼν οἶκτον, μήτ' ὄπι γέρουσιν αἰδῶ, καταβαλὼν δὲ τὴν πόλιν ἣν πατρίδα καὶ τροφὸν τῶν ἱερέων τὸ θεοφιλὲς αὐτόθι τὸ θεῖον ἐπελέξατο, καὶ μόνῳ εἰς τὸ τοιοῦτοις φέρειν ἄνδρας ἀπέδειξε, μαθεῖν ἅπασι παρέχει καὶ κατανοῆσαι τὸν ἀνθρώπινον τρόπον, ὅτι μέχρις ἂν μὴ εἶσιν ἰδιῶταί τινες καὶ ταπεινοί, τῆς μὴ δυνάσθαι χεῖσθαι τῇ φύσει, μηδὲ τολμᾶν ὅσα θέλουσιν, ὅπερ εἰκῆς εἰσὶ καὶ μέτριοι, καὶ μόνον διώκουσι τὸ δίκαιον, καὶ θεὸς αὐτὸ τιμᾷ δύναταί τε καὶ πᾶσαν ἀπιδεῖν ἔχουσι. τότε γὰρ καὶ τὸ θεῖον πᾶσι δύκασιν ὅτι πᾶσι τοῖς νομίμοις ἐν τῷ βίῳ πάρεσι, καὶ ἃ τὰ ἔργα μόνον ὁρᾷ τὰ θεμιτόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰς διανοίας ἤδη σαφῶς οἶδεν ἀφ' ὧν μέλλοι ταῦτα ἔσεσθαι. ὅταν γὰρ εἰς ἐξουσίαν παρέλθωσι καὶ δυναστείαν, τότε πάντ' ἐκεῖνα μετακυδοιάμφοι, καὶ ὥσπερ ὅπι σκηνῇ θεσσωπεῖα τὰ ἤθη καὶ τοὺς τρόπους ὑποθέμενοι, μεταλαμβάνουσι τολμαν, ὑπόνοιαν, καταφρόνησιν ἀνθρωπίνων τε καὶ θείων. καὶ ὅτε μάλιστα δεῖ τὸ δυσεβείας αὐτοῖς καὶ τῆς δικαιοσύνης ἔγγιστα τεθρονεῖσθαι γεγυμνωμένοις, καὶ πᾶσι φανεροῖς ἐφ' οἷς αὐ νοήσωσιν ἢ πεφύξωσι καθεστῶσι, τότ' ὡς ἐκεῖ βλέποντος αὐτοῖς τὸ θεὸ, ἢ ὀλιγὰ τῶν ἐξουσίαν δεδώτος, οὕτως ἐμπαροινοῦσι τοῖς πράγμασιν. ἃ δ' αὖ ἢ φοβηθῶσιν ἀκούσαντες, ἢ μισήσωσι θελήσαντες, ἢ σέρξωσιν ἀλόγως, ταῦτα κύρια καὶ βέβαια καὶ ἀληθῆ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἀρεστὰ τῷ θεῷ δοκοῦσι. τῆς δὲ μελλόντων λόγος αὐτοῖς οὐδὲ εἷς. ἀλλὰ τιμῶσι μὲν, πολλὰ ταλαιπωρήσαντας, τιμήσαντες δ', φθονοῦσι. καὶ ψευδαγγόντες εἰς ὑπόφασιν, ἃ ταύτης ἀφαιροῦνται μόνον τοὺς τετυχηκότας, ἀλλὰ διὰ ταύτην καὶ τὸ ζῆν ὅτι πονηρᾶς αἰτίας, καὶ δι' ὑποβολὴν αὐτῶν ἀπιθάνως κολάζουσιν, οὐκ ἐπ' ἔργοις δίκης ἀξίοις, ἀλλ' ὅτι διαβολαῖς καὶ κατηγορήμασι ἀβασανίστοις, οἷς ὅσους δεῖ τοῦτο παθεῖν, ἀλλ' ὅσους ὑποκτεῖναι δύανται. τοῦτο σαοὺλ ἡμῖν ὁ νισαίου φαῦλος, ὁ πρῶτος μετὰ τὴν ἀειτοκρατείαν καὶ τὴν ὅπι ταῖς κειταῖς πολιτείαν ἑβραίων βασιλεύσας, φανερὸν πεποίηκε, τεσσαρακοσίους ἀποκτείνας ἱερέας καὶ προφήτας ἐκ τῆς θεοῦ ἀχιμέλεχον σοφίας. δικαταβαλὼν δ' αὐτοῖς καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸν ἐν τρόπῳ τινὶ ναὸν ἀποδάσας ἱερέων καὶ προφητῶν ἔρημον κατασήσας, τοσούτους μὲν ἀπέλιπε, μείναι δ' ἐάσας, ἐν δὲ τὴν πατρίδα αὐτῶν θεὸς τὸ καὶ μετ' ἐκείνους ἄλλους γενέσθαι. ὁ δ' ἀβιάθαρος ὁ τοῦ ἀχιμελέχου παῖς ὁ μόνος διασωθῆναι δυνηθεὶς ἐκ τοῦ γένους τῶν ὑπὸ σαούλου φονευθέντων ἱερέων, φυγὼν πρὸς δαβίδην, τὴν τῶν οἰκείων αὐτοῦ συμφορὰν ἐδήλωσε καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀναίρεσιν. ὁ δ' οὐκ ἀγνοεῖν ἔφη ταῦτα θεὶ αὐτοὺς ἐσόμενα ἰδὼν τὸν δόκιμον. ὑπονοήσας δ' διαβληθήσεσθαι πρὸς αὐτοῦ τὸν ἀρχιερέα τοῦ βασιλέως. καὶ τῆς ἀτυχίας ταύτης αὐτοῖς αὐτὸν ἠτιᾶτο. τὸ μὴν εἰν δ' αὐτὸν δι' καὶ σαοὺλ αὐτὸν διατελέσειν, ὡς οὐκ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λησόμενον ὅτως ἥξου. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀκούσας ὁ δαβίδης τοὺς παλαιστινοὺς ἐμβεβληκότας εἰς τὴν κιλικίων χώραν, καὶ ταύτην διαρπάζοντας, δίδωσιν ἑαυτὸν ἐπ' αὐτοὺς,

stirpe pontificia internecione deleta, neque teneram ætatem miseratus, neque grandæuos reueritus, insuperque ciuitate quàm patriam ac alumnam sacerdotum & prophetarum singulari priuilegio Deus elegerat, solo æquata, satis declarauit quàm prauum sit hominum ingenium. Tantisper enim dum humiles sunt atque plebeij, quia non audent, neque liberum est naturæ obsequi, æqui ac boni viri esse videntur, mirumque quoddam iustitiæ studium præ se ferunt: quin & pietatem interea colunt, Deumque omnibus actionibus nostris interesse, omnes denique cogitationes intueri persuasum habent. sed simul atque ad potentiam & imperium prouecti sunt, exutis pristinis moribus, & tanquam in scena mutato habitu, nouáque persona assumpta, in omnem audaciam & insolentiam diuinatúmque æquè ac humanarum rerum contemptum prolabuntur. & cùm ad superandam inuidiam maximè illis opus est pietate & iustitia, cúmque omnes eorum non actiones solùm, verumetiam voluntates in conspicuo sint omnibus propositæ, tum maximè tanquam aut dissimulante Deo, aut & ipso potestatem eorum formidante, in subditos debacchantur. & quicquid aut per inanem metum, aut odium vel fauorem irritationabilem decernunt, id tum hominibus ratum, tum Deo quoque ipsi probatum esse existimant: futurorum verò prorsus nullum nec respectum nec rationem habent. Quotquot enim in eorum gratiam plurimos labores exhauriunt, eos primum cuehunt, deindeiam honoratos per inuidiam non solùm dignitatibus priuant, sed per calumniam etiam sæpe opprimunt, non considerantes quàm meritò, tantúmque temerariis delationibus absque vlla probatione fidem adhibentes: & sæuiunt non in quos oportet, sed in quos ipsis sæuire est facilè. Hæc ita esse manifestum exemplum in Saulo Cisi filio nobis est exhibitum, qui primus post sublatam optimatum administrationem ac iudicum supremum magistratum rex Hebræorum creatus, propter suspectum Achimelechum trecentos sacerdotes & prophetas interfecit: cæsóque excidio vrbis obruit: & quantum in se fuit summi Dei fanum sacerdotibus sacrísque ministeriis orbauit, post tam numerosam cædem ne patriam quidem eorum & seminarium superesse passus. Abiatharus autem Achimelechi filius, qui solus generis sui superstes cædem sacerdotum euaserat, ad Dauidem fuga delatus, familiæ cladem & patris interitum ei renunciauit. at ille iam ante se hoc præsagiuisse dicebat, cum illic Doecum videret: faciléque suspicatum, calumniam pontifici apud regem struendam: ægerriméque ferebat quòd ipse tanti mali occasionem præbuisset. simúlque iussit, vt apud se maneret, quod nusquam tutiores latebras inuenire posset. Per idem tempus cum indicatum esset Dauidi Palæstinos in Cillanorum agrum irrupisse, eúmque quantus est populari, decreuit illos adoriri, consulto priùs propheta, 1. Reg. 23.

an Deus victoriam annueret: confirmatúſque oraculo, & cum ſua cohorte hoſtem aggreſſus magna cæde repulit, prædáſque ex hoſtico egit, & Cillanis præſidio fuit dum fruges ex areis conueherent. Reſciuit hoc maturè Saulus. nam rei feliciter geſtæ fama contineri non potuit quin latè propagata ad regias quoque aures permanaret, non ſine ipſius Dauidis laude. Quo nuncio lætus rex putauit ſe iam rem factam habere, audiens inimicum ſe intra vnius oppidi mœnia concluſiſſe, & diuinitus hanc occaſionem opprimendi eius datam dicitans, edicit populo vt Cillam propere circumuentam tam diu premant obſidione, donec Dauidem in poteſtatem redactum interficiant. At ille oracvlo admonitus, niſi maturè ſuis rebus conſuleret, fore vt Cillani eius deditione ab ira regis ſe redimant, relicta vrbe in deſertum ſe cum quadringentis armatis contulit, ibique collem quendam munitum inſedit, nomine Engelain. Saulus autem cognito quòd Dauid non amplius apud Cillam eſſet, expeditionem eam omiſit. Dauid verò ex deſerto in Cænam locum agri Ziphenſi ſe cum ſuis tranſtulit: quò etiam Ionathas regis filius præſto fuit ſalutaturus amicum, & de futuris collocuturus. Hortabatúrque eum vt bene ſperaret, néve præſentibus difficultatibus defatigatus cederet. omnino enim regnaturum eum, & vniuerſo Hebræorum populo præfuturum. Tales autem felicitates non ſolere otioſis contingere. Renouatíſque fœderibus & ſancita ſub Deo teſte in omnem vitam amicitia, additíſque diris execrationibus in eum qui prior à pactis recederet, illum eo loci reliquit, metu nonnihil ac ſolicitudine leuatum: ipſe verò domum ſuam repetiit. Ziphenſi verò gratiam regis captantes, certiorem eum faciunt, Dauidem in agro ſuo morari: pollicebantúrque ſuam operam, vt in manus regis traderetur. occupatis enim quibuſdam faucibus, nullum reliquum illi fore effugium. Saulus verò hominibus collaudatis, gratiíſque actis quòd inimicum ſibi indicaſſent, cumulatè ſe illis beneficium repoſiturum, pollicitus, miſit qui diligenter quærerent Dauidem, omnéſque deſerti latebras perſcrutarentur: dicens ſe breui cum exercitu ſecuturum. Atque ita Zipheni duces ſe regi ad perquirendum eum & comprehendendum obtulerunt, ſtudium ſuum erga ipſum non indicio tantùm declaraturi, ſed omnibus viribus conando vt in poteſtatem redactum regi traderent. Sed non habuit ſucceſſum iniqua eorum cupiditas, quibus cùm nullum periculum ex ſilentio immineret, per adulationem & auaritiam virum pium & præter ius ad mortem quæſitum, regi ſe tradituros erant polliciti. Dauid enim cognita eorum malicia, ſimúlque regis aduentu, relictis locorum anguſtiis in quibus tum verſabatur, euaſit ad magnam petram quæ ſita eſt in deſerto Simonis. Nec Saulus deſtitit illum inſequi.

εἰ ὁ θεὸς δῴη τῷ προφήτου πυθόμενος ὑπὲρ τούτων· τῷ δ', σημήνειν φήσαντος, ἐξώρμησεν ἐπὶ τοὺς παλαγιτικοὺς μετὰ τῆς ἑταίρων, καὶ φόνοντα αὐτῶν πολὺν ἐξέχει, καὶ λείαν ἤλασε, καὶ ἐφρούρει τοῖς κιλλανοῖς ἕως ἐξ τὰς ἀλοίνας καὶ τὸν καρπὸν σεσυρίλον ἀδεῶς. σαοὶλῳ δ' τῆς βασιλεῖ μεμύηται, παρ' αὐτοῖς ὤν. τὸ γὰρ ἔργον καὶ τὸ κατόρθωμα οὐκ ἔμενε παρ' οἷς ἐγένετο. φήμη δ' ὅπῃ πᾶν εἰς τε τὰς τῶν ἄλλων ἀκοὰς, καὶ πρὸς τὰς τῶ βασιλέως διεκομίσθη, αὐτό τε συμπαίον καὶ τὸν προφήτην. χαίρει δ' σαοὺλος ἀκούσας ἐν κίλλᾳ τὸν δαβίδην. καὶ θεὸς ἤδη χεροὶ ταῖς ἐμαῖς ὑπέθετο αὐτὸν εἰπὼν, ἐπεὶ καὶ συνέωσάγκασεν ἐλθεῖν εἰς πόλιν, τείχη καὶ πύλας καὶ μοχλοὺς ἔχουσαν, τῆς λαοῦ παντὶ προστάξειν ὅπῃ τάχιστα κίλλαν ἐξορμῆσαι, καὶ πολιορκήσαντα, καὶ ἑλόντα τὸν δαβίδην, ἀποκτεῖναι. ταῦτα δ' ἀκούσας ὁ δαβίδης, καὶ μάθων παρὰ τοῦ θεοῦ ὅτι μενοῦντα παρ' αὐτοῖς οἱ κιλλίται ἐκδώσουσι τῷ σαούλῳ, ἀναλαβὼν τοὺς τετρακοσίους, ἀπῆρεν ἀπὸ τῆς πόλεως εἰς τὴν ἔρημον ἐπάνω τῆς σιγελαὶν λεγομένης. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς, ἀκούσας αὐτὸν πεφυγότα ἀπὸ τῆς κιλλητῆς, ἐπαύσατο τῆς ἐπ' αὐτὸν στρατείας. δαβίδης δ' ἐπειδὴ ἀφ' ἁπάς, εἰς τινα τόπον καινὴν καλουμένην τῆς ζιφαίας παρεγένετο. εἰς ὃν ἰωνάθης ὁ τοῦ σαούλου παῖς συμβαλὼν αὐτῷ καὶ καταπασάμενος, θαρρεῖν τε ἐκέλευσε περὶ τῆς μελλόντων ἐλπίδας ἔχειν παρεκάλει, καὶ μὴ κάμνειν τοῖς παροῦσι. βασιλεύσειν γὰρ αὐτὸν καὶ πᾶσαν τὴν ἑβραίων δύναμιν ἕξειν ὑφ' αὑτῷ. φιλεῖν δὲ τὰ τοιαῦτα σὺν μεγάλοις ἅπασι τοῖς πόνοις. πάλιν δ' ὁρκίοις ποιησάμενος τῆς εἰς ἅπαντα τὸν βίον πρὸς ἀλλήλους δίνοιας καὶ πίστεως, καὶ τὸν θεὸν μάρτυρα καλέσας, ὧν ἐπῃνέσατο παραβαίνῃ τὰ συγκείμενα καὶ μεταβαλλομένῳ πρὸς τἀναντία, τὸν μὲν αὐτὸν καταλίπει μικρὰ τῆς φερνιτῶν καὶ τῶ θεοῦ δίκαιον φίσας. αὐτὸς δὲ πρὸς αὐτὸν ἐπανέρχεται. οἱ δὲ ζιφαῖοι χαριζόμενοι τῷ σαούλῳ, μεμύουσιν αὐτῷ παρ' αὐτοῖς δήσειν τὸν δαβίδην. καὶ παραδώσειν ἔφασαν ἐπ' αὐτῷ ἐλθόντι. καταληφθέντων γὰρ τῆς ζιφίνης στενῶν οὐκ ἔτι φυγεῖν αὐτῷ πρὸς ἄλλους. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπῄνεσεν αὐτοὺς, χάριν ἔχειν ὁμολογήσας, τὸν ἐχθρὸν αὐτῷ μεμυηκόσι. καὶ ἐκ εἰς μάχην ἀμείψαντας τῆς δίκης ὑποχόμους, αὐτοὺς, ἔπεμψε τοὺς ζητήσοντας τὸν δαβίδην, καὶ τὴν ἐρημίαν ἐξερευνήσοντας. αὐτὸς δ' ἀκολουθήσειν ἀπεκείνατο. καὶ οἱ μὲν ὅπῃ τὴν θέσιν καὶ τὴν σύλληψιν τοῦ δαβίδου πρόθυμον τὸν βασιλέα, σπουδάζοντες μὴ μόνον τῷ μεμύσθαι τὸν ἐχθρὸν αὐτῷ τὴν δίνοιαν, ἀλλὰ καὶ τῷ παρασχεῖν αὐτὸν εἰς ἐξουσίαν, φανερωτέραν κατασίσειν. διήμαρτον δὲ τῆς ἀδίκου καὶ πονηρᾶς ὁρμῆς, οἳ μηδὲν κινδυνεύειν ἔμελλον ἐκ τοῦ μὴ ταῦτα ἐμφανίσαι τῷ σαούλῳ φιλοτιμίας. δηλοῖ δὲ κολακείαν καὶ κέρδους προσδοκίαν τῷ βασιλέως, αἷς ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις ζητούμενον ὅπῃ θανάτῳ καὶ λανθάνειν δυνάμενον, δίβαλλον, καὶ προδιδόσειν ὑπέχοντες. γνοὺς γὰρ ὁ δαβίδης τὴν τῶν ζιφαίων κακοήθειαν, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ὁρμὴν, ἐκλείπει μὲν τὰ σπήλαια τῆς ἐκείνων χώρας, φεύγει δ' ὅπῃ τὴν μεγάλην πέτραν τὴν οὖσαν ἐν τῇ σίμωνος ἐρήμῳ. ὥρμησεν δ' ἐπ' ἐκείνην διώκων σαοὺλος.

κγ' καὶ

καὶ γὰρ τὴν ὁδὸν, ἀναχωρήσαντα ἐπ' αὐτῶν, μαθὼν τὸν Δαβίδην, ὅτι τὸ ἕτερον μέρος τῆς πίτρας ἀπῆρεν. αὐτὸς δὲ ἐπάσασαν τὸν σαοὺλον ἀπὸ τῆς διώξεως τοῦ Δαβίδου μέλλοντος ἤδη συλλαμβάνεσθαι παλαιστινοὶ, πάλιν ὅτι τὴν τῶν ἑσπερίων ἐσβαλόντες χώραν ἀκουσθέντες. ὅτι γὰρ τούτους ἀπέστρεψε, φύσει πολεμίους ὄντας, αὐτοὺς ἀμυνάσθαι κρείττονας ἀναγκάσαι, ἢ τὸν ἴδιον ἀπουδάζοντα λαβεῖν ἐχθρὸν, ἀφιδεῖν τὴν χαλεπωθεῖσαν. καὶ Δαβίδης μὲν ἔτως, ἐπὶ τοῦ Γαλάτου τὸν κίνδυνον διαφυγὼν εἰς τὰ γενέθλια τῶν ἐγγενδίων ἀφικνεῖται. σαοὺλῳ δὲ ἐκβαλόντι τοὺς παλαιστινοὺς, ἦκον ἀπαγγέλλοντες πῶς τὸν Δαβίδην ἐν τοῖς ἐγγενδίοις διατρίβειν ὄρεσις. λαβὼν γὰρ τελείλιους ὁπλίτας ὁπιλεκτοὺς, ἐπ' αὐτὸν ἦπείγετο. καὶ γλρόμφους ἀ πόρρω τῆς τόπων, ὁρᾷ παρὰ τὴν ὁδὸν αὐτόλαον βαθὺ καὶ κοῖλον εἰς πολὺ καὶ μῆκος ἀνεῳγὸς ἐ πλάτος, ἔνθα συνέβαινε τὸν Δαβίδην μετὰ τῶν τετρακοσίων κεκρύφθαι. ἐπεισόμφος οὖν ὅτι τῆς καὶ φύσιν, εἴσεισιν εἰς αὐτὸ μόνος. θεαθεὶς δὲ ὑφ' ἑνὸς τῶν μετὰ Δαβίδου, καὶ φράσαντος τῷ θρασυμθίου περὶ τὸν ἐχθρὸν εὐκαιρίαν παρὰ τοῦ θεοῦ κεκρικέναι ἀμυνῆς, καὶ συμβελεύοντος τὸν σαοὺλ ἀποτεμεῖν τὴν κεφαλὴν, καὶ τῆς πολλῆς ἄλης αὐτὸν ἀπαλλάξαι καὶ ταλαιπωρείας, ἀναστὰς ἀποτέμνει τὴν πέρυσα τοῦ ἱματίου μόνην ὁ σαοὺλος ἀμπείχετο. μετανοήσας δὲ Δαβὶδ, ὡς δίκαιον εἴη φονεύειν τὸν ἑαυτοῦ διαφέροντα, ὡδὲ τὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ βασιλείας ἀξιωθέντα. καὶ γὰρ εἰ πονηρὸς οὗτος εἰς ἡμᾶς, ἀλλ' οὐκ ἐμὲ δεῖ ζητεῖν ἐξ αὐτόν. τῷ δὲ σαοὺλου τὸ αὐτόλαον ἐκλειπόντος προσελθὼν ὁ Δαβίδης ἀνεκραύγασε, ἀκούσας σαοὺλον ἀξιῶν. ὅπως ἐφράζεις τοῦ βασιλέως, προσκυνεῖται αὐτὸν πεσὼν ὅτι πρόσωπον ὡς ἔθος, καὶ φησι, ὡ πονηρὸς ὦ βασιλεῦ καὶ ψευδεῖς πλάττουσι διαβολὰς παρέχοντα δεῖ τὰς ἀκοὰς, χαρίζεσθαι μὲν ἐκείνοις τὸ πιστεύειν αὐτοῖς, τοῖς δὲ φιλτάτοις δι' ὑπονοίας ἔχειν, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις σκοπεῖν τὴν ἀπάντων διάθεσιν. διαβολὴ μὲν γὰρ ἀπατᾷ, σαφὴς δὲ ἀπόδειξις δυνοίας τὰ πραττόμενα. καὶ λόγος μὲν ἐπ' ἀμφότερα πέφυκεν ἀληθής τε ἐ ψευδής. τὰ δ' ἔργα, γυμνὰ ὑπ' ὄψει τὴν διάνοιαν τίθησι. οἶνυν, ἐπ τούτων καλῶς ἔχειν με πρός σε, ἐ τὸν σὸν οἶκον, ἐμοὶ πιστεῦσαι δεῖ, καὶ μὴ τοῖς κατηγορεῦσιν, ἃ μήτε εἰς νοῦν ἐμβαλόμην, μήτε διώκειν γλυκέα, πρὸ θέμυον διώκειν τὴν ἐμὴν ψυχὴν, καὶ μηδὲν, μηδ' ἡμέρας μήτε νυκτὸς ἔχειν διὰ φρενῶδος, ἢ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καὶ ἀναίρεσιν, ἢ ἀδίκως μεταπορεύη. πῶς γὰρ ψευδὴ πρὸς ἐμοῦ δόξαν εἴληφας ὡς ἀποκτεῖναί σε θέλοντος; ἢ πῶς, οὐκ ἀσεβεῖς τὸν θεὸν, ἄνθρωπον τιμαορεῖν αὐτὸ τιμωρῆσαι δυνάμυον καὶ παρὰ σοῦ λαβεῖν δίκην, καὶ μὴ θελήσαντα μηδὲ τῷ καιρῷ χρησάμενον, ὃν εἴ σοι κατ' ἐμοῦ πρέπιστον, ἐκ ἂν αὐτὸς παρῆκας, διαχρήσασθαι ποθὼν νομίζων πολέμιον. ὅτε γάρ σου τὴν πέρυσα τοῦ ἱματίου ἀπέτεμον, τότε σου τὴν κεφαλὴν ἢ δυνάμυν. ὅπόδείξας δὲ τὸ μέγεθος ἰδεῖν, πῶς δύναν παρεῖχεν. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀπεχόμυν δικαίας ἀμυνῆς φησίν. σὺ δ' μῖσος ἄδικον ἐκ αἰδῆ κατ' ἐμοῦ φέρων. θεὸς ταῦτα δικάσει, καὶ τὸν ἑκατέρου τρόπον ἡμῖν ἐλέγξει. σαοὺλος δ' ὅτι τῇ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας θαυμάσας,

cognito enim inter eundum quòd superatis faucibus euasisset, ad alterum perijt latus peruenit: futurúmque erat vt Dauid circumuentus comprehenderetur, nisi rex trepidis nunciis reuocatus esset, qui Palæstinos in ditionem eius hostiliter irrupisse adferebant. Satius enim iudicauit hos perpetuos ac germanos hostes vlcisci, agrúmque suis quo minus vastarentur opem afferre, quàm studio capiendi inimici, regionem illis populandam prodere. atque ita Dauid præter omnium opinionem seruatus ad fauces agri Engadeni se contulit. Saulo autem post reiectos Palæstinos nunciatum est, Dauidem intra fines Engadenorum morari, moxque assumptis tribus armatorum millibus ex omni exercitu selectis, properè eos ad locum indicatum duxit. cúmque non longè abesset, offendit speluncam longo recessu opacam, & in peniriore sinu latè patentem, in qua tum fortè Dauid cum sua cohorte delitescebat: in eámque solus ad requisita naturæ se insinuauit. Animaduersum est id continuò ab vno è Dauidis comitibus, qui cum eum moneret tempus vltionis offerre Deum, nec esse negligendam occasionem tot ærumnas finiendi abscisso infestissimi regis capite, laciniam tantùm regij pallij præcidit: indignum ratus in proprium dominum sæuire, quem Deus ipse ad imperij fastigium electione sua prouexerat. nec enim par esse iniuriis certare cum eo, qui immeritum extinguere cupe- ret. Egresso deinde è spelunca Saulo, Dauid quoque in apertum progressus regem inclamat, & cùm ad agnitam vocem se conuertisset, ex more priùs adoratum sic alloquitur: Quam iniquum est rex, te calumniatoribus patulas aures præbentem, & vanissimis hominibus fidem adhibentem, de amicis spectatis suspicari, quos ex ipsorum factis potiùs indicare oportebat. verba enim vel falsa possunt esse vel vera: sed nullum apertius de animo quàm ex factis argumentum potest colligi, quemadmódum nunc quoque iudicare potes, num temere illis credideris, qui eius criminis me apud te reum faciunt, quòd ne in mentem quidem vnquam venit: & in tantum te exasperauerunt, vt nocte atque die nihil magis quàm de mea pernicie cogites. Annon vides vanissimam esse tuam opinionem, qua persuasus es me familiæ vestræ inimicum, tuæque in primis necis esse cupidum? Aut quibus oculis Deum putas immanitatem tuam aspicere, qui hominem ad cædem expetis, oblata vindictæ tali occasione tibi parcentem, quam ipse nactus nunquam elabi è manibus siuisses? Nihilo enim maiore negocio caput tibi præcidere poteram, quàm hanc vestis laciniam. Simúlque pannum protulit, qui verbis fidem astrueret. Ego certè ne iustæ quidem vltioni indulsi, & tu iniustas simultates contra me exercere non vereris. Sed horum Deus iudex erit, probabitque vter noſtrûm æquioribus moribus sit præditus. Tum Saulus demirans è quanto periculo esset seruatus,

modestiáque iuuenis attonitus, ingemuit, si A milémque gemitum referente Dauide, rex se iustiùs gemere fassus est. Tu enim, inquit, multorum bonorum causa mihi fuisti, ego contrà tibi multarum calamitatum autor. Et nunc quoquedeclarasti te à priscorum æquitate non degenerem, qui inimicos in solitudine ad iniuriam expositos nacti, incolumes dimittere maluerunt. Itaque hodie manifestè cerno regnum tibi à Deo repositum, & sub tuum imperium vniuersam Hebræorum gentem concessuram. quamobrem postulo vt iureiurando fidem mihi facias, te rerum potitum obliuioni iniurias meas traditurum, & familiam meam saluam esse passurum. pollicitus est id Dauid interposito iureiurando, atque ita regem in regnum remisit. In idem tempus mors Samuelis prophetæ incidit, viri qui suo merito in maximo semper apud Hebræos precio fuerat: illustréque virtutis ipsius ac suæ obseruantiæ populus testimonium edidit, dum defuncti exequias & sepulturam magnifico sumptu concelebrat: & postquam iusta exoluit in Ramatha patria sepulto luctum in longum tempus prorogat, non quasi in publico mœrore, sed quasi ad vnum quemuis propriè hæc orbitas pertineret. fuerat enim vir ad omnem iustitiam ac bonitatem à natura compositus, & ob has virtutes Deo longè acceptissimus. Præfuit populo post Elis pontificis obitum primùm solus annis duodecim, deinde Saule regnante annis decem & octo. cùius extremi dies in hæc, vt dixi, tempora inciderunt. In locis autem in quibus tum Dauid versabatur erat Ziphenus quidam in oppido Emma, vir locuples & multorum gregum dominus. habebat enim in pascuis ouium tria millia: & capras mille: & ab his Dauid omnem iniuriam abstinuit, grauiter interminatus suis ne vel cupiditaae vel egestate, vel latendi spe impulsi quicquam violarent, sed pluris iustitiam facerent, & Dei voluntatem, cui nunquam placuerunt, qui in alienas res manus auidè iniicerent. in hac disciplina suos continebat, putans se in hominem probum & sua beneuolentia dignum hoc officium collocare. Nabalus verò (hoc erat viro nomen) homo erat agrestis & malis moribus præditus, sed honestæ ac prudentis & elegantis mulieris maritus. Ad hunc Dauid pecora tondentem decem è suis misit salutatum, qui illi in multos annos eam felicitatem ominarētur, simúlque rogarēt vt è facultatibus suis aliquid communicaret, cùm è pastoribus intelligere posset, quòd longo iam tempore in solitudine versati adeò nihil detrimenti attulerint gregibus, vt custodes eorum fuisse potiùs videri possint. Quicquid autem in Dauidem contulerit, in hominem gratum ac memorem collaturum. Ad hæc postulata homo suo more nimis durè dedit responsum. Percontatus enim quis esset Dauid, vt audiuit esse Iessæi filium: Nunc, inquit, fugitiui relictis dominis insolenter ac superbè se gerunt. Quibus renunciatis Dauid in iram accensus, quadringentis armatis assumptis, & ducentis ad custodiam impedimentorum relictis (iam enim sexcentorum manum coegerat)

κὴ τὴν τῦ νεανίσκυ μεξίστησα κὴ φύσιν ἐκπλαγεὶς, ἀνώμωξε. τὸ δ' αὐτὸ κἀκείνου ποιήσαντος, αὐτὸν ἐῆ) δίκαιον εἶναι ἀπεκρίνατο. σὺ μὲν γάρ φησιν ἀγαθῶν ἄπός μοι γέγονας, ἐγὼ δέ σοι συμφορῶν. ἐπεδείξω ἢ σήμερον τὴν ἀρχαίων ἔχοντα σαυτὸν δικαιοσύνην, οἳ τοῖς ἐχθροῖς ἐν ἐρημίᾳ λαβόντες, σάζειν παρήγγελον. πέπεισμαι δὴ νυῦ ὅτι σοι τὴν βασιλείαν ὁ θεὸς φυλάττει, κὴ τῶν ἁπάντων τῆ ἐβραίων κρά- B τος. δὸς δή μοι πίστεις ὁρκοις, μή μι τὸ γῆρος ἐξαφανῆσαι, μηδὲ μοι μνησικακοῦντα τοῖς ἐκγόνοις ἀπωλέσαι. τηρῆσαι δέ μοι κὴ σῶσαι τὸν οἶκον. ὀμόσας ἢ καθὼς ἠξίωσε, Δαβίδης, σάυλον μὲν εἰς τὴν ἰδίαν ἀπέλυσε βασιλείαν. αὐτὸς ἢ μετὴ τῆ σὺν αὐτῆ εἰς τὴν μαθηρῶν ἀνέβη σενεύ. ἀποθνήσκει ἢ κατ' αὐτὸν καιρὸν κὴ σαμούηλος ὁ προφήτης, ἀνὴρ ὑ τῆς τυχούσης ἀπολαύων τιμῆς παρὰ τοῖς ἑβραίοις τιμῆς. ἐνεφάνισε γὰρ τὴν ἀρετὴν αὐτῶ Ϲ τὴν τῶ πλήθους πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν, τὸ πέν- C θος, ὅτι πολὺν χρόνον ὁ λαὸς ἦγετο, κὴ ἡ περὶ τὴν ταφὴν αὐτῦ Ϲ τὴν τῆ νομιζομένων ἀναπλήρωσιν φιλοτιμία τε κὴ σπουδή. θάπτουσι κὴ αὐτὸν ἐν τῆ πατρίδι ἁρμαθᾶ, Ϲ ὅτι πολλὰς πάνυ ἡμέρας ἔκλαυσαν, ὑ κοινὸν τοῦτο πάσχοντες ὡς ἐπ' ἀλλοτρίου τελευτῆ, ὡς εἰς οἰ- κεῖον δ' ἕκαστος παθῶν. ἐγένετο δ' ἀνὴρ δίκαιος κὴ χρη- στὸς τὴν φύσιν, κὴ δι' αὐτὸ μάλιστα φίλος τῆ θεῆ. ἦρ- ξε ἢ κὴ προέστη τῦ λαῦ, μετὴ τὴν τῦ ἀρχιερέως τε- D λευτὴν, μόνος μὲν ἔτη δώδεκα, μετὴ ἢ τὸν σάυλου τῦ βασιλέως, δέκα πρὸς τοῖς ὀκτώ. κὴ τὰ μὲν περὶ σα- μούηλον, τοῦτο τὸ πέρας ἔσχεν. ἰῶ δέ τις τῆ ζιφαίων, ἐκ πόλεως ἐμμὴ πλούσιος κὴ πολυθρέμματος. χιλίων μὲν γὰρ αὐτῦ ποίμνη προβάτων ἐνέμετο, χιλίων δ' αἰγῶν. ταῦτα δαβίδης ἀσινῆ τηρεῖν τε κὴ ἀβλαβῆ παρήγγελλε τοῖς σὺν αὐτῆ, κὴ μήτε ὑπὸ ὀλιγωρίας, μήτε ὑπὸ ἐνδείας, μήτε ὑπὸ τῆς ἐρημίας, Ϲ τῦ δυνά- σθαι λανθάνειν καταβλάπτειν. τούτων δ' ἁπάντων E ἐπάνω τίθεσθαι τὸ, μηδὲν ἀδικεῖν. κὴ τὸ τῆ ἀλλοτρίων ἅπτεσθαι δεινὸν ἡγεῖσθαι κὴ προέσαντες τῆ θεῆ. ταῦ- τα δ' ἐδίδασκεν αὐτοὺς οἰόμενος ἀνθρώπῳ χαρίζε- σθαι ἀγαθῆ, κὴ ταύτης τυγχάνειν ἀξίᾳ τῆς προνοίας. ἰῶ ἢ νάβαλος, τοῦτο γὰρ εἶχεν ὄνομα, σκληρὸς κὴ πονηρὸς τοῖς ἤθεσι προσέτι δὲ κὴ κυνικῆς ἀσκήσεως πεποιημένος τὸν βίον, γυναικὸς ἀγαθῆς Ϲ σώφρο- νος κὴ τὸ εἶδος ἀπουδαίας λελογχώς. πρὸς οὖν τὸν F νάβαλον τοῦτον καθ' ὃν ἔκειρε τὰ πρόβατα καιρὸν, πέμψας ὁ δαβίδης ἄνδρας δέκα τῆ σὺν αὐτῆ, δι' ἐμοῦ τούτων αὐτὸν ἀσπάζεται, Ϲ σωδίκεται τοῦτο ποιεῖν ἐπ' ἔτη πολλά. προσέχειν ἢ δεῖ ὧν δυνατός ἐστιν αὐτῆ παρεκάλει, μαθόντι παρὰ τῆ ποιμένων, ὅτι μηδὲν αὐτοὺς ἠδικήσαμεν, ἀλλὰ φύλακες αὐτῆ τε κὴ τῆ ποιμνίων γεγόναμεν, πολὺν ἐν τῆ ἐρήμῳ διατρί- βοντες ἤδη χρόνον. μεταγνόσει δ' εὐθὺν δαβίδη πα- ραχρῆμα. ταῦτα ἢ τῆ πεμφθέντων διαγγειλάντων πρὸς τὸν νάβαλον, ἀπανθρώπως σφόδρα κὴ σκλη- ρῶς ἀπεκρίνατο. ἐρωτήσας γὰρ αὐτοὺς τίς ὁ δαβίδης, ὡς τὸν υἱὸν ἤκουσεν ἰεσσαίου, νυῦ ἄρα εἶπε μεγαλο- G φρονοῦσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ δραπέται κὴ σεμνυόμενοι, τοὺς δεσπότας καταλιπόντες. ὀργίζεται δ' αὐτῆ φρονή- σαντων ὁ δαβίδης, κὴ τετρακοσίους μὲν ὡπλισμέ- νους αὐτῆ κελεύσας ἕπεσθαι, διακοσίους ἢ φύλακας τῆ σκευῶν καταλιπών, ἤδη γὰρ εἶχεν ἑξακοσίους,

ὅπως

ὅτι τὸν ναβαλον ἐβάδιζεν, ὀμόσας ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τὸν A
οἶκον αὐτοῦ καὶ τοὺ κτῆσιν ὅλου ἀφανίσειν. ἡ γὰρ ἄχθε-
σθαι μόνον ὅτι γέγονεν ἀχάριτος εἰς αὐτούς, μηδὲν ἐ-
πιδοὺς πολλῇ φιλανθρωπίᾳ θεὸς αὐτὸν χρησαμέ-
νοις, ἀλλ' ὅτι καὶ θρασυβλασφήμησε καὶ κακῶς εἶπε,
μηδὲν ὑπ' αὐτοῦ λελυπημένος. δούλου δέ τινος
τῶν τὰ ποίμνια φυλασσόντων τοὺς τοῦ ναβάλου, θεὸς
τοὺ δέκαιοναν μοὶ αὐτοῦ, γυναῖκα δ' ἐκείνου, κα-
τειπόντος ὅτι πέμψας ὁ δαβίδης αὐτῆς θεὸς τὸν ἄν- B
δρα, μηδενὸς τύχοι τῶν μετρίων, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑ-
βριστὴν βλασφημίας δεινᾶς, πάσῃ θεὶ αὐτοὺς προ-
νοίᾳ καὶ φυλακῇ τῶν ποιμνίων χρησάμενος. γενόμενα
δ' τοῦτο ὅτι τῷ καιρῷ τῶν τοῦ δεσπότου. καὶ ταῦτ' ἐκεί-
νου φήσαντος, ἀβιγαία, θεσπεσιωτάτου γὰρ ἦτις, ὅπι-
σάξασα τοὺς ὄνους, καὶ πληρώσασα παντοίων ξενίων, καὶ
μηδὲν εἰποῦσα τ' αὐτῷ (ὑπὸ γὰρ μέθης ἐκμαθη-
τος ἦν) ἐπορεύετο θεὸς δαβίδην. καταβαινού-
σης δ' τὰς ἔναντι τῆς ὄρεως ἀπλήσησε δαβίδης μὴ τε- C
κοσίων ὅτι ναβαλον ἐρχόμενος. θεασαμένη δ' αὐτὸν
ἡ γυνὴ, καταπήδησεν, καὶ πεσοῦσα ὅτι θεόσωπον,
θεοσεκύνει. καὶ τῷ μὲν ναβάλου λόγων ἐδέητο μὴ
μνησικακῆσαι. ἡ γὰρ ἀγνοεῖν αὐτὸν ὅμοιον ὄντα τῷ ὀνό-
ματι. νάβαλος δὲ κατὰ τοὺ ἑβραίων γλῶτταν, ἀ-
φρονέστατος δηλοῖ. αὐτὴ δ' ἀπελογεῖτο, μὴ θεάσα-
σθαι τοὺς θεμφθέντας ὑπ' αὐτοῦ. διὸ συγγίνωσκέ μοι
φησὶν, καὶ τῷ θεῷ χάριν ἔχε κωλύοντί σε μιαιφονίᾳ D
ἀνθρωπίνῳ ἅμαρτ. μοῦντα γάρ σε καθαρὸν, ἐκεῖ-
νος αὐτὸς ἐκδικήσει θεοὺς τῶν πονηρῶν. ἃ γὰρ ἐκδέ-
χεται κακὰ νάβαλον, ταῦτα καὶ ταῖς τῶν ἐχθρῶν σου
κεφαλαῖς συμπεσεῖ, γνοὺς δ' ὀργῆς μοι, κείνας ἄ-
ξιον, τὰ παρ' ἐμοῦ ταῦτα δέξασθαι. καὶ τὸν θυμὸν
καὶ τοὺ ὀργὴν τοὺ ὅτι τὸν ἀνδρα μου καὶ τ' οἶκον αὐτοῦ,
εἰς τοὺ ἐμοὺ τιμοὺ ἄφες. πρέπει γὰρ σοι καὶ
φιλανθρώπῳ τυγχάνειν, καὶ ταῦτα μέλλοντι βασι-
λεύειν. ὁ δὲ, τὰ δῶρα δεξάμενος, ἀλλὰ σέ φησιν E
ὦ γυναῖ, θεὸς ὀργῆς ἦγαγε θεὸς ἡμᾶς τήμερον.
ἡ γὰρ ἂν τοὺ ἐπερχομένου ἡμέραν εἶδες, ἐμοῦ τὸν οἶ-
κον τὸν ναβάλος ἕως τῆσδε τ' νυκτὸς ὁμόσαντος ἀπολέ-
σαι, & μηδένα ὑμῶν ἀπολείπειν, ἀπ' ἀνδρὸς πονηροῦ
καὶ ἀχαρίστου θεὸς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ἑταίρους χολου-
μένου. νοῦ ἦ φθάσασα θεβέλαβες καταμειλίξα-
σθαί μου τ' θυμὸν, κηδομένη σοῦ τοῦ θεοῦ. ἀλλὰ νά-
βαλος μὲν, κἂν ἀφεθῇ νοῦ ὅτι σὲ τῆς τιμωρίας, ἡ
φεύξεται τοὺ δίκου, ἀλλ' ὁ τρόπος αὐτὸν ἀπολεῖ, λα- F
βὼν ἀξίαν ἄλλου. ταῦτ' εἰπὼν, ἀπολύει τοὺ γυ-
ναῖκα. ἡ δ', εἰς τ' οἶκον ἐλθοῦσα, καὶ καταλαβοῦ-
σα τὸν ἀνδρα μετὰ πολλῶν, δωχουμένου καὶ κε-
καρωμένου ἤδη, τότε μὲν οὐδὲν τῶν γεγενημένων δι-
σάφει. τῇ δ' ὑπούσῃ, νήφοντι ἅπαντα δηλώσασα,
παρεθλεῦαι, & πᾶν ἐν αὐτῷ νεκρωθεῦαι τὸ σῶμα ὑπὸ
τῶν λόγων καὶ τ' ἐπ' αὐτοῖς λύπης ἐποίησε. & δέκα
ἢ πλείοις ὑπερβήσας ἡμέρας, τὸν βίον κατέστρεψε ὁ G
νάβαλος. ἀκούσας δ' αὐτοῦ τοὺ τελευτοὺ ὁ δαβί-
δης, ἐκδικηθεῦαι μὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καλῶς αὐτὸν ἔλε-
γεν. ὑποθανεῖν γὰρ νάβαλον, ὑπὸ τῆς ἰδίας πονηρίας,
καὶ δοῦναι δίκην αὐτῷ καθαρὸν ἔχοντι τοὺ δι-
καιοσύνην. ἔγνω δὲ καὶ τότε τοὺς πονηροὺς ἐλαυνομένους ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ μηδενὸς τῶν ἀνθρώπων ὑ-
περορῶντα, δίδοντα δὲ, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τὰ ὅμοια, τοῖς δ' πονηροῖς, ἀξίαν ὑπαφιέντα τοὺ πονηροῦ.

contra Nabalum proficiſcebatur, iuratus quòd ea nocte & familiam eius & omnes opes eſſet euerſurus. Neque enim ſe tam ægrè ferre, quòd homo ingratus officij nihil rependeret, quàm quòd vltro conuiciis ſe impeteret, nulla vnquam affectus iniuria. Interea quidam è ſeruis paſtoribus ad heram ſuam, illius vxorem venit, nuncians quòd Dauid à marito eius modicum quiddam poſtulans non ſolùm nihil impetrauerit, ſed conuiciis etiam non ferendis ſit appetitus, cùm tamen in eam diem ſemper greges eius intactos præſtitiſſet: eamque inſolentiam domini poſſe illi magnam aliquam calamitatem afferre. Hoc audito Abigæa (id nomen mulieri fuit) oneratis aliquam multis aſinis, & variis xeniis in ſarcinas congeſtis, inſcio marito & per temulentiam ſopito, ad Dauidem properat: eíque in vallis cuiuſdam deſcenſu contra Nabalum armatorum agmen ducenti fit obuiam. Quem poſtquam appropinquare vidit, de iumento deſiliit, & prona in faciem adorabunda deprecata eſt ne verbis Nabalis moueretur, qui reuera eſſet id quod vocabatur. Nabalus enim Hebræorum lingua vocatur inſipiens. Excuſabàtque ſe neminem eorum vidiſſe, qui ad maritum miſſi fuerant. Quare obſecro, inquit, da veniam, & age gratias Deo, qui per me tibi obſtitit, quo minùs humano ſanguine manus polluas. Si enim incontaminatus à cæde permanſeris, ipſe pro te pœnas ab his qui te læſerunt exacturus eſt. Quod enim Nabalum manet infortunium, inimicorum tuorum contingat capitibus. Tu verò propitius hæc mea munuſcula admitte, & iram qua meritò in maritum meum es commotus, in meam gratiam remitte. Decet enim clementia & humanitas eum cui fata regnum deſtinaueruńt. Ille verò muneribus acceptis: Profectò, inquit, Dei voluntate ad nos hodie veniſti: alioqui craſtinam diem non videres. iuraui enim me hac nocte domum veſtram ſubuerſurum, & neminem ſuperſtitem relicturum ex familia hominis ingrati, ac in me meóſque contumelioſi. nunc verò Deus tibi in mentem immiſit, vt maturè occurrens furorem meum delinires. Nabalus autem tametſi propter te veniam nunc conſequitur, pœnam tamen non euadet, ſed ſui mores per aliam occaſionem perdent hominem. Hæc locutus mulierem dimiſit. Ea domum reuerſa offendit maritum cùm æqualibus compotantem, iámque vino grauem, ideóque tum nihil eorum quæ geſſerat indicauit. ſequenti verò die poſteaquam ſobrio rem totam expoſuiſſet, in tantum mœrorem eum coniecit, vt toto corpore ſideratus decima pòſt die mortem obiret. Quòd vbi Dauidi relatum eſt, meritas pœnas Deo perſoluiſſe eum dixit. ſuapte enim malicia perditum, & vltioni ſubiectum, ídque incontaminatis eius manibus qui iniuriam acceperat: Atque hoc quoque exemplo didicit, neminem ſceleſtum vindictam Dei poſſe euadere, nec humanas res à Deo neglectas ferri temerè: ſed bona bonis, & malis quod illis dignum eſt rependi.

Moxque missis ad vxorem eius nunciis, acciuit eam in legitimum thorum coniugem sibi inducturus. quæ præfata priùs se indignam vt vel pedes eius contingeret, cum omni tamen suo paratu venit: & vxoris loco posthac habita est, hunc honorem ab eo consecuta tum propter modestiam bonósque mores, tum propter eximiam formæ gratiam. Habuerat autem Dauid & ante coniugem, ex Abesaro oppido oriundam. Nam Melcham Sauli filiam prius Dauidi nuptam pater Liso Pheltiæ filio elocauit, in oppido Gethla habitanti. Nec ita multò pòst
1. *Reg.* 26. Ziphenorum quidam renunciauit Saulo, Dauidem rursum in eorum regione esse, & si velit adiutare, posse eum comprehendi. at ille cum tribus millibus militum eò proficiscitur: & superueniente nocte castrametatus est in quodam loco, cui nomen Sicella. Dauid autem cognito quòd rex contra se cum armis veniret, speculatoribus missis iussit vt se certiorem facerent, quonam vsque processisset. cúmque audisset eum esse apud Sicellam, noctu ignaris suis omnibus, duobus tantùm comitatus, Abisæo sororis suæ Saruiæ filio, & Achimelecho Chettæo, in castra hostium penetrat. Dormientéque Saulo & circum eum satellitio, simúlque imperatore copiarum Abenero, in tentorium regium insinuatus, neque regem agnito eius cubili ex spiculo interficere sustinuit, neque Abisæum accensum ad facinus permisit: sed cohibuit admonitum nefas esse regem diuino suffragio creatum interimere, quamtumuis malum: eius enim esse in eum vindicare, qui regnum dedisset. vtq; aliquod signum esset, quòd nactus potestatem regis opprimendi, non esset ea vsus, ablato spiculo & lecytho aquali, quæ iuxta cubile sita erant, nemine sentiente castra exiuit, intrepidè & quasi per ocium inter sopitos versatus, partim nocturnis tenebris, partim audacia propria fretus. transgressúsque torrentem, & conscenso montis vertice vnde facilè poterat exaudiri, inclamatis Sauli militibus & imperatore eorum Abenero è somno eos excitat. & cùm imperator nominatim appellatus scitaretur quisnam esset qui se vocaret, sic respondit: Dauid ego sum Iessæi filius, à vobis profugus. Sed quî factum est vt tu vir tantus & inter amicos regios maximè honoratus, tam negligenter domini corpus custodias, vt dormire malis quàm curam salutis eius gerere? Capitalem enim culpam admisistis, qui paulo antè quosdam è nostris clàm in castra regia subrepentes non sensistis. Vide igitur quónam deuenerit spiculum regium, & aquæ lecythus: & disce quantum flagitium sit commissum. Saulus autem agnita Dauidis voce, & cognito quòd adeptus eum à somno & custodum negligentia proditum, non tamen interfecit, cùm id iure suo facere potuisset, gratias se illi habere pro salute concessa professus est. hortabatúrque vt bono esset animo: nihílque mali in posterum timens, ad proprias ædes reuerteretur. Compertum enim habere, non sibi ipsi salutem suam cariorem esse quàm Dauidi.

A πέμψας δ' αὐτὸ πρὸς τὴν γυναῖκα, συνοικήσεσθαι ζηλωτὴν ὁμολογοῦσαν καλεῖ πρὸς αὐτόν. ἡ δ' ἀναξία μὲν εἰ ποδῶν ἅψασθαι τῶν ἐκείνου, πρὸς τοὺς παρόντας ἔλεγεν, ὅμως ἦκε μετὰ πάσης τῆς θεραπείας, καὶ συνῳκήσατο μὲν αὐτῷ, ταύτην λαμβάνουσα τὴν τιμὴν καὶ ὄγκον τοῦ ζήλου σώφρονα ὄντα καὶ δίκαιον, τυχοῦσα δ' αὐτῆς, καὶ διὰ τὸ κάλλος. εἶχε καὶ Δαβίδης γυναῖκα πρότερον, Μιχὼλ ἐξ Ἀβεσάρης πόλεως ἔγημε. μελχαὶ ἦν τοῦ Σαύλου τοῦ βασιλέως θυγατέρα, τὴν ἠγομένην τῷ Δαβίδου γυναῖκα, ὁ πατὴρ τοῦ Φελτὶς ἡρπασε λισοῦ συνέζευξεν, ὢν πόλεως ὄνομα Γεθλαΐς. μετὰ ταῦτα τινὲς ἐλθόντες τοῦ Ζιφλιωῶν, ἀπήγγειλαν τῷ Σαύλῳ, ὡς εἴη πόλιν Δαβίδης ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν, καὶ δύναται συλλαβεῖν αὐτὸν, βουλόμενον συνεργῆσαι. ὁ δ', μετὰ τρισχιλίων ὁπλιτῶν ἐβάδιζεν ἐπ' αὐτόν. καὶ νυκτὸς ἐπελθόντος, διεστρατοπέδευσεν ἔνθά τινι τόπῳ, συνέλλα λεγόμενῳ. Δαβίδης δ' ἀκούσας τὸν Σαῦλον ἐπ' αὐτὸν ἥκοντα, πέμψας κατασκόπους, ἐκέλευσε δηλοῦν αὐτῷ ποῦ τὴν χώραν Σαῦλος ἤδη προελήλυθεν. τῶν δ' ἐν συνέλλα φρασάντων, δύο νυκτερινῷ δόλῳ λαθόντε τοὺς ἰδίους, καὶ εἰς τὸ τοῦ Σαῦλος στρατόπεδον παραγίνεται, ἐπαγόμενος τὸν τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Σαρυΐας Ἀβισάϊον, καὶ Ἀχιμέλεχον τὸν Χετταῖον. τοῦ δὲ Σαῦλος κοιμωμένου, καὶ περὶ αὐτὸν ἐν κύκλῳ τῶν ὁπλιτῶν, καὶ τοῦ στρατηγοῦ Ἀβεννήρου κειμένου, ὁ Δαβίδης εἰσελθὼν εἰς τὸ στρατόπεδον τὸ τοῦ βασιλέως, ἕστ' αὐτὸς ἀναιρεῖ τὸν Σαῦλον, ἕστησε τοὺς αὐτοῦ τὸν κοίτῳ ἐν τοῦ ὅρυγος. τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἐπεπήγει. ἔστε τὸν Ἀβισάϊον βουλόμενον φονεῦσαι, καὶ πρὸς τοῦτο ὁρμήσαντα εἴασεν. ἀλλὰ τὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ κεχειροτονημένον βασιλέα φήσας εἶναι δεινὸν ἀποκτεῖναι κἂν ἡ πονηρὸς, ἦξειν γὰρ αὐτῷ ποτὲ τοῦ ὄντος τῷ ἀρχῇ σὺν χρόνῳ τῷ δίκῃ, ἐπέσχε τῆς ὁρμῆς. σύμβολον δὲ τοῦ κτεῖναι δυνηθεὶς ἀπέχεσθαι, λαβὼν αὐτοῦ τὸ δόρυ καὶ τὸ φακὸν τοῦ ὕδατος, ὃς κοιμωμένῳ παρέκειτο τῷ Σαύλῳ, μηδενὸς αἰσθομένου τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, πάντων γὰρ κατακοιμωμένων, ἐξῆλθεν ἀδεῶς πάντ' ἐργασάμενος, ὅσα καὶ τοῦ κρατοῦντος δίδοντος αὐτῷ καὶ τῆς τόλμης, διέβη τοὺς τοῦ βασιλέως. ἑστὼς δὲ τὸν χείμαρρον, καὶ ὅτι τινὶ κορυφῇ ἀνελθὼν τοῦ ὄρους ὅθεν ἔμελλεν ἐξακουσθήσεσθαι, ἐμβοήσας τοῖς στρατιώταις τοῦ Σαύλου, καὶ τῷ στρατηγῷ Ἀβεννήρῳ, διανίσησιν αὐτοὺς ἐκ τοῦ ὕπνου. τοῦτόν τε ἐφώνει καὶ τὸν λαόν. ἐπακούσαντος δὲ τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὶς ὁ καλέσας αὐτὸν δῆτα ἐρωτῶντος, Δαβίδης εἶπεν ἐγὼ, παῖς μὲν Ἰεσσαίου, φυγὰς δὲ ὑμέτερος. ἀλλὰ τί δή ποτε, μέγας τε ὢν, καὶ τῇ πρώτῃ ἔχων τιμὴν παρὰ τοῦ βασιλέως τιμὴν, ἕτως ἀμελῶς τὸ τοῦ δεσπότου φυλάσεις σῶμα; καὶ ὕπνος ἡδίων ἐστί σοι τοῦτου σωτηρίας καὶ φρονοίας. θανάτου γὰρ ταῦτα ἄξια καὶ τιμωρίας, οἵου μικρὸν ἔμπροσθεν εἰσελθόντας τινὰς ἡμᾶς εἰς τὸ στρατόπεδον ὅλου τοῦ βασιλέα καὶ πάντας τοὺς ἄλλους, οὐ κωλύσατε. ζήτησον οὖν τὸ δόρυ τοῦ βασιλέως, καὶ τὸ φακὸν τοῦ ὕδατος, καὶ μαθὼν πηλίκον ὑμᾶς ἔλαθε κακὸν ἐντὸς γενόμενον. σάυλος δὲ γνωρίσας τὸν τοῦ Δαβίδου φωνὴν, καὶ μαθὼν ὅτι λαβὼν αὐτὸν ἐκδοτον τοῦ ὕπνου καὶ τοῦ τῆς φυλακούντων ἀμελείας οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' ἐφείσατο δικαίως αὐτοῦ ἀνελὼν, χάριν ἔχειν αὐτῷ τῆς σωτηρίας ἔλεγε, καὶ παρεκάλει θαρροῦντα καὶ μηδὲν ἔτι πεισεσθαι δεινὸν ἐξ αὐτοῦ φοβούμενον ἀναχωρεῖν ὅτι τὰ οἰκεῖα. πεπείσθαι γὰρ ὅτι μηδ' αὐτὸν ἕτως ἀγαπήσειν ὡς ὑπὸ ἐκείνου σέρεται.

ὃς δ'

ὃς τὸν μὲν φυλάττειν αὐτὸν δυνάμενον, καὶ πολλὰ A
δείγματα τῆς εὐνοίας παρεχόμενον ἐλαύνοι καὶ τοσοῦ-
τον ἐν φυγῇ χρόνον καὶ ταῖς περὶ τὴν ψυχὴν ἀγω-
νίαις, ἠναγκασε ζῆσαι φίλων καὶ συγγενῶν ἔρημον. αὐ-
τὸς δ' ἐν παύσῃ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ συζόμενος, ὑπὲρ
τὴν ψυχὴν φανερῶς ἀπολλυμένην λαμβάνων. ὁ δὲ
Δαβίδης, σπάνιον ἀπολαβεῖν σπένδουσι τὸ δόρυ καὶ
τὸ φακὸν τοῦ ὕδατος, ἐπεστράφη ὡς ὁ θεὸς ἑκατέρου τὴν ἐ-
δίας φύσεως καὶ τὴν κατ' αὐτὴν περιεχομένην ἕξιν B
διήγησις, ὡς ὅτι καὶ τὴν παροῦσαν ἡμέραν ἀποκτεῖ-
ναί σε δυνηθείς, ἀπεχόμην οἶδε. καὶ σαοὺλ μὲν ἀνέ-
στρεψεν ἀφορμὴν τοῖς Δαβίδ τὰς χεῖρας, εἰς τὰ βασίλεια
καὶ τὰ οἰκεῖα ἀπηλλάττετο. φοβηθεὶς δὲ Δαβίδης, μὴ μέ-
νων αὐτόθι συλληφθῇ ὑπὸ τοῦ σαοὺλ, συμφέρειν ἐκεί-
νην εἰς τὴν παλαιστίνην αὐλάβαι, διατρίβειν ἐν αὐτῇ. καὶ
μῆνας ἓξ καὶ τέσσαρας, οἱ περὶ αὐτὸν ἦσαν, ὡδηγήνη πρὸς
ἀγχοῦν τὸν γίττης βασιλέα, μία δὲ τῶν αὐτοῦ πόλε- C
ων. δεξαμένου δ' αὐτὸν τοῦ βασιλέως σὺν τοῖς αὐ-
τοῦ ἀνδράσιν, καὶ δόντος οἰκητήριον, ἔχων ἅμα καὶ τὰς δύο
γυναῖκας, ἀχινοὰν καὶ ἀβιγαίαν, διῆγεν ἐν γίττῃ. σαού-
λῳ δὲ ταῦτα ἀκούσαντι, λόγος ἦν ἐπ' αὐτῷ πέμπειν ἐπ'
αὐτὸν ἢ καθέξειν. διὸ γὰρ ἤδη κινδυνεύσας ὠδημηκὼς
ἐπ' ἐκείνῳ ἡμέρας συλλαβεῖν αὐτὸν ἀπεδόκασε. Δαβίδῃ δ' ἐκ ἔδοξεν ἐν τῇ πόλει τῇ γιττῶν μένειν.
ἀλλ' ἐδεήθη τοῦ βασιλέως αὐτῷ ἵν' ἐπειδὴ φιλανθρώ-
πως αὐτὸν ὑπεδέξατο, καὶ τοῦτο χαρίσηται, τόπον τι- D
νὰ τῆς χώρας δοὺς αὐτῷ πρὸς κατοίκησιν. αἰδεῖσθαι γὰρ
ἀχρεῖον ἐν τῇ πόλει βαρὺς αὐτῷ καὶ φορτικὸς εἶ).
δίδωσι δ' ἀγχοῖς αὐτῷ κώμην τινὰ, σεκέλλαν κα-
λουμένην. ἐν βασιλεύσας ὁ Δαβίδης ἀγαπῶν, ἴδιον
κτῆμα ἐτίμησεν εἶ) καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ. ἀλλὰ περὶ μὲν
τούτων, ἐν ἄλλοις δηλώσομεν. ὁ δὲ χρόνος ὃν κατῴκη-
σεν Δαβίδης ἐν σεκέλλᾳ τῆς παλαιστίνης ἐγένετο μηνῶν
τέσσαρες πρὸς ταῖς εἴκοσιν ἡμέραις. καὶ ἐπερχόμενος
δὲ λάθρα τοῖς πλησιοχώροις τῆς παλαιστινῶν σαρρί- E
ταις καὶ ἀμαληκίταις διήρπαζεν αὐτῆς τὴν χώραν, καὶ
λείαν πολλὴν κτηνῶν καὶ καμήλων λαμβάνων ὑπέστρε-
φεν. ἀνθρώπων γὰρ ἀπεῖχετο, δεδοικὼς μὴ καταμηνύ-
σωσιν αὐτὸν πρὸς ἀγχοῦν τὸν βασιλέα. τὸ μὲν δὴ τοι
γε τῆς λείας μέρος αὐτῷ δωρεὰν ἔπεμπε. τῷ δὲ βασι-
λέως πυνθομένῳ, ποῖον δῆτα μέρος τὴν λείαν ἀπό-
λασε, τοῖς πρὸς τὸν νότον τῆς ἰουδαίων τεταγμένοις, F
καὶ ἐν τῇ περιοικίδι κατοικοῦσιν ἔφη, πείθει δ' ἀγ-
χοῦν φερομένας ὕστερον ἐλπίσι γὰρ εἶναι, ὅτι Δαβίδης ἐ-
πολέμησε τὸ ἴδιον ἔθνος, καὶ δοῦλον ἕξειν παρ' ἐν ζῆν
χρόνον, ἐν τοῖς αὐτοῦ καταμένοντα. καὶ ἦν τὸν αὐτὸν καιρὸν,
τῆς παλαιστινῶν ὅλης τοὺς ἰσοπλίτας στρατὸν συ-
γκροτούντων, καὶ ἀφεστεμμένων πρὸς τοὺς συμμάχους
ἅπαντας ἵνα συμπαρῶσιν αὐτοῖς εἰς τὸν πόλεμον εἰς
μεγάλην, ὅθεν ἐμελλον ἀθροιζόντες ἐξορμᾶν ὅλῃ τοὺς
ἑβραίους, ὁ τῆς γιττῶν βασιλεὺς ἀγχοῦς, συμμαχήσον- G
τα τὸν Δαβίδην αὐτῷ μετ' ἰδίων ὁπλιτῶν, ὅλῃ τοὺς ἑ-
βραίους ἥξειν. τῷ δὲ προθύμως ὑποχομένου, καὶ φα-
σαντος ὡδηγήσειν, ἐν ᾧ τὴν ἀμοιβὴν αὐτῷ
ἀντὶ μὲν τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς ξενίας ἀποδώσειν, καὶ ποιήσειν αὐ-
τὸν φύλακα τοῦ σώματος μετὰ τῶν ἑταίρων, καὶ τῆς ἀγῶνος τοῦ πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ νοῦν χωρήσαντος αὐτοῖς
ἐπηγγείλατο, τῆς τιμῆς καὶ πίστεως ὑποχήσει τὸ προθύμων αὐτῷ μᾶλλον αὔξων.

Se enim seruatorem suum, hominem spectatæ per multa officia beneuolentiæ, in exilium actum, & sæpe in capitis discrimen abductum, amicorúmque consuetudine orbarum persequi non desistere. illum verò pro hostili infectatione salutē sibi reponere. Tum Dauid iussit vt mitteret qui & spiculum & lecythum reportarent, hoc attestatus, quòd Deus futurus esset vtriusque naturæ & morum ac gestorum index, cui notum esset, quòd ea quoque die pepercisset inimico, quem in manu erat interficere. Atque hoc modo Saulus iam iterum clementia Dauidis incolumis è manibus emissus, retro in regiam se recepit. 1. Reg. 27.
Cæterùm Dauid veritus ne si diutius in eis locis hæreret tandem comprehenderetur, consultius putauit in Palæstinam transire, & illic degere: quod cùm cæteris quoque visum esset, vnà cum sexcentorum manu ad Anchum se contulit regem Gittæ, vnius è quinque eius gentis ciuitatibus: vbi domicilio accepto à rege cum duabus vxoribus Achima & Abigæa habitauit. Saulus autem certior factus posthac destitit contra eum aut proficisci aut militem mittere, videns id sibi iam bis malè cessisse, minimúmque abfuisse quin captando caperetur. Dauidi autem non placuit in vrbe Gitta manere, sed petiit à rege vt ad pristinam erga se hospitalitatē hoc quoque adiiceret, & agri partem ad incolendum ei cum suis attribueret. Vereri enim se ne intra mœnia morando onerosus Gittensibus videatur. annuit eius precibus rex, & vicum quendam nomine Sicellam ei donauit, quem Dauid postea regnum adeptus adeò dilexit, vt suam & posterorum priuatam possessionem in perpetuum esse voluerit: qua de re aliàs fusius dicturi sumus. totum autem tempus quo Dauid apud Sicellam vixit, fuerunt menses quatuor, additis viginti diebus. ex eo loco clancularijs excursionibus Palæstinæ gentis vicinos sibi Saritas & Amalecitas infestabat, magnas iumentorum & camelorum prædas abigens. mancipia enim non abstrahebat, veritus ne horum indicio res ad Anchum regem perferretur. De manubiis autem munera mittere ad regem solebat. quo percontante vnde eas prædas ageret, meridionalem Iudæorum regionem campestrem incursare se respondens, regi facilè persuasit vt crederet quod verum esse vehementer cupiebat. sperabat enim Dauidem si hostiliter gentem propriam tractasset, præcluso reditu semper posthac obnoxium se habiturum. Et parabatur tum bellum in Hebræos communi Palæstinorum decreto, indicto omnibus eius nominis sociis die ad conueniendum in Rengam, vbi collectum exercitum Anchus in hostem ducturus erat: & inter cætera auxilia Dauidem cum sexcentorum cohorte euocauerat. quo promptè operam pollicente, & dicente adesse tempus referendæ hospitalis gratiæ, rex contrà quo magis cũ sibi deuinciret, promisit se eum re bene gesta in summo apud se honore habiturum, & satellitio suo præpositurum.

XIV.
1. Reg. 28.

CAP. XV.

Hebræi à Palæstinis magno prælio vincuntur, in quo Saulus rex vnà cùm filiis fortiter pugnans occubuit.

SAulus autem è regno suo diuinos omnes & ventriloquos ac ariolos cæterosque similis vanitatis homines eiecerat, solis prophetis retentis: cúmque audisset Palæstinos Sonnam vsque vrbem progressos castra ibi metatos, & ipse cum suis copiis illuc occurrit: & iuxta mõtem quendam Gelboe dictum castra è regione hostium posuit. vbi non mediocris trepidatio illum incessit, reputantem hostilem exercitum viribus longè præcellere: qua de re solicitus ad oraculum Dei confugit, euentum prælij scisciscitans. Deo autem silente magis etiam territus prorsus animum despondit, præsagiens cladem imminere, posteaquam Deus præter solitum auxiliatricem manum subtraheret. quæri nihilominus imperat mulierculam quampiam ventriloquam, & manes elicere callentem, quo vel sic rerum euentum prænosceret. nam ventriloquorum genus euocatis defunctorum animabus per eas futura scisciscantibus prædicunt. cũque indicio cuiusdam familiaris sui comperisset esse talem mulierculam in oppido Endoro, ignaris omnibus mutato regio habitu, assumptísque duobus fidissimis famulis ad Endorum & mulierem fatidicam proficiscitur: rogátque eam vt diuinet, educátque ad superos animam viri cuius ipse voluerit. illa autem repugnante & negante se edictum regis contemptura, qui hoc diuinaculorum genus à suo regno arceat: & obtestãte ne nulla iniuria lacessitus insidias sibi strueret, quo deprehensa veritas artes attrectare ad supplicium raperetur: iurauit neminẽ hoc resciturum, neque se responsum cum aliis communicaturũ, sed fore eam extra omne periculum. Vt verò iureiurando persuasa est non timere, iussit eam Samuelis animam excitare. quæ cùm nesciret quisnam fuisset Samuel, ab inferis hunc euocat. quo in cõspectum veniente, mulier specie viri diuina & veneranda perterrita ac stupefacta, versa ad regem, nónne, inquit, tu es Saulus rex? hoc enim ex Samuele dicerat. Quo annuente & rogante trepidationis causam, ait se videre ascendentem virum diuina quadã specie præditum. percontante deinde qua effigie quóve habitu esset ac ætate, ait senem esse venerandum, habitu sacerdotali amictum. Agnouit rex Samuelem esse, & procidens adoratione salutauit. anima autem Samuelis interrogante quam ob causam elici ac suis moueri sedibus iusserit, necessitate se huc adactum conquestus est. imminere enim grauem hostium exercitum, & se inopẽ esse cõsilij destitutum à Deo, neque per vates, neque per somniorum visiones futura præsignare dignãte. quapropter ad eum se cõfugisse, cui res suas semper curæ fuisse sit expertus. Samuel verò adesse iam regi extremum vitæ diem præuidens, superuacaneum respondit ex ipso futura scitari, cùm à Deo destitutum se agnoscat. Audi ta-

Κεφάλαιον ιά.

Ως στρατευσαμένων παλαιστινῶν πάλιν ὑπὲρ τοὺς ἑβραίους ἡττήθησαν οἱ ἑβραῖοι τῇ μάχῃ. καὶ ὁ σαοὺλος αὐτὸς σὺν υἱοῖς ἀπέθανεν μεταπεμψάμενος τὴν ἐγγαστρίμυθον.

ΕΤυχε δὲ σαοὺλος ὁ τῶν ἑβραίων βασιλεὺς τοὺς μάντεις καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους ἅπαντας τιμῶν τοιαύτην τέχνην ἐκ τῆς χώρας ἐκβεβληκὼς ἔξω τῆς θεοφητίας. Ακούσας δὲ τοὺς παλαιστινοὺς ἤδη παρόντας καὶ ἐγγὺς ἀφεστηκότας πόλεως ἐν τῷ πεδίῳ κειμένης ἐστρατοπεδευκότας, ἐξώρμησεν ἐπ' αὐτοὺς μετὰ τῆς δυνάμεως. καὶ προσβαλόμενος πρὸς ὄρει τινὶ γηλοειδεῖ καλουμένῳ, βάλλεται στρατόπεδον ἀπέναντι τῶν πολεμίων. θεάσεται δὲ αὐτὸν οὐχ ὡς ἔτυχεν ἰδόντα ἡ τῶν ἐχθρῶν δύναμις, πολλή τε οὖσα καὶ τῶν οἰκείας κρείττων ὑπονοουμένη. καὶ τὸν θεὸν δηλα τῆς θεοφητίας ἠρώτα πρὸς τὰ μάχης, καὶ τί πρὸς ταύτην ἐσομένῳ τέλους προσειπεῖν. οὐκ ἀποκεκναμένῳ δὲ τῷ θεῷ, ἔτι μᾶλλον ὁ σαοὺλος κατέδεισε, καὶ τὴν ψυχὴν κατέπεσε, τὸ κακὸν οἷον εἰκὸς ἐκ παρόντος αὐτῷ καὶ χεῖρα τοῦ θεοῦ προφερόμενος. ζητηθῆναι δὲ αὐτῷ κελεύει γυναῖόν τι τῶν ἐγγαστριμύθων, καὶ τὰς τῶν τεθνηκότων ψυχὰς ἀνακαλέσθαι, ὡς ἂν γνωσόμενος εἰ καὶ νικᾷ χωρεῖν αὐτῷ μέλλοι τὰ πράγματα. τὸ δὲ τῶν ἐγγαστριμύθων γένος ἀπάγειν τῶν νεκρῶν ψυχὰς, δι' αὐτῶν προλέγει τοῖς δεομένοις τὰ ἀποβησόμενα. μεμυθένος δέ τινος τῶν οἰκετῶν εἶναί τι γυναῖον τοιοῦτον ἐν πόλει Ενδώρῳ, λαθὼν πάντας τοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ ἀπεκδὺς τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα, δύο μεθ' ἑαυτοῦ οἰκέτας οἷς ἥδει πιστοτάτους ὄντας, ἦκεν εἰς τὴν ἐνδώρειον πρὸς τὴν γυναῖκα. καὶ παρεκάλει μαντεύεσθαι καὶ ἀνάγειν αὐτῷ ψυχὴν, ἣν ἂν αὐτὸς εἴπῃ. ἡ δὲ γυνὴ μὴ ἀποφεύγειν ἀποφεύγουσα καὶ καταφρονήσειν τοῦ βασιλέως, ὃς τοῦτο γένος τῶν μάντεων ἐξήλασεν, ἐπὶ αὐτὸν ἦ ποιεῖν καλῶς ἀδικηθέντα μηδὲν ὑπ' αὐτῆς, ἐνεδρεύοντα ἢ εἰς τὰ κεκωλυμένα λαβεῖν αὐτὴν ἵνα δὴ δίκην, ὥμοσε μηδένα γνόσεσθαι, μηδὲ παρ' ἄλλων ἄγειν αὐτῆς τὴν μαντείαν, ἔσεσθαι δὲ ἀκίνδυνον. ὡς δὲ τοῖς ὅρκοις αὐτὴν ἔπεισε μὴ δεδιέναι, κελεύει τὴν σαμουήλου ψυχὴν ἀναγαγεῖν αὐτῷ. ἡ δὲ ἀγνοοῦσα τὸν σαμουήλον ὅς τις ἦν, καλεῖ τοῦτον ἐκ ᾅδου. φανέντος δὲ αὐτῇ, θεασαμένη τὸ γύναιον καὶ δέος σεμνὸν καὶ θεοπρεπῆ θεάσατο, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν ἐκπλαγῆ, καὶ σύ φησιν ὁ βασιλεὺς σαοὺλος; ἐδήλωσε γὰρ αὐτὸν ὁ σαμουήλος. ὑπενδύσαντος δ' ἐκείνου, καὶ τὴν ἁρμονίαν αὐτῆς ἐσομένου πόθεν γένοιτο, βλέπειν εἶπεν ἀνελθόντα θεὸν πνὰ τὴν μορφὴν ὅμοιον. τὸ δὲ τὴν εἰκόνα φράζειν καὶ τὸ σχῆμα θεασθέντος καὶ τὴν ἡλικίαν κελεύσαντος. γέροντα μὲν ἤδη καὶ ἐνδοξον εἰσήμανεν, ἱερατικὴν δὲ περικείμενον διπλοΐδα. ἐγνώρισεν ἐκ τούτων ὁ βασιλεὺς, τὸν σαμουήλον ὄντα, καὶ πεσὼν ὑπὲρ τὴν γῆν, προσεκύνησε. δ δὲ σαμουήλου ψυχῆς πυθομένης δι' τι κινήσειν αὐτὴν καὶ ἀναχθῆναι ποιήσαι, τὴν ἀνάγκην ἀπωδύρετο, ὅτι πολεμίους ὁπλίζει βαρεῖς αὐτῷ, αὐτὸν δὲ ἀμηχανεῖν τοῖς παροῦσιν ἐγκαταλελειμμένον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ μήτε προρρήσεως τυγχάνοντα, μήτε διὰ προφητῶν, μήτε δι' ὀνειράτων. καὶ διὰ τοῦτο ὅτι σε τὸν ἀεὶ ἐμοῦ προνοησάμενον κατέφυγον. σαμουήλος δὲ, τέλος αὐτὸν ἔχοντα ἤδη τῆς μεταβολῆς ὁρῶν, θεῖόν μὲν εἶπεν ἔτι καὶ παρ' ἐμοῦ βούλεσθαι μαθεῖν, τῷ θεῷ

τῦ θεῦ καταλελοιπότος αὐτόν. ἄκυσε γε μὴν, ὅτι βασι- A
λεῦσαι δεῖ δαβίδ λίαν, καὶ κατορθῶσαι τὸν πόλεμον. σὲ δ'
ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐκ τῆς ζωῆς ἀπολέσαι, τῦ θεῦ σῶ παρακού-
σαντα, ἐν τῷ πρὸς ἀμαληκίτας πολέμῳ, ἐκ τὰς ἐντο-
λὰς αὐτῦ μὴ φυλάξαντα, καθὰ προεφήτευσά σοι καὶ
ζῶντι. ἴσθι δέ νυν ἐκ τὸν λαὸν ὑποχείριον τοῖς ἐχθροῖς γε-
νησόμενον, καὶ σαυτὸν μετὰ τῶν τέκνων αὔριον πεσόντα ὑπὸ
τὸν μάχης μετ' ἐμοῦ γυμνόμενον. ταῦτ' ἀκούσας ὁ σαῦ- B
λος ἄφωνος ὑπὸ τῆς λύπης ἐγένετο. καὶ κατενεχθεὶς
εἰς τ' ἔδαφος, εἴτε δι' ἐκ προπεσοῦσαν ἐκ τῆς δεδη-
λωμένων ὀδύνης, εἴτε δι' ἔνδειαν, ἃ δὴ προσενή-
νοχε ζοφερὰ τῇ παρελθούσῃ ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτὶ, ῥᾳδίως
κατενίνοχε. μόλις δ' ἑαυτῦ γυόμενον, συνεπάγκασεν
ἡ γυνὴ γεύσασθαι, ταύτην αἰτουμένη παρ' αὐτῦ τὴν χά-
ριν, ἀντὶ τ' ὠφελείας μαντείας ἧς ἐκ ἔχον αὐτῇ
ποιήσασθαι δι' ἐκ φόβον αἰτουμένη τὴς δίκης, ὅμως
ὑπέσχη καὶ παρέσχεν. αὐτὴ δ' ὧν παρεκάλει, ζᾴπεζαί τε C
αὐτῦ ὠφελουμένου ἐκ ζοφερὰ, ὡς ἂν τάχιστα ἰσχὺν συλλέ-
ξάμενος, εἰς τὸ τῆς οἰκείων ἀποσωθῆ στρατοπέδον. αὐ-
τεχόντα δ' καὶ τελέως ἀπεσταλμένον ὑπὸ τ' ἀθυμίας,
ἐβιάσατο καὶ συνέπεισεν. ἔχυσα δ' μόχον ἕνα συνήθη
καὶ τ' κατ' οἶκον ἐπιμελείας ἐκ ζοφερᾶς ἀξιούμενον ὑπ'
αὐτῆς, ὡς γυνὴ χερνῆτις, καὶ τούτῳ μόνῳ περισσαναπαυ-
ομένη τῷ κτήματι, καταστράξασα τοῦτον, καὶ τὰ κρέα
σκευασθέντα, τοῖς οἰκέταις αὐτῦ καὶ αὐτῷ παρατί-
θησι. καὶ σαῦλος μὲν δι' τ' νυκτὸς ἦλθεν εἰς τὸ στρατόπε- D
δον. δίκαιον δ' ἀποδέξασθαι τ' φιλοτιμίας τ' γυναῖκα, ὅτι
καίπερ τῇ τέχνῃ κεκωλυμένη χρήσασθαι ὑπὸ τ' βασι-
λέως, παρ' ἧς αὐ αὐτῇ τὰ κατ' τ' οἶκον ἐῶ ἀμείνω καὶ
δραστέρα, καὶ μηδέποτε αὐτ' πρότερον πεθεαμένη, ἐκ
ἐμπεσικάκησεν τ' ὀπτησίμης ὑπ' αὐτῦ καταλυωθείσης,
ἐκ ἀπεστράφη δ' ὡς ξένον καὶ μηδέ ποτ' ἐν συνηθείᾳ
γεγυμνένον. ἀλλὰ συνεπάθησέ τε, ὡς παρεμυθήσατο,
καὶ πρὸς ἃ διέκειτο λίαν ἀνδρῶς προεξέφατο, καὶ τὸ μό-
νον αὐτῇ παρὸν ὡς ἐν πενίᾳ, τοῦτο παρέσχεν ἐκτενῶς ὡς E
φιλοφρόνως, ἔνθ' ὑπὲρ ἀνεργεσίας ἀμοιβῆς τινὸς γεγυμ-
νένης, ἤτε χάριν μέλλουσαν θηρωμένη, τελευτήσοντα
δὲ αὐτ' ἠπίσατο, φύσει τ' ἀνθρώπων, ἢ πρὸς τὸν ἀγαθόν
τι παρεσκευμένης φιλοτιμευμένων, ἢ παρ' ὧν αὐτὴ δύνων
λαβεῖν ὄφελος τύτυς προθεραπεύοντων. καλὸν οὖν
ὄντι μιμεῖσθαι τ' γυναῖκα, καὶ ποιεῖν δ' πάντας ἐν χρείᾳ
γυομένης, καὶ μηδὲν ὑπολαμβάνειν ἄμφνον, μηδὲ μᾶλ-
λον τι προσήκειν τῷ τ' ἀνθρώπων γένει τύτων, μηδ'
ἐφ' ᾧ τ' θεὸν ἀνιμένη καὶ χορηγὸν τ' ἀγαθῶν ἔχωμεν. καὶ F
τὰ μὲν πρὸς τ' γυναικὸς, ἐν τοσύτοις ἀρκεῖ δεδηλῶσθαι. τ'
δὲ πόλεσι καὶ δήμοις, καὶ ἔθνεσι συμφέροντα λόγον καὶ προ-
σήκοντα τοῖς ἀγαθοῖς, ὑφ' ἃ προσαχθήσον) πάντες ἀ-
ρετὴν διώξειν, καὶ δηλῶντα δόξαν, καὶ μνήμην αἰωνίαν πα-
ρέξειν δυνησόμενον, ποιήσομαι πολλὰ καὶ βασιλεῦσιν
ἐθνῶν, καὶ ἀρχῦσι πόλεων, ὑπομνήματα καὶ παραδίδωσι τῆς
καλῶν ἐπιθήσοντα, καὶ πρὸς τε τὰς κινδύνους, καὶ τ' ὑπὲρ
τῆς πατρίδων θανάτων προτρεψόμενον, καὶ πάντων κα- G
ταφρονεῖν διδάξοντα τῆς δεινῶν. ἔχω δ' αἰτίαν τ' λόγε
τύτου, σαῦλον τ' τῆς ἑβραίων βασιλέα. οὗτος γὰρ καίπερ
εἰδὼς τὰ συμβησόμενα, καὶ τὸν ὑπεκκείμενον θάνατον,
τῷ προφήτῃ προειρηκότος, ἐξ ἧνπερ φυγεῖν αὐτὸν, ἀδὲ
φιλοψυχήσας προδῶναι μὲν τοὺς οἰκείους τοῖς πολεμίοις,

men, inquit, in fatis esse vt David assumpta regia dignitate bellum ex sententia conficiat. te verò & principatum & vitam simul amittere, eo quòd in bello quod contra Amalecitas gessisti obediens Deo non fueris; & quæ tibi per me etiam tum viuum mandauit neglexeris. Scito igitur & exercitum tuum ab hoste profligandum, & te vnà cum filiis in prælio cadentem cras mecum futurum. His auditis Saulus obmutuit præ mœstitia, & in humum collapsus est, sine ob subitaneam tristitiam viribus deficientibus, siue ob inediam, quod ea nocte ac præterita die corpus cibo recurare neglexisset. tandem cùm ægrè ad se ipsum redisset, mulier vrgebat eum vt cibum sumeret, hanc gratiam ab ipso reposcens officij, quod per interdictas artes non sine suo periculo poscenti præstiterat, priusquam sciret hunc ipsum esse qui interdixit. pro quo beneficio hoc tantùm reposcebat, vt mensa apposita vires refoueret, quo ad exercitum redire valeret. resistentem verò & cibum omnem præ desperatione auersari pergentem, tantùm non adegit improbis precibus vt assentiretur. cúmque vnicum haberet vitulum domi à se educatum mulier quotidianis operis victum sibi parans, & nihil præterea possidens, hoc mactato carnes coctas ipsi & famulis apposuit. Saulus verò eadem nocte in castra est reuersus. Mirari succurrit hoc loco mulieris huius comitatem ac liberalitatem, quæ tametsi à rege artem exercere vetita quà victum parare assueuerat, hominem numquam antè visum, immemor totam alendi se rationem per hunc sibi ademptam, non auersata est, vt hospitem & ignotum, sed commiserata & consolata ad fastiditum cibum sumendum adhortata est: & quod solum mulieri pauperi superfuit, promptè ac libenti animo apposuit, nec gratiam pro beneficio rependens, nec officio fauorem regis captans, quæ iamiam moriturum præsciebat: cùm tamen homines natura ita comparati simus, vt tum demum officiosos esse libeat, quando aut pro meritis gratia est rependenda, aut ipsi demereri quempiam cupimus, quem cumulatè aliquando beneficium repositurum speramus. Egregium igitur exemplar beneficentię nobis exhibuit, ostendens nihil esse potius quam in necessitate constitutos subleuare, nihil quod hominem magis deceat, nihil quod Deum æquè conciliet, & ad benefaciendum nobis prouocet. atque hæc de muliere illa dixisse sufficiat. Nunc aliam quandam admonitionem scriptis meis iuuat inserere, cùm populis ac gentibus profuturam, tum præcipuè viris eximiis & ad gloriam natis incitamento futuram ad virtutem: quandoquidem hæc sola in sempiterna memoria sui cultores collocare valens, magnum calcar ad honesta studia tam regibus gentium, quàm ciuitatum magistratibus debet subdere, vt contemptis periculis atque etiam certa morte, nihil durum pro patria subire ac sustinere subterfugiant. Quod vt faciam opportunè Sauli Hebræorum regis illustre exemplum flagitat. Hic enim licet futuri gnarus, & de obitu suo præmonitus à propheta, noluit tamen eum vitare, & ob vitæ cupiditatem exercitum hosti prodere;

atque hoc modo regiam maiestatem dehonestare: sed cum liberis totáque familia periculo se obiiciens, pulchrum existimauit in prælio pro suo subditis imperio pugnando cadere, & filios in eiusdem laudis societatem assumere, potiùs quàm superstites relinquere, incertum qualésnam futuros. Sic enim existimauit, loco posteritatis perpetuam laudem & immortalem memoriam sibi futuram. Quamobrem hic mihi verè iustus & fortis ac prudens fuisse videtur, & si quis huic similis fuit aut futurus est, huic virtutis testimonium ab omnibus reddi æquum censeo. Nam illos qui cum certa victoriæ incolumitatísque spe bellum aggrediuntur, posteaquam magnificum aliquid gesserint, non censeo meritò fortitudinis titulis insigniri ab historicis aliísque scriptoribus. Sed quamuis & illis sua laus debeatur, soli tamen generosi ac fortes periculorúmque contemptores iure dici possunt, qui Saulum æmulantur. Quid enim magni est communem martis aleam subire, & inter spem ac metum fluctuando, si fortuna affulserit fauore eius uti? contra nihil lætum sperantem, & præscium quòd necesse sit in pugna cadere, & intrepidè tamen & imperculso animo fato minanti occurrere, id verò generosi & fortis viri facinus ego censeo. Hæc est Sauli nostri laus, qui exemplo est omnibus veræ gloriæ amatoribus, vt si honesti apud posteros nominis rationem habent, idem sibi si quando vsus veniat proponant: in primis autem regibus, quibus propter fortunæ sublimitatem adeò nõ licet esse ignauis, vt turpe sit etiam mediocritatem fortitudinis non excedere. Possem quidem etiam plura in hoc argumento de Sauli generositate dicere: verùm ne videat immodicus, eò vnde digressi sumus reuertar. Palæstinis copias vndique contrahentibus, delectúque per singulas gentes ac regna & satrapias habito, nouissimus venit cum suo milite rex Anchus, quem secutus est Dauid cum sexcentorum cohorte, quem vbi viderunt Palæstinorum duces, percontabantur regem vndénam venirent Hebræi, aut à quo vocati. Is respondit Dauidem iram domini sui Sauli fugientem, à se exceptum, nunc vt gratiam hospiti referat, vtque de Saule vindictam sumat, in auxilium venisse. at illis non probabatur, quod veterem hostem in auxilium acciuisset: suadebántque vt eum retrò remitteret, ne fortè cladem aliquam ipsis afferat. facilè enim habiturum occasionem se reconciliandi domino, si hostibus eius detrimẽtum aliquod attulerit. Quare prospiciendum esse in futurum, Dauidémque cum sua cohorte ad agros à rege illi assignatos remittendum. Hunc enim esse illum Dauidem virginibus cantatum, quòd plurima Palæstinorum millia deleuisset. Visum est regi quoque Gittæ rectè illos monere: móxque accito Dauide: Equidem, inquit, fidem tuam ac virtutem compertam habens socium huius expeditionis te assumpsi, sed cæteris ducib. hoc nó probatur.

1. *Reg.* 11.

2. *Reg.* 29.

καθυβρίσαι δὲ τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα, ἀλλὰ παραδοὺς αὐτὸν πανοικὶ μετὰ τῶν τέκνων τοῖς κινδυνίοις, καλὸν ἡγήσατο ἑῷ, πεσεῖν μὲν τούτων, ὑπὲρ τῆς βασιλευομένων μαχόμενος, καὶ τοὺς παῖδας ἀποθανεῖν μᾶλλον ἀγαθοὺς ὄντας, ἢ καταλειπεῖν ἐπ' ἀδήλῳ, τὸ ποδαπὸν γνήσονται τὸ τέρπον. ἀγαθοχίᾳ γὰρ ζῆλος τὸν ἔπαινον καὶ τὸ ἀγήρω μνήμην ἔξειν. ἔστ' οὖν δίκαιος καὶ ἀνδρεῖος, καὶ σώφρων ἐμοί γε δοκεῖ μόνος, καὶ εἴ τις γέγονε τοιοῦτος ἢ γένηται, τὴν μαρτυρίαν ἐπ' ἀρετῇ, καρποῦσθαι ἁπάντων ἀξιῶ. τοὺς γὰρ μετ' ἐλπίδων ὅπη πόλεμον ἐξελθόντας ὡς καὶ κρατήσοντας καὶ σώους ὑπερφέροντας, ἐπειδὴ αὖ τι δυστυχέσι λαμπρὸν, ἔμοι δοκοῦσι καλῶς ποιεῖν ἀνδρείους ἀποκαλοῦντες, ὅσοι περὶ τῶν τοιούτων ἐν ταῖς ἱστορίαις καὶ τοῖς ἄλλοις συγγράμμασιν εἰρήκασιν. ἀλλὰ δίκαιοι μὲν εἰσι καμεῖνοι, τυγχάνειν ἀποδοχῆς. δύψυχοι δ' οὐ μεγαλόψυχοι, καὶ τῶν δεινῶν καταφρονηταὶ μόνοι δικαίως αὖ λέγοιντο πάντες οἱ σαύλου μιμησάμενοι. τὸ μὲν γὰρ εἰδότας τὰ μέλλοι συμβήσεσθαι κατὰ τὸν πόλεμον αὐτοῖς, μὴ μαλακιοῦσθαι περὶ αὐτὸν, ἀλλ' ἀδήλῳ τῷ μελλόντι ἀποδόντας αὑτοὺς, ἐπ' αὐτὸ σαλεύειν, ἀδ' ὅπως νικήσουν, κἂν ἔργα πολλὰ δυστραπεξάμενοι τύχωσι. τὸ δὲ μηδὲν ἐν τῇ δυσνοίᾳ χρηστὸν προσδοκῶντας, ἀλλὰ προειδότας, ὡς δεῖ θανεῖν, καὶ τοῦτο παθεῖν μαχομένους, εἶτα μὴ δὲ φοβηθῆναι, μὲν δὲ καταπλαγῆναι τὸ δεινὸν, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸ χωρῆσαι προσμενοσκόμενον, τοῦτ' ἀνδρείως ἀληθῶς τεκμήριον ἐγὼ κρίνω. σαούλος τοίνυν τοῦτο ἐποίησεν, ὅτι εἶχε ὅτι πάντας μὲν προσῆκε τῆς μετὰ θάνατον δυφημίας γλιχομένους ταῦτα ποιεῖν, ἐξ ὧν ἂν αὐτοῖς ταύτην καταλίποιεν. μάλιστα δὲ τοὺς βασιλέας, ὡς ἐκ ἐξὸν αὐτοῖς δυστραπεξάμενοι τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς ἀ μόνον ἀ κακοῖς κρίνεσθαι, τοῖς ἀρχομένοις, ἀλλ' ἀδὲ μετρίως χρηστοῖς. ἐπὶ τούτων πλείω προσῆκε σαύλα ζῆν δύψυχίας λέγειν ἐδυνάμην, ὕλλων ἡμῖν χορηγησάσης τῆς ἱστοθέσεως, ἀλλ' ἵνα μὴ φανῶ ἀπροσκάλως αὐτὸ χρώμενος τοῖς ἐπαίνοις, ἐπανέιμι πάλιν ἀφ' ὧν εἰς τοῦτο ἐξέβην. κατεστρατοπεδευκότων γὰρ τῶν παλαιστινῶν ὡς πρὸς πόν, καὶ κῶν ἔθνη καὶ βασιλείας ζ σατραπείας ἐξαριθμουμένων τὴν δύναμιν, τελευταῖος βασιλεὺς παρῆλθεν ἀγχοῦς, μετὰ τῆς ἰδίας στρατιᾶς. μετ' αὐτὸν δ' ὁ δαβίδης, μετὰ τῶν ἑξακοσίων ὁπλιτῶν, εἵπετο. θεασάμενοι δ' αὐτὸν οἱ στρατηγοὶ τῶν παλαιστινῶν, πόθεν εἶησαν ἥκοντες οἱ ἀβεβαῖοι, καὶ τίνων καλεσάντων, ἠρώτων τὸν βασιλέα. ὁ δὲ δαβίδην ἐλεγεν εἶ, τὸν φυγόντα σαύλον τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα δέξασθαι, καὶ νεῶν τ' χάριτος ἀμοιβὴν ἐπίσασθαι βελόμενον, καὶ πιμφήσασθαι τὸν σαύλον, συμμαχεῖν αὐτοῖς. ἐμέμφθη δ' ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ἀνδρα παρειληφὼς ὅτι συμμαχίᾳ πολέμιον ζ δυσπέμπτων συνεβάλλοιτο, μὴ ζ λάθῃ μέγα δ' αὐτὸν κακὸν τοῖς φίλοις ἐργασάμενος. καμεῖν γὰρ αὐτῷ παρέξειν τ' καταλλαγὴν πρὸς τ' δεσπότην, κακώσαντα τ' ἡμετέραν δύναμιν. ὁ δὴ καὶ προορώμενον εἰς τ' τόπον ὃν ἔδωκεν αὐτῷ κατοικεῖν, ἐκέλευον δυσπέμπειν σὺν τοῖς ἑξακοσίοις ὁπλίταις. τοῦτον γὰρ εἶ δαβίδην ὃν ἀδεσιν αἱ παρθένοι, πολλαὶ μυριάδας παλαιστίνων ἀπολέσαντα. ταῦτ' ἀκούσας ὁ τ' γιτῶν βασιλεὺς, καὶ καλῶς εἰρῆσθαι λογισάμενος, καλέσας τ' δαβίδην. ἐγώ μὲ μαρτύρῶ σοι πολλὴν περὶ ἐμὲ σπουδὴν καὶ δύνοιαν, καὶ ὁρᾷ τ' τὸ σύμμαχον ἐπαγόμενον, ἃ δοκεῖ ἦ ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς. ἀλλ'

ἀλλ' ἄπιθι μεθ' ἡμέραν εἰς ὃν ἔδωκά σοι τόπον, μηδὲν ὑποπτεύων ἄδηλον, καὶ ἐκεῖ φύλαξόν μοι τὴν χώραν, μή τινες εἰς αὐτὴν τὴν πολεμίων εἰσβάλλωσιν. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο, συμμαχίας μέρος. καὶ Δαβίδης μὲν, ὡς ἐκέλευσεν ὁ τῆς γυναικὸς βασιλεύς, ἦκεν εἰς Σίκελλα. καὶ ὃν μὲν καιρὸν ἐξ αὐτῆς συμμαχήσων τοῖς παλαιστινοῖς ἀπῆλθε, τὸ τῆς Ἀμαληκιτῶν ἔθνος ἐπελθὸν, αἱρεῖ τὴν Σίκελλαν κατὰ κράτος, καὶ ἐμπρήσαντες, καὶ πολλὴν λείαν ἄλλην ἔκ τε αὐτῆς ἐκείνης καὶ τῶν ἄλλων τῆς παλαιστινῶν χώρας λαβόντες, ἀνεχώρησαν. ἐκπεπορθημένην δὲ τὴν Σίκελλαν καταλαβὼν ὁ Δαβίδης, καὶ διηρπασμένα πάντα, καὶ τοὺς γυναῖκας τὰς ἑαυτοῦ, δύο γὰρ ἦσαν, καὶ τὰς γυναῖκας τῶν ἑταίρων σὺν τοῖς τέκνοις ἠχμαλωτισμένας, περιῤῥήγνυται δι' ὅλης τῆς ἐσθῆτα. κλαίων δὲ καὶ ἀθυρόμυθος μὴ τῶν φίλων, ὅτι τοσοῦτον περιέπεσε τοῖς κακοῖς, ὥστε αὐτὸν ἐπιλείπειν ἤδη καὶ τὰ δάκρυα. ἐκινδύνευσε δὲ καὶ βληθεὶς ὑπὸ τῶν ἑταίρων ἀλλοφύλων ὅτι τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν γυναικῶν καὶ τῶν τέκνων ὑποθανεῖν. αὐτῷ γὰρ τῶν γενομένων ἠπόρητο. ἀπαρχὰς δὲ ἐκ τῆς λύπης, καὶ τὴν διάνοιαν πρὸς τὸν θεὸν ἀναπήσας, παρεκάλεσε τὸν ἀρχιερέα Ἀβιαθάρην ἐνδύσασθαι τὴν ἱερατικὴν στολὴν, καὶ ἐπερωτῆσαι τὸν θεόν, καὶ μαντεύσασθαι εἰ διώξαντι τοὺς Ἀμαληκίτας δώσει καταλαβεῖν, καὶ σῶσαι τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, τιμωρήσασθαι τοὺς ἐχθρούς. τοῦ δὲ ἀρχιερέως διώκειν κελεύσαντος, ἐκπηδήσας μετὰ τῶν ἑξακοσίων ὁπλιτῶν, εἵπετο τοῖς πολεμίοις. ὡδοιπορούμενος δὲ ὅτι πρὸς χείμαῤῥον, βάσελον λεγόμενον, καὶ πλανωμένῳ τινὶ προσπεσόντι, ἀγυπτίῳ μὲν τὸ γένος, ὑπὸ ἀνδρίας καὶ λιμῷ παρειμένῳ, ζῆσαι γὰρ ἡμέρας ἐν τῇ ἐρημίᾳ πλανώμενος ἄσιτος διεκαρτέρησε, πρῶτον αὐτὸν ποτῷ καὶ ξοφῇ παραστήσαντες καὶ ἀναλαβὼν ἐπύθετο, τίνος τε εἴη καὶ πόθεν. ὁ δὲ, γένος μὲν ἐσήμαινεν, ἀγύπτιος ὤν. καταλειφθῆναι δὲ ὑπὸ τοῦ δεσπότου κατ' ἀῤῥωστίαν ἑπεσθαι μὴ δυνάμενον. ἐδήλου δ' αὐτὸν τῆς καταῤῥησάντων καὶ διηρπακότων ἀλλά τε ἃ ἐδαίας καὶ τὴν Σίκελλαν ἧς. χρησάμενος οὖν ὁ Δαβίδης τούτῳ ὅτι τοῖς Ἀμαληκίταις ὁδηγῷ, καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς ὅτι γῆν ἐῤῥιμμένους, καὶ τοὺς μὲν ἀρίστους, τοὺς δὲ καὶ μεθύοντας ἤδη καὶ λελυμένους ὑπὸ τοῦ οἴνου, καὶ τῆς λαφύρων καὶ τῶν λείας ἀπολαβόντας, ὅπλοις ἀφυλάκτοις, πολλὴν αὐτῆς φόνον εἰργάσατο. γυμνοὶ γὰρ ὄντες, καὶ μηδὲν προσδοκῶντες τοιοῦτον, ἀλλὰ τὸ πεῖν καὶ δειπνεῖσθαι τεθαμμένοι, πάντες ἦσαν δυσκατέργαστοι. καὶ οἱ μὲν αὐτῆς, ἐπὶ τῆς τραπέζης κατακειμένων, ὅπλα καταλαμβανόμενοι παρ' αὐτῶν, ἀπήρυτο, καὶ παρέσυρεν αὐτῆς τὰ σπλάγχνα καὶ τὸ αἷμα, τοὺς δὲ δεξιουμένους ἀλλήλους ταῖς προπόσεσι διέφθειρεν, ἐνίους δὲ καὶ πρὸς ὕπνον ὑπὸ τοῦ ἀκράτου κατενεχθέντας. ὅσοι δ' ἔφθησαν προενθέμενοι τὰς παρόπλιας ἐκ σκηνῆς αὐτῷ σὺν αὐτῷ, τούτους ὀλίγον ἦν δύσκολον τῆς γυμνῶν καθεκομένων ἀπέσφαττε. διέμενεν δὲ, οἱ σὺν τῷ Δαβίδῃ καὶ αὐτοὶ ἀναιρούμενοι ὑπὸ πρωΐας ὥρας ἕως ἑσπέρας, ὡς μὴ προελιφθῆναι τῆς ἀμαληκιτῶν πλείονας ἢ τετρακοσίους. οἱ αὐτοὶ δὲ οὗτοι καμήλοις ὀχούμενοι διέφυγον. ἀνέσωσε δὲ πάλιν πάντα ἃ διήρπασαν αὐτὸν οἱ πολέμιοι, καὶ τάς τε αὐτοῦ γυναῖκας καὶ τὰς τῶν ἑταίρων. ὡς δὲ ἀναστρέφοντες ἦκον ὅτι τὸν τόπον, ἔνθα ἑξακοσίοις μὴ δυναμένοις αὐτοῖς ἐπισθαι, καταλελοίπεσαν ὅτι τῆς σκευῆς, οἱ μὲν τετρακόσιοι, τῆς μὲν ἄλλης ὠφελείας τε καὶ λείας

A quare confestim agrum quem tibi donaui, repete, nihil de voluntate nostra dubitans: & illic esto præsidio meæ regioni, ne interim dum cum exercitu absum, hostes aliqui eam per occasionem inuadant. hoc enim pacto non minus amici ac socii præstiteris officium. Paruit Dauid, & ad Sicellam se recepit. Sed interim dum Palæstinorum castra sequeretur, Amalecitarum gens expugnata & incensa Sicella, prædáque tam inde quàm ex vicinis Palæstinorum agris abacta, in suam regionem reuertebatur. Dauid autem vicum suum vastatum inueniés, omnibúsque direptis vtramque etiam vxorem abductam; & pari modo commilitonum vxores ac liberos cum cætera præda abactos, doloris impatiens scidit vestimenta sua: & adeò huic calamitati succubuit, vt non priùs flere ac lamentari suam & suorum vicem desineret, quàm lacrymæ eum deficerent. nec multum aberat quin ab iratis ob iacturam coniugum & liberorum militibus saxis impeteretur, quòd in ipsum causam tanti mali reiicerent. Postquàm autem à mœrore se recollegit, & animam ad Deum erexit, rogauit pontificem Abiatharum vt sumpto sacerdotali amictu Deũ consuleret, & oraculum referret; num Deus concessurus sit assecuto Amalecitas vxores ac liberos recipere, pœnásque de hoste sumere: pontifice verò iubente persequi, assumptis sexcentis armatis quantum potuit per vestigia hostium properauit. cúmque ad torrentem quendam nomine Basclum peruenisset, incidit in quendam Ægyptium errantem, iámque inopia & fame deficientem, qui toto triduo per desertum impastus oberrauerat. hunc cibo & potu priùs refocillatum, rogat cuius esset, & qua natione. is respondit se Ægyptium genere, à domino relictum in itinere, quòd propter languorem non posset agmen consequi eorum qui vastata Sicella finitimisque locis domum se recipiebant. Itaque hoc ductore Dauid vsus ad persequendos Amalecitas, assecutúsque eos in terram proiectos, & partim prandium sumentes, partim iam temulentos, & rebus ex præda quæsitis se oblectantes, ex improuiso irruens, magnam eorum stragem edidit. Inermes enim, & nihil tale expectantes, & epulis tantum ac compotationibus intenti, facilè ab armatis conficiebantur. alij enim instructi mensis accubantes, cruore appositos cibos inundabant, alij propinantes sibi inuicem opprimebantur, nonnulli verò somno iam ac vino sopiti: & si qui se interim armare potuerunt, non multo maiore negocio quàm cæteri cædebantur. durauit enim ea cædes à prandio vsque ad vesperam, vt ex omnibus Amalecitarum copiis ægrè quadringenti celeritate camelorũ ab internecione sint exempti. cæterùm præda omnis est recepta, vxorésque tam ipsius quàm Dauidis commilitonum. Remetientes autem iter postquam ad eum locũ peruenerunt vbi ducentos minus expeditos ad custodiam impedimentorum reliquerant, quadringenti illi nolebant eos in prædæ partem admittere,

quòd per ignauiam in persequendo hoste delassati fuissent, aiebátque contentos esse oportere receptis vxoribus ac liberis. Hanc eorum voluntatem iniquam Dauid pronunciauit. Par enim esse, vt victoria diuinitus concessa, receptísque ex hoste spoliis, vniuersi milites ex æquo fruerentur, maximè cùm reliqui impedimenta interim asseruauerint. ex eo præiudicio mos in posterum obtinuit, vt tantundem ex præda cederet iis qui pugnę interfuerunt, & iis qui interim circa impedimentorum custodiam sunt versati. Reuersus deinde Sicellam Dauid, per totam tribum Iudæ partes ex præda ad amicos & familiares misit. atque in hunc modum circa Sicellam & in persequendis Amalecitis res gesta est. Interea Palæstini acri prælio cum hoste congressi, & superiores facti, plurimos ex aduersa acie sternunt. ibi Saulus & filij contra hostem egregiè certantes, & hoc tantùm agentes ne inulti caderent, vtque honestis vulneribus confecti luctuosam hosti victoriã relinquerent, totam vim hostium in se conuerterunt: & circunuenti multitudine, magna circa se strage Palæstinorum edita postremo & ipsi hostium telis sunt obruti. fuerunt autem Sauli filij, Ionathas, Aminadabus & Melchisus. post quorum casum vniuersus Hebræorum exercitus profligatur: dúmque nullo ordine trepidi fugiunt, instantibus à tergo barbaris ingens cædes est perpetrata. Saulus quoque stipatus suorum caterua fugiebat: in quem Palæstini immissis sagittariis & iaculatoribus, omnes paucis exceptis confixerunt. ipse verò post multa fortia facinora edita, grauatus vulneribus, vt iam nec subsistere, nec sibi ipse manus inferre valeret, obsecrauit armigerum vt se ferro transfigeret, priusquam viuus in hostium potestatem fieret. quòd cùm armiger ob maiestatis reuerentiam detrectaret, ipse admoto ad pectus proprij gladij mucrone in eum incubuit. & cùm deficientibus viribus traiicere se non posset, circunspiciens iuuenem proximum rogat, quisnam esset: audiróque esse Amalecitam, orat vt se iuuaret effi. ere, quòd ipse suis manibus non quiret. qui postquam eius optata exsecutus est, ademptis aureis armillis & corona insigni regio, quantum potuit festinus inde se proripuit. armiger autem regius conspecta Sauli nece, ipse quoque se iugulauit. pari modo & vniuersum eius satellitium vnà cum domino suo cecidit, circa montem qui nominatur Gelboe. Qua clade audita ab Hebræis qui vallem vltra Iordanem sitam habitant, quíque campestres vrbes tenent, quòd Saulus rex cùm filiis & exercitu in prælio cecidisset, relictis suis oppidis in munitissimas quasque vrbes confugerunt: quæ Palæstini deserta nacti, facilè occupata ipsi posthac incoluerunt. Die verò quæ prælium proximè consecuta est, dum cæsorum cadauera spoliant, inciderunt in Sauli filios: úmque eius corpora, quibus exutis capita etiam præciderunt:

1. Reg. 13.

οὐκ ἠξίουν αὐτοὺς ὁπομένειν, ἀ συναπολυθήσονται, ἀλλὰ μαλακιθέντας περὶ τὴν δίωξιν, ἁρπάσαν ὃ σεσωμένας τὰς γυναῖκας ὑπολαμβάνοντας ἐλεγον. δαβίδης ὃ πονηρὸν ἡγεῖτο αὐτοῖς τοῦτον ἀπέφηνε τὸν νόμον. ἐπὶ γὰρ ἀξίοις τοῦ θεοῦ παρόντος αὐτοῖς ἀμυνάσθαι μὲν τοὺς πολεμίους, κομίσασθαι ὃ πάντα αὐτοῖς, πᾶσιν ὁμοίως ἐξ ἴσου τοῖς στρατευσαμένοις μεταδιδόναι τὴν ὠφέλειαν. ταῦτ' ὀπὶ φυλακῇ τῶν σκευῶν μεταδιδόκοτεν. καὶ ἐξ ἐκείνου, νόμος ἔσχε παρ' αὐτοῖς, ἵνα τ' αὐτὰ τοῖς μαχομένοις λαμβάνωσιν οἱ τὰ σκεύη φυλάσσοντες. ἡγούμενος δ' ὁ σαοὴλ δαβίδης, διέπεμψε πᾶσι τοῖς ὑπ τῇ ἰούδα φυλῇ συνήθεσι καὶ φίλοις, ὁπομοίρας τῶν λαφύρων. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν σικέλλαν πόρθησιν, καὶ ἀμαληκιτῶν αἵρεσιν, ἔτως ἐγίνετο. τῶν ὃ παλαγσινῶν συμβαλόντων, καὶ καρτερᾶς μάχης ἡγουμένης, νικῶσιν οἱ παλαγσινοὶ, καὶ πολλοὺς ἀναιρεῦσι τῶν ἀντίων. σαοὺλος ὃ ὁ τῶν ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἡγωνίως ἀγωνιζόμενοι, καὶ πάσῃ προθυμίᾳ χρώμενοι ὡς ἐν μόνῳ τῷ καλῶς ὑποθανεῖν, καὶ προβόλως διακινδυνεύσαι τοῖς πολεμίοις τ' ὅλης αὐτοῖς δόξης ὑποκειμένης, οὐδὲν γὰρ περιοσότερον τούτου εἶχον, ὁπιτρέφοι πᾶσαν εἰς αὐτοὺς τὴν τῶν ἐχθρῶν φάλαγγα. καὶ περικυκλωθέντες ὑποθνήσκουσι, πολλοὺς τῶν παλαγσινῶν καταβαλόντες. ἦσαν ὃ οἱ σαοὺλ παῖδες, ἰωνάθης, καὶ ἀμινάδαβος, καὶ μελχισός. τούτων πεσόντων, ἐτράπετο τὸ τῶν ἑβραίων πλῆθος. καὶ ἀκοσμία καὶ σύγχυσις γίνεται καὶ φόνος ὑπεκφευγόντων τῶν πολεμίων. σαοὺλος ὃ φεύγει, καρτερὸν σῖφος ἔχων περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παλαγσινῶν ὑπερεμφαίνοντων ἀκοντισὰς καὶ τοξότας, πάντας μὲν ὑπεβάλλει πλὴν ὀλίγων. αὐτὸς ὃ λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, καὶ πολλὰ θαύματα λαβών, ὡς μηκέτι διακαρτερεῖν, μηδ' ἀντέχειν ταῖς πληγαῖς, ὑποκτεῖναι μὲν αὐτὸν ἠθέλησε, κελεύσῃ ὃ τὸν ὁπλοφόρον, ἀπασάμενον τ' ῥομφαίαν, ταύτῃ αὐτῷ διελάσαι φρὶν ζῶντα συλλαβεῖν αὐτὸν τοῖς πολεμίοις. μὴ ὀλιγώρητος ὃ τῷ ὁπλοφόρῳ κτεῖναι τὸν δεσπότην, αὐτὸς τὴν ἰδίαν ἀπασάμενος, καὶ σήσας ὑπὸ τὴν ἀκμὴν, ῥίπτει κατ' αὐτῆς αὐτόν. καὶ μὴ δυνάμενος ὥσασθαι μηδ' ἐπερείσας διαβάλλειν αὐτῷ τὸν σίδηρον ὑπερφέρεται, καὶ νεανίσκου τινὸς ἐγγὺς πυθόμενος τίς εἴη, καὶ μαθὼν ὡς ἀμαληκίτης ὄν, παρεκάλεσεν ἐπερείσαντα τὴν ῥομφαίαν, διὰ τὸ μὴ ταῖς χερσὶν αὐτὸν τοῦτο δύνασθαι ποιῆσαι, διαφθεῖραι αὐτῷ τελευτὴν οἵαν αὐτὸς βούλεται. ποιήσας ὃ τοῦτο, καὶ περιελόμενος περὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ χρυσοῦν καὶ τὸν βασιλικὸν στέφανον, ἐκ ποδῶν ἐγίνετο. θεασάμενος δ' ὁπλοφόρος σαοὺλον ἀνηρημένον, ἀπέκτεινεν ἑαυτόν. διεσώθη δ' οὐδεὶς τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ πάντες ἔπεσον περὶ τὸ καλούμενον γελβοὲ ὄρος. ἀκούσαντες ὃ τῶν ἑβραίων οἱ τὴν κοιλάδα πέραν τοῦ ἰορδάνου κατοικοῦντες, καὶ οἱ ἐν τῷ πεδίῳ τὰς πόλεις ἔχοντες, ὅτι σαοὺλος ἀπέπτωκε, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ πλῆθος ὀπόλωλε, καταλιπόντες τὰς ἑαυτῶν πόλεις εἰς ὀχυροτάτας ἔφυγον. οἱ ὃ παλαγσινοὶ, τὰς καταλελειμμένας ἐρήμους εὑρόντες, κατῴκησαν. τῇ δ' ὑπούσῃ σκυλεύοντες οἱ παλαγσινοὶ τοὺς τῶν πολεμίων νεκροὺς, ὑπετυγχάνουσι τ σαοὺλῳ, καὶ τοῖς παίδων αὐτοῦ σώμασι, καὶ σκυλεύσαντες, ἀπετέμνουσιν αὐτῶν τὰς κεφαλὰς,

καὶ κ

καὶ πᾶσαν φειδηγείλαν τ̃ χώραν, πέμψαντες ὅτι A
πεπόωκασιν οἱ πολέμιοι. καὶ τὰς μὲν πανοπλίας αὐτῶν,
ἀνέθηκαν εἰς τὸ ἀσταρτειον ἱερόν. τὰ δ̀ σώματα ἀπε-
σώρωσαν, φερὸς τὰ τείχη τ̃ βηθσαὶν πόλεως, ἣ νῦν
σκυθόπολις καλεῖται. ἐπεὶ δ̀ ἤκουσαν οἱ ἐν ἰαβισὰ
πόλει τ̃ γαλαδίτιδος κατοικοῦντες ὅτι λελώβηνται τ̃
σαοὺλ νεκροὶ, καὶ τοῖς τῶν παίδων αὐτοῦ, δεινὸν ἡγησά-
μενοι φερεῖδεῖν ἀκηδεύτους, ἐξελθόντες οἱ ἀνδρειότα-
τοι καὶ τόλμη διαφέροντες, ἦ δ̀ πόλις αὕτη τὰ σώματα
ἀλκίμους καὶ ψυχᾶς φέρει, καὶ δι' ὅλης τ̃ νυκτὸς ὁδεύ- B
σαντες, ἦλθον εἰς τὴν βηθσάν. καὶ φερσελθόντες τὸ
τείχος τῶν πολεμίων, καὶ καθελόντες τὸ σῶμα σαοὺλ
καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, κομίζουσιν εἰς ἰαβισὰ, μηδὲ τῶν
πολεμίων αὐτοὺς κωλύσαι δυνηθέντων, ἢ βλαπσάν-
των διὰ τὴν ἀνδρείαν. οἱ δ̀ ἰαβισίτωοὶ πανδημὶ κλαύ-
σαντες, θάπτουσι τὰ σώματα ἐν τῷ καλλίστῳ τ̃ χώρας
τόπῳ, ἀρούρης λεγομένῃ. καὶ πένθος ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ
σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐπ' αὐτοῖς ἦγον κοπτόμενοι
καὶ θρηνοῦντες τὸν βασιλέα καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, C
μήτε ποτῷ, μήτε ξοφῆς γευσάμενοι. τέτο σαοὺλος τὸ
τέλος ἔσχε φερφηδύσαντος σαμυήλε, διὰ τὸ ὠδικῆ-
σαι τῷ θεῷ τῶν ἐπ' ἀμαληκίταις ἐντολῶν. ὅτι τ̃ ἀχι-
μελέχε τῦ ἀρχιερέως ψευσὰ, καὶ ἀχιμέλεχον αὐτὸν,
καὶ τ̃ τῶν ἀρχιερέων πόλιν ἀνεῖλεν. ἐβασίλευσε δ̀, σαμυ-
ήλε ζῶντος ἔτη ὀκτὼ φερὸς τοῖς δέκα. τελευτήσαντος
δ̀, δύο καὶ εἴκοσι. καὶ σαοὺλος μὲν, ὕπω κατέσρεψε τ̃ βίον.

& dimiſſis in hoc per totam ſuam regionem certis hominibus, hoſtes cecidiſſe nunciauerunt: quorum arma in templo Aſtartes dedicauerunt: porrò corpora eorum circa mœnia vrbis Bethſanæ, quæ nunc eſt Scythopolis, crucibus affixerunt. Quod poſteaquam auditum eſt in Iabiſſa vrbe regionis Galaditidis, truncata eſſe Sauli ac filiorum cadauera, rem indignam rati eos extremo exſequiarum honore fraudari, aliquammulti fortiſſimi & audaciſſimi egrediuntur (alit enim hæc vrbs homines robuſtos ac feroces) factóque per totam noctem itinere, ad Bethſanæ mœnia peruenientes, demptis Sauli & filiorum corporibus Iabiſſam ea deportauerunt, nemine hoſtium arcere eos aut aggredi propter virtutem ipſorum audente. Iabiſſeni autem populariter eos deploratos in celeberrimo agri ſui loco ſepeliuerunt, & indicto ob regis & filiorum cædem luctu ac ieiunio dierum ſeptem in lamentis & planctu eos exegerunt. His finis fuit Sauli iuxta Samuelis vaticinium, propterea quòd mandata Dei de bello contra Amalecitas gerendo non eſt exſecutus, & quia trucidato cum tota cognatione Abimelecho pontifice, vrbem quoque pontificalem ſubuertit. Regnauítque viuente Samuele annis decem & octo, & poſt mortem eius annis viginti: quo tempore exacto, eum quem diximus vitæ finem eſt ſortitus.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΒΔΟΜΩ ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ἱστοριῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ως δαβίδης μὲν τ' ἰδίας φυλῆς ἐβασίλευσεν ἐν χεβρῶνι πόλει, τῶν δ' ἄλλων πλήθους, ὁ σαούλου παῖς. Κεφ. α.

Οτι ἰεβόσθε φονευθέντος ὑπ' ἐνίων φίλων, ἅπασαν τὴν βασιλείαν δαβίδης παρέλαβεν. Κεφ. β.

Ως πολιορκήσας ἱεροσόλυμα δαβίδης, καὶ λαβὼν τὴν πόλιν ἐξέβαλεν μὲν ἐξ αὐτῆς τοὺς χαναναίους, ἐνῴκησε δ' εἰς αὐτὴν ἰουδαίους. Κεφ. γ.

Οτι δαβίδης στρατεύσας ἐπ' αὐτὸν παλαιστινοὺς ἐν ἱεροσολύμοις ἐνίκησεν. Κεφ. δ.

Ως τοῖς περιξ ἔθνεσι στρατεύσας δαβίδης, καὶ χειροσοφήσας, φόρον ἐπέταξεν αὐτῷ τελεῖν. Κεφ. ε.

Ηγνομήν πρὸς δαμασκηνοὺς δαβίδου μάχη, καὶ νίκη. Κεφ. ς.

Πῶς ὅτι τοὺς μεσοποταμίους, στρατεύσας ἐκράτησεν αὐτῶν. Κεφ. ζ.

Οτι τῶν περὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ς ασιασάντων, ὑπὸ παιδὸς ἐξεβλήθη τ' ἀρχῆς. Κεφ. η.

Ως στρατεύσας ἀβισάλωμος ὅτι τὸν πατέρα δαβίδην, ἀπώλεσε σὺν τῷ στρατῷ. Κεφ. θ.

Πῶς δαβίδης εἰς τ' βασιλείαν πάλιν ἀπῆλθε, καὶ ἔζησεν δὶς δαιμόνως. Κεφ. ι.

Ως ἐπ' ἐνιαυτὸν, σολομῶν τ' υἱὸν, ἀπέδειξε βασιλέα. Κεφ. ια.

Τελευτὴ δαβίδου, καὶ ὅσα τῷ παιδὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ κατέλειπεν. Κεφ. ιβ.

HÆC IN SEPTIMO IOSEPHI HISTORIARVM DE Antiquitate Iudaica libro continentur.

Dauid apud Hebronem vnius tribus rex creatur, in reliquis Sauli filius paternum regnum obtinet. CAP. I.

Ieboſtho amicorum inſidiis interfecto, vniuerſum regnum ad Dauidem deuenit. CAP. II.

Dauid vi captis Hieroſolymis Chananæos inde eiicit, vrbémque Iudæis victoribus inhabitandam tradit. CAP. III.

Dauid Palæſtinorum bello impetitus apud Hieroſolyma victoriam illuſtrem conſequitur. CAP. IV.

Dauid ſubactis finitimis gentibus tributa illis imponit. CAP. V.

Damaſceni à Dauide vincuntur. CAP. VI.

Quomodo Dauid Meſopotamios vicerit, CAP. VII.

Quomodo per inteſtinum familiæ diſſidium Dauid à filio regno pulſus eſt. CAP. VIII.

Abeſalomus contra patrem profectus cum exercitu perit. CAP. IX.

Quomodo Dauid regno reſtitutus feliciter vixit. CAP. X.

Dauid ſe viuente Solomonem filium ſuum regnum auſpicari voluit. CAP. XI.

Mors Dauidis, & quantum filio ad ſtructuram templi reliquerit. CAP. XII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER SEPTIMVS.

Κεφάλαιον ά.

Ως Δαβίδης μὲν ἐν Χεβρῶνι, τῇ δ' ἄλλου φυλῇ ὁ Σαούλου παῖς.

CAP. I.

Dauid apud Hebronem vnius tribus rex creatur, in reliquis Sauls filius paternum regnum obtinet.

ΣΥΝΕΒΗ δὲ ταύτῃ γενέσθαι τὴν μάχην, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ Δαβίδης τοὺς Ἀμαληκίτας νικήσας, εἰς Σικελλαν ὑπέστρεψεν. ἤδη δ' αὐτὸ δύο ἡμέρας ἔχοντος ἐν τῇ Σικέλλᾳ, τῇ τρίτῃ φθάνει τις ἀφικόμενος ἐκ τῆς μάχης τῆς πρὸς Παλαιστίνους ὁ τὸν Σαοῦλον ἀπελών, τήν τε ἐσθῆτα διερρηγμένος, καὶ τὴν κεφαλὴν τέφρα διειλημμένος. ὁ δὲ προσκυνήσας αὐτὸν, πυθόμενος, πόθεν ἥκοι τυγχάνοι, ἀπὸ τῆς ἰσραηλιτῶν μάχης ἔλεγε. γνόντα δ' αὐτὸν τὰς αὐτῆς τὸ τέλος ἐδήλωσε, πολλῶν μὲν ἀναιρεθέντων τῶν ἑβραίων μυριάδων, πεσόντος δὲ καὶ τοῦ βασιλέως αὐτῆς Σαούλου, μετὰ τῶν τέκνων. ταῦτα δὲ σημαίνειν ἔφασκεν αὐτὸς συντυχὼν τῇ τροπῇ τῶν ἑβραίων, καὶ τοῦ βασιλέα πεφευγότι παρὼν. ὃν καὶ πτεῖναι, μέλλοντα ὑπὸ τῶν πολεμίων λαμβάνεσθαι, συμβαλόμενος αὐτὸς ὡμολόγει. τῇ δὲ ῥομφαίᾳ δὲ αὐτὸν ἐκπεσόντα, ἀλλὰ τῶν ἁρμάτων ἐμβολὴν αὐτὸν ἀθετῆσαι κατεργάσασθαι. καὶ σύμβολα τῆς ἀναιρέσεως ἐπεδείκνυε, τόν τε ἐπὶ τοῖς βραχίοσι χρυσὸν τοῦ βασιλέως καὶ τὸν στέφανον, ἃ φερόμενος τὸν Σαοῦλον νεκρὸν καμόντα αὐτῷ. Δαβίδης δὲ, μηκέτ' ἀπιστεῖν ἔχων, ἀλλ' ἐναργῆ τεκμήρια τοῦ Σαούλου θανάτου βλέπων, κατερρήγνυτο μὲν τὴν ἐσθῆτα, κλαίων δὲ καὶ ὀδυρόμενος μετὰ τῶν ἑταίρων, διεκαρτέρησε τὴν ἡμέραν. ποιεῖ δ' αὐτῷ τὴν λύπην χαλεπωτέραν, καὶ ὁ Σαοῦλος πᾶς Ἰωνάθης, πιστότατός τε ὢν φίλος αὐτῷ, καὶ συστρατείας αἴτιος γεγονὼς μόνος. τοσαύτην δ' ἐπεδείξατο τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν πρὸς Σαοῦλον εὔνοιαν, ὡς μὴ μόνον ὅτι τεθνηκότα χαλεπῶς ἐνεγκεῖν πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ κινδυνεύσας ἀφαιρεθῆναι τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀποκτείναντα κολάσαι. φήσας δὲ πρὸς αὐτὸν, ὡς αὐτὸς αὐτὸν ἥμοι κατήγορος ἀπελών τὸν βασιλέα, καὶ μαθὼν ὡς ἐκ πατρὸς ἀμαληκίτου γένος, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. ἐγκωμίοις δὲ καὶ θρήνοις, καὶ ἐπιταφίοις ἐπαίνοις

HOc prælium in eum diem incidit, quo Dauid de Amalecitis victor Sicellam est reuersus. tertio autem post eius reditum die, elapsus è prælio Sauli interfector, scissa veste, capútque sparsus cinere, ad Dauidem peruenit: adoratóque eo, interrogatus vnde veniret, è conflictu Israelitarum ait se venire. id fuisse illorum partibus infortunatum, cæsis multis Hebræorum millibus, & insuper rege cum filiis post eam pugnam desiderato. atque se nunciare suis oculis visa, cùm fortè in fugientem cum suis regem incidisset, quem à se rogatu ipsius cæsum fatebatur, ne viuus in manus hostium veniret: cùm enim in gladium incubuisset, non potuisse seipsum præ multitudine vulnerum interficere. eius deinde cædis argumenta certissima ostendebat, armillas aureas, & insigne regium, quæ ipse mortuo detraxerat, vt Dauidi afferret. At ille tam certis indiciis credere coactus, scidit vestimentum, & in fletu ac lamentis totam diem cum amicis exegit. accedebat ad mœroris cumulum Ionathas Sauli filius fidissimus eius amicus, & salutis ipsius non semel autor. Tanta autem fuit Dauidis virtus & erga Saulum beneuolentia, vt quamuis sæpius capitalibus eius insidiis appetitus, non solum ægerrimè tulerit eius interitum, verumetiam interfectorem illius affici supplicio iusserit. Præfatus enim quòd ipse sui accusator extiterit, regis cædem professus, & per hoc Amalecitæ filium se declarauerit, duci hominem mandauit. præterea lamentationes & epitaphia

1. Reg. 1.

in laudem Sauli & Ionathæ composuit,quæ in hodiernum vsque diem leguntur.His extremis officiis honorato rege, luctúque finito, cõsuluit Deum per prophetã,quámnam ex vrbibus Iudæ tribus habitandam sibi concederet.cúmque responsum esset Hebronem concedi, relicta Sicella cò commigrauit,ambabus vxoribus illò adductis,& cohorte domestica: móxq; tota tribus ad eum locum confluens,regem eum communi suffragio declarauit. Audito deinde quod Saulum cum filiis Iabiseni in Galaditide regione sepelissent, misit illuc qui collaudato eorum facinore, gratiam illis referendam suo nomine pollicerentur, simúlque nunciarent, quòd Iudæ tribus regem se consalutasset. Interea Sauli copiarum præfectus Abenerus filius Neri,vir strenuus,& ad magnas res obeundas natus,quàm primum cognouit cecidisse regem & Ionatham, aliósque duos eius filios, properè in castra delatus, reliquum ex omnibus filiis nomine Iebosthum periculo eripit,& superato vnà cum illo Iordane, totius populi regem eum constituit, excepta tribu Iudæ: regiámque ei elegit apud locum qui Hebraicè Manalis dictus, interpretatur castrum. inde profectus est cum dilectissimo milite,vt prælio cum Iudæ tribu decerneret, iratus quòd Dauidem regem creauissent. Huic occurrit Ioabus Saruiæ Dauidis sororis filius, natus ex patre Suri,duos secum fratres,Abisæum & Asaelem, vniuersúmque Dauidis exercitum ducens: & cùm circa quendam fonticulum apud vrbem Gabao in eum incidisset,aciem ad prælium explicat.Cúmque Abenerus dixisset cupere se experiri vtrius partis prestantiores milites essent, ex pacto vtrinque duodeni ad certamen sunt destinati.qui progressi inter vtramque aciem, emissis priùs pilis, gladios stringunt: comprehẽsísque aduersariorum capitibus, latera & illi feriebant,donec mutuis vulneribus ad vnum se conficerent. quo facto exercitus etiam conflixerunt,& post acre certamen,partes Abeneri succubuerunt. Versos deinde in fugam Ioabus non destitit persequi,sed tergis eorum hærens hortabatur suos vt ne defatigarentur: idémque etiam fratres eius faciebant,præcipuè iunior Asael ob eximiam pedum pernicitatem celebris,& non solùm cum hominibus, sed cũ equis etiam cursu contendere solitus.is tũ Abenerum rectà insequebatur,nec in sinistram nec in dextram deflectens.Conuersus autem Abenerus, & impetum eius frustrari volens, primùm vnius militis armatura cum eo depasci voluit,vt persequi desineret. deinde rogabat ne se in hanc necessitatem adduceret,vt illo interfecto,in fratris eius conspectum posthac venire non auderet. cúmque ille his verbis nihil moueretur,sed persequi pergeret, ita vt versa hasta fugiebat, imminenti lethale vulnus infligit, vt in vestigio concideret. qui ve-

2.Reg.2.

σαούλου καὶ ἰωνάθου, ὅσοι καὶ μέχρις ἐμοῦ δημόσιοι. ἐπεὶ δὲ τούτοις ἐξετίμησε τὸν βασιλέα, παυσάμενος δὲ τῆς πένθους, ἤρετο τὸν θεὸν διὰ τῆς προφήτου τίνα δίδωσιν αὐτῷ κατοικῆσαι πόλιν ἐν ἰούδᾳ καλουμένην φυλῆς. φήσαντος δ' αὐτῷ δίδοναι χέβρωνα, καταλιπὼν τὴν σικελλαν, εἰς ἐκείνην ὡδήγητο, τάς τε γυναῖκας εἰσαγόμενος τὰς αὐτοῦ, δύο δὲ ἦσαν, καὶ τοὺς ὁπλίτας σὺν αὐτῷ. συνελθὼν δὲ πρὸς αὐτὸν ἅπας ὁ τῆς φυλῆς τῆς προειρημένης λαός, ἀποδείκνυσιν αὐτὸν βασιλέα. ἀκούσας δ' ὅτι τὸν σαοὺλον ἔθαψαν οἱ ἐν ἰαβείσῳ τὰ γαλαάδιτιδος κατοικοῦντες, ἔπεμψε πρὸς αὐτούς, ἐπαινῶν καὶ ἀποδεχόμενος αὐτῶν τὸ ἔργον, καὶ χάριτος ἀποδώσειν αὐτοῖς τῆς πρὸς τὸν τεθνηκότας εὐσεβοῦς ὑπισχνούμενος, ἅμα δὲ ἔδηλῶν, ὡς ἡ ἰούδα φυλὴ κεχειροτόνηται αὐτὸν βασιλέα. ὁ δὲ τοῦ σαοὺλου ἀρχιστράτηγος ἀβέννηρος, νήπιος δὲ παῖς, ἀνὴρ δραστήριος καὶ ἀγαθὸς τὴν φύσιν, ὡς ἐγνω πεσόντα τὸν βασιλέα καὶ τὸν ἰωνάθην, καὶ τοὺς δύο τοὺς ἄλλους αὐτοῦ παῖδας, ἐπεισῆλθεν εἰς τὴν παρεμβολήν. καὶ τὸν ἐσχατολειπόμενον ἐξαρπάσας ἰσχὺν αὐτῷ, ἐβοήθησε δ' ἀναλεῖτο, διαβιβάζει πρὸς τοὺς πέραν τοῦ ἰορδάνου, ἐπὶ παντὸς ἀποδείκνυσι τοῦ πλήθους βασιλέα, πάρεξ τῆς ἰούδα φυλῆς. βασίλειον δ' ἐποίησεν αὐτῷ γῆν, κατὰ μὴν τὸν ὀπισθόριον γλωττίας, μανάλιν. κατὰ δὲ τὸν ἑλλήνων, παρεμβολάς λεγομένην. ὥρμησε δ' ἐκεῖθεν ἀβέννηρος μετὰ τῆς στρατιᾶς ὁπλέκειν συμβαλεῖν τοῖς ἐκ τῆς ἰούδα φυλῆς προαγεσύμενος, ὀργισθεὶς ὅτι ἐβασίλευσεν δαβίδην. ἀπιὼν δὲ αὐτῷ ἰώαβος, ὁ σαρουίας μὲν παῖς, πατρὸς δὲ σοφοῦ, ἐκ δὲ τῆς ἀδελφῆς δαβίδου γεγονὼς, ἀρχιστράτηγος ὢν αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἀβισαὶ καὶ ἀσαήλου, ἦν πάντων τῶν δαβίδου ὁπλιτῶν. ἐπεὶ δὲ συνέτυχον ὅπου τινὲς πρωΐσθης ἐν γαβαὼ πόλει παρατάσεται πρὸς μάχην. τῶν δ' ἀβεννήρου φήσαντος πρὸς αὐτὸν, μαθεῖν βούλεσθαι πότερος αὐτῶν ἀνδρειότερος στρατιώτας ἔχει, συνῆλθε παρ' ἀμφοτέρων δυωκαίδεκα μαχησομένους συμβαλεῖν. προσελθόντες οὖν εἰς τὸ μεταξὺ τῶν παρατάξεων οἱ πρὸς τὴν μάχην ἀφ' ἑκατέρων τῶν στρατηγῶν ἐξειλεγμένοι, καὶ τὰς αἰχμὰς ἐπ' ἀλλήλους ἀφέντες, ἀπῶνται τὰς μαχαίρας, καὶ τῶν κεφαλῶν ἐκλαμβανόμενοι, κατέχοντες αὐτούς, ἔπαιον εἰς τὰς πλευρὰς καὶ τὰς λαγόνας ἀλλήλους ταῖς ῥομφαίαις, ἕως δὲ πάντες ὡσαύτως ἐκ συνηθείας ἀπώλοντο. πεσόντων δὲ τούτων, συνέρρηξε καὶ ἡ λοιπὴ στρατιὰ, καὶ καρτερᾶς μάχης γενομένης, ἡττήθησαν οἱ τοῦ ἀβεννήρου. καὶ φεύγοντας ἐκ αἰεὶ διώκων ὁ ἰώαβος, ἀλλ' αὐτός τε ἐπέκειτο ὡδηγελυόμενος τοῖς ὁπλίταις ἐκποδὼν ἔπεσθαι καὶ μὴ κάμνειν ἀναγεσιῶντας, οἵτε ἀδελφοὶ προθύμως ἠγωνίσαντο. καὶ ὁ δραφανίσεως τῶν ἄλλων μᾶλλον ὁ νεώτερος ἀσαήλος, ὅτι τε ποδῶν ὠκύτητι κλέος εἶχεν. ἐπὶ δὲ ἄνθρωπος ἐνίκα μόνους, ἀλλὰ καὶ ἵππον καταστὰς εἰς ἄμιλλαν λέγουσι ὡδράμειν. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀβέννηρον ἐδίωκεν ὑπὸ ῥώμης δὲ ἐπ' ὀρθὸν φορᾶς εἰς ἑδίτερον ἐγκλεισθεὶς τοῦ μερῶν. ὑπισχνέντος δὲ τῷ ἀβεννήρου, καὶ καταφίζεσθαι τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ πειρωμένου, καὶ ποτὲ μὲν εἰπόντος ἑνὸς τοῦ ἑαυτῶν στρατιωτῶν ἀφέμενος τῆς διώξεως ἀφελεῖσθαι τὴν πανοπλίαν. πάλιν δ' ὡς ἐκ ἐπείθετο τοῦτο ποιεῖν, κατασχεῖν αὐτὸν καὶ μὴ διώκειν παραινοῦντος, μὴ κτείνας αὐτὸν ἀπολέσῃ τὴν σπουδὴν τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ παῤῥησίαν. ὁ δὲ προσέμενον δὲ τοῖς λόγοις, ἀλλ' ὑπομείναντα τῇ διώξει φεύγων ὡς εἶχε τὸ δόρυ πλήξας εἰς τοὐπίσω χαμαὶ ὡδάξησεν ἀπέκτεινεν.

οἱ δὲ

οἱ ἢ μετ' αὐτοῦ διώκοντες τὸν Ἀβένηρον, ὡς ἦλθον ὅπου τὸ A
τόπον ἔκειθι συνέβαινε τὸ ἀσαήλου, θᾶττον αὐτοὺς τὸ νε-
κρὸν, ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ἐδίωκον. ὁ ἢ Ἰώαβος αὐτός τε
ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀβισαῖος, παραδραμόντες τὸ σῶμα,
καὶ τὸ πλείονος ὅπως τὸν Ἀβένηρον ποιήσωνται τὸν ὑπὸ τὸ
τελευτήσοντος ὀργὴν λαβόντες, ἀπίσω τάχει καὶ θορυ-
βίᾳ χρώμενοι, μέχρι τόπου τινός, ὃ μαστὸν καλοῦσι, ἐ-
δίωξαν τὸν Ἀβένηρον, ἤδη θᾶττον δυσμῶν ὄντος ἡλίου. ἀνα-
βὰς δ' ὅπου τινα βουνὸν, ὡς ἔστι ἐπ' εὐθείᾳ τοῦ τόπου B
μὴ τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς, αὐτούς τε κατεσκέπετο καὶ τὸν
Ἀβένηρον. Οὗτος ἢ ἀναχαιτίστος καὶ φήσαντος μὴ δεῖν
ἄνδρας ὁμοφύλους εἰς ἔριδα καὶ μάχην παροξύνειν.
ἁμαρτεῖν γὰρ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀσαήλου, ὃς παραι-
νοῦντος μὴ διώκειν οὐκ ἐπείσθη, καὶ διὰ τοῦτο βληθεὶς
ἀπόθανε. συμφρονήσας δὲ θᾶττον ἠχησάμενος
τούτοις τοῖς λόγοις ὁ Ἰώαβος ἀνακαλεῖ τῇ σάλπιγγι
σημαίνας τοὺς στρατιώτας, καὶ τὸ ὅπι πολὺ διώξεως ἐπό-
σχε. καὶ δὴ μὲν ἐπ' ἐκείνης κατεστρατοπεδεύσατο τοῦ τό- C
που τὴν νύκτα ταύτην. Ἀβένηρος ἢ δι' ὅλης αὐτῆς ὁδεύσας
καὶ περαιωσάμενος τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, ἀφικνεῖται
πρὸς τὸν Ἰεβόσθην παῖδα εἰς Μαναὶμ παρεμβολὰς ἐβόα θον.
τῇ δ' ἐχομένῃ, τοῖς νεκροῖς ἐξαριθμήσας, ἅπαντας
ἐκήδευσεν. ἔπεσον ἢ, τὰ μὲν Ἀβενήρου στρατιώτῃ, ὡς ἑξα-
κόσιοι καὶ ἑξήκοντα. τὸν ἢ Δαβίδου, δέκα πρὸς τοῖς ἑνέα,
καὶ Ἀσαήλος. ἃ τὸ σῶμα κομίσαντες ἐκεῖθεν Ἰώαβος καὶ
Ἀβισαῖος εἰς Βηθλέεμ, καὶ θάψαντες ἐν τῷ πατρίῳ D
μνήματι, πρὸς Δαβίδην εἰς Χεβρῶνα παρεγένοντο. ἦρ-
ξατο μὲν οὖν, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου τοῖς Ἑβραίοις ἐμφύ-
λιος πόλεμος. καὶ διέμενεν ἄχρι πολλοῦ, τὰ μὲν μετὰ Δα-
βίδου, κρείττονων ἀεὶ γινομένων, καὶ πλέον ἐκ τῶν κιν-
δύνοις φερομένων, τὰ ἢ σαούλου παίδων, καὶ τῆς ὑπηκόων
αὐτῷ, καὶ πᾶσαν χρόνον ἡμέραν ἐλαττουμένων. ἐγένοντο
ἢ καὶ τούτου τοῦ καιροῦ καὶ παῖδες τῷ Δαβίδῃ, τὰ ἀριθ-
μὸν ἓξ, ἐκ γυναικῶν τοσούτων. ὧν ὁ μὲν πρεσβύτατος
ἐκ μητρὸς Ἀχίνας γενόμενος, Ἄμνων ἐκλήθη. ὁ ἢ δεύ- E
τερος, ἐκ γυναικὸς Ἀβιγαίας, Δανίηλος. τῷ τρίτῳ δ'
ἐκ τοῦ Θολομαΐου θυγατρὸς μαχάμης φιλοτιμουμένου τῶν
Γεσιρῶν βασιλέως Ἀβεσάλωμος ὄνομα. τὸν δὲ τέταρτον,
Ἀδωνίαν ἐκ γυναικὸς Ἀγγίτης πρεσπεπόρδυσε. τὸ πέμ-
πτον ἢ τὸ ἕκτον γεγενῆσθαι καὶ γάλα ἐπωνόμασε. τῶν δ'
ἐμφυλίου πολέμου συμπεπτόντων εἰς ἔρ-
γα καὶ μάχην πυκνῶς μετ' ἑκατέρου τοῦ βασιλέως,
Ἀβένηρος ὁ τοῦ σαούλου παιδὸς ἀρχιστράτηγος, συνιστὰς F
τε ὢν καὶ σφόδρα δύνασθαι ἔχων τὸ πλῆθος, πάντας
συμμείναντας τῷ Ἰεβόσθῃ παρεσκεύασεν. καὶ διέμενεν ἐ-
πὶ καιρὸν χρόνον τὰ ἐκείνου φρονοῦντες. ὕστερον δ' ἐν
ἐγκλήματι γενόμενος Ἀβένηρος, καὶ λαβὼν αἰτίαν ὡς
συνέλθοι τῇ σαούλου παλλακῇ, ῥαιφᾷ μὲν τοὔνομα,
σπάδητι θυγατρὶ, καὶ καταμεμφθεὶς ὑπὸ Ἰεβόσθου, θρα-
συνήσας καὶ θυμωθεὶς ὡς ἐ δικαίων τῷ παρ' αὐτοῦ
τυγχάνοι, πάσῃ προθυμίᾳ θᾶττον αὐτὸν χρώμενος, ὑ- G
πεῖλησε μὲν τὴν βασιλείαν εἰς Δαβίδην θήσειν,
ἀποδείξειν δ' ὡς ἐ δικαίως τὴν ἰδίαν ῥώμην

rò cum eo Abenerum infectabantur: poſtquam ad locum in quo Aſael iacebat peruenerunt, obliti amplioris perſecutionis circum cadauer conſtiterunt. Ioabus autem & frater eius Abiſæus, præter exanime corpus curſu prouecti, incitatíque ira extincti fratris, mira pernicitate ac alacritate vſque ad ſolis occaſum perſecuti ſunt Abenerum, & vſque locum qui ab aquæ ductu nomen accepit. hic in loco eminentiore cõſiſtit, Abenerũ cum Beniamitis fugientem proſpiciens. qui cùm exclamaſſet, ſatis iam indignationi indultum, nec eſſe viros conſanguineos improba inſectatione cogendos omiſſa fuga in certamen redire: culpam enim penes fratrem eius Aſaelem eſſe, quod monitus ab inſequendo deſiſtere noluiſſet, & ideo ictus cecidiſſet, viſus eſt nõ malè admonere: móxque Ioabus dato receptui ſigno ſuos cohibuit: & in eo loco caſtris poſitis pernoctauit. Abenerus verò continuato per totam noctem itinere trans Iordanem in Ieboſthi regiam ſe contulit. ſequenti die Ioabus recenſitis cæſorum cadaueribus omnes ſepultura dignatus eſt. ceciderant autem ex Abeneri exercitu trecenti ſexaginta: Dauidis nouemdecim, prætérque Aſael: cuius cadauer Bethlema reportatum fratres cum patriis monumentis intuliſſent, ad regem ſuum in Hebronem ſunt reuerſi. Hoc fuit inter Hebræos ciuilis belli initium, quod aliquandiu durauit; ſed ita vt Dauidis partes magis ac magis proficerent, contrà eorũ qui ſub Sauli filij degebãt imperio, in dies deteriores fierent. Interea Dauid ſex filios è totidem vxoribus ſuſcepit, quorum natu maximus è matre Achima natus, Amnon dictus eſt. Secundus ex vxore Abigæa Daniel. Tertius ex Machama filia Tholomæi natus regis Geſſitorum, nomine Abeſalon. Quartus Adonias ex vxore Angite ſuſceptus, quintum verò & ſextum Gertheſam & Galam nominauit. Porrò poſt conflatum ciuile bellum, & crebros partiũ conflictus, præcipuum monumentum fuit in Abenero, qui quòd eſſet vir prudens, & ad popularem gratiam factus, multitudinem in officio continebat, vt longo tempore in fide Ieboſthi permanerent. Deinde verò inſimulatus apud eum quòd conſuetudinem haberet cum concubina eius Ræſpha filia Sibathi, & ea de cauſa obiurgatus, dolore & indignatione motus quaſi non bona gratia ſibi pro fideli ſtudio redderetur: minatus eſt ſe regnum ad Dauidem tranſlaturum, & declaraturum quòd Ieboſthus non tam propria virtute aut prudentia regno trans Iordanem potiretur, quàm ipſius bellicis artibus, & eximia in eam diem fide. móxque miſit in Hebronem ad Dauidem qui ſuo nomine fœdus cum eo ferirent, hac conditione vt inter præcipuos regis amicos reciperetur, ſi populo ad defectionem à filio Sauli concitato, efficeret vt Dauid ab vniuerſis Hebræis rex agnoſceretur. Qui cum vehemẽter hoc nuncio lætus conditionem accepiſſet,

1. Reg. 3.

καὶ συνέσιν ἀρχὴ τοῦ πέρας Ἰορδάνου, ἀφ' ἧς τὸν αὐτοῦ στρατιάν τε καὶ πίστιν. καὶ πέμψας εἰς Χεβρῶνα πρὸς Δαβί-
δην, λαβεῖν ὅρκους τε καὶ πίστεις ἔφη, ἢ μέλλει αὐτὸν ἑπαίνου φίλον ἀναπείσαντα τὸν λαὸν, τοῦ σαούλου μὴ ἀπο-
στῆναι παρόντος, αὐτὸν ἢ ἀποδείξαντα πάσης χώρας βασιλέα. τοῦ ἢ Δαβίδου ποιησαμένου τὰς ὁμολογίας, ἤδη
γὰρ ἐφ' οἷς Ἀβένηρος διεφρεσβεύσατο πρὸς αὐτὸν, πρῶτον τεκμήριον παρασχεῖν τοῦ συνθηκῶν ἀξιώσαντος,

& quòd magis ratum esset fœdus, postulasset vt Melcholen vxorem ad eum remitteret, quam magno suo periculo & annumeratis Saulo sexcentis Palæstinorum capitibus emerat: ante omnia remisit eam abstractam à Pheltiæ coniugio, adiuuante etiam Iebostho. nam & huic Dauid scripserat, æquum esse vxorem sibi restitui. deinde conuocatis senioribus populi, & præfectis militiæ in eam sententiam locutus est apud eos, remoratum se quidem illos quo minus relicto Iebostho ad Dauidem B desciscerent: nunc autem libenter se hoc illis permissurum, quandoquidem certo comperisset hunc per Samuelem prophetam totius Hebræorum gentis regem diuino iudicio designatum esse, eundémque vatem præcecinisse, quòd huius ductu vindicandum sit in Palæstinos, nec alio rege sub iugum Israelitarum eos posse subigi. His auditis seniores & præfecti, certi iam in eorum sententiam Abenerum trãsisse, Dauidi in posterum apertè studuerunt. C Supererat vt & Beniamitæ in hanc sententiam concederent, quòd ex hac tribu esset Iebosthi satellitium. ad quosquum eadem verba fecisset, ac ne illos quidem reniti animaduertisset, cum viginti fermè comitibus ad Dauidem proficiscitur, vt præsens fœdus initum confirmaret: tum quia quisque in rebus suis sibi magis quàm alij fidit, tum quia volebat certiorem facere, quid in causa eius cum senioribus & ducibus egisset, & quòd ipsam D quoque Beniamiticam tribum in partes ipsius traduxisset. à quo comiter exceptus, & splendidis ac sumptuosis epulis per aliquot dies adhibitus, tandem petiit vt dimitteretur, traducturus ad eum exercitum, & quod promiserat re exhibiturus, & quasi in manum imperium gentis ei traditurus. Vix ad hæc promissa exsequenda missus à Dauide Hebronem exiuerat, cùm Ioabus copiarum imperator E peregrè rediens illuc aduenit: cognitóque quòd Abenerus icto cum Dauide fœdere paulo antè abisset regnum ei tradi curaturus: veritus ne is primùm inter amicos locum obtineret, autor illi factus regij fastigij, & alioqui vir prudens in consiliis capiendis, & rerum momentis obseruandis: ipse verò deteriori conditione esse inciperet, & præfectura copiarum priuaretur, malum & iniquum consilium concipit. ac primùm calumniis eum aggressus, persuadere conatur regi, vt caueat sibi, F neque fidem illius verbis adhibeat. Nihil enim illum non tentare quo regnum Sauli filio constabiliat: & nunc structis dolis aduenisse, & optatis potitum, cum certa spe insidiis circumueniendi Dauidis abire. Postquam autem frustra se verba fundere animaduertit, ac ne tantillum quidem regem his moueri, mutato consilio facinus audax mente concipit, & certus hominem tollere, mittit confestim qui cursim per eius vestigia viam carperent, & assecuti eum Dauidis nomine reuocarẽt, quasi per G obliuionem quiddam maximè ad rem pertinens illi significare omisisset. Abenerus autem postquam hæc audiuit ex nunciis in loco cui nomen Besira xx. stadiis ab Hebrone dissito, nihil eorum quæ euentura erant suspicatus ad vrbem reuertitur. Cui obuiam factus ante mœnia Ioabus, humanissimè exceptum summam

δ' ἔτοι πεντεκαίδεκα, καὶ τοὺς οἰκέτας αὐτῶν, τὸν ἀριθ- E
μὸν ὄντας εἴκοσιν, τῷ παιδὶ χαρίζεται μεμφιβόσθῳ.
ταῦτα διαταξαμένῳ τῷ βασιλέως, ὁ μὲν σιβὰς προσ-
κυνήσας, καὶ πάντα ποήσειν εἰπὼν, ἀνεχώρησεν. ὁ δὲ
ἰωνάθου παῖς ἐν ἱεροσολύμοις κατῴκει, σωφρονίσμους
τῷ βασιλεῖ, καὶ πάσης ὡς υἱὸς αὐτοῦ θεραπείας τυγχά-
νων. ἐχθύετο δ' αὐτῷ καὶ παῖς, ὃν μίχαιον προσηγόρευ-
σε. καὶ οἱ μὲν ἀδελφιδέντες ἐκ τοῦ σαοὺλ γένους καὶ
ἰωνάθου, τούτων ἔτυχον παρὰ δαβίδου τῆς τιμῆς. πε-
λάτησαντος ἦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τὸ ἀμμανιτῶν F
βασιλέως ναάσου, φίλος δ' ἦν αὐτὸς αὐτῷ, καὶ δεξα-
μένου τὴν βασιλείαν αὐτοῦ παῖδος, πέμψας δαβί-
δης πρὸς αὐτὸν, παρεμυθήσατο. φράσας τε φέρειν ὅτι
τῷ θανάτῳ τοῦ πατρὸς παραμενῶν καὶ τὴν αὐτὴν φι-
λίαν μένειν ἣν πρὸς ἐκεῖνον ἦν τούτῳ προσδοκᾶν. οἱ ἦ
τῶν ἀμμανιτῶν ἄρχοντες, κακοήθως, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ
δαβίδου τρόπου ταῦτ' ἐδέξαντο. καὶ παρώτρυναν τὸν G
βασιλέα λέγοντες κατασκόπους πεπομφέναι τὸ χώρας
δαβίδην καὶ τὸ αὐτοῦ δυνάμεως ὅτι προφάσει φιλαν-
θρωπίας. φυλάττεσθαι τε συνεβούλευον καὶ μὴ προ-
σέχειν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, μὴ καὶ σφαλεὶς, ἀπαρηγορή-
τῳ συμφορᾷ περιπέσῃ. ταῦτ' ἐν δόξας πυθανώτερα λέγειν τοῖς ἄρχουσιν παλαιοῖς εἶχεν ὁ τοῦ ἀμμανιτῶν βασι-
λεὺς ναάσου πᾶς, τοῖς πρὸς τὸ δαβίδου πεμφθέντας πρεσβεῖς χαλεπῶς περιύβρισε. ξυρήσας γὰρ αὐτῶν τὰ
ἡμίσεα τῶν γενείων καὶ τὰ ἡμίσεα τῶν ἱματίων περιτμών, ἕρκος ἀπέλυσε κομίζοντας τὸ λόγους τοὺς ὑποκειμένους.

omnes regis seniores filij inter patris satellites versabantur. His ita ordinatis venit illi in mentem amici quondam Ionathæ, fœderisque mutui quod inter eos intercesserat. nam inter cæteras omnes virtutes hanc quoque habuit, quòd egregiè meminerat beneficiorum quæ vnquam accepisset. Igitur scitatus est num quis superesset ex amici genere, cui gratiam referre posset pro iucundissima olim cum Ionatha acta consuetudine. cúmque abductus esset ad eum quidam è libertis Sauli, qui poterat superstites noscere, percontatus est num posset aliquem indicare ex Ionathæ genere viuum, cui pro beneficiis à veteri amico perceptis gratiam reponere quiret: quo respondente superesse filium eius Memphibosthum, pedibus claudum: eo quòd nutrix audita clade in qua pater eius & auus ceciderant, dum rapto puero trepidè fugit prolapsum ex humeris læserat: diligenter peruestigauit, vbinam & apud quos educaretur. quo comperto misit in Labatham oppidum ad Machirum (id altoris nomen fuit) qui eum adducerent. Memphibosthus verò postquam ad regem peruenit, procidens in faciem adorauit illum. móxque iussus est bono animo esse, & omnia quæ cuperet de benignissimo rege sibi polliceri, & auitam domum cum prædiis ad illam pertinentibus accepit: iussúsque est ad eandem cum rege mensam accumbere, & nulla die conuiuio non interesse. Cúmque adolescens lætus promissionibus & muneribus regis gratias agens adorauisset, rex accitò Siba, ait se adolescenti paternam domum cum omnibus auitis possessionibus donasse: iussítque eum villicatione agrorum suscepta, omnes reditus Hierosolyma referre. Post hæc singulis diebus cum mensæ adhibuit: & Sibam cum quindecim filiis & viginti seruis Memphibostho latgitus est. His ita ordinatis, Siba adorato rege, omnia se facturum pollicitus, discessit. Ionathæ verò filius posthac Hierosolymis habitauit, conuictor regis, nec aliter quàm si ipsi filius esset tractatus, filium etiam ex se genitum Michanum nominauit. Atque hoc honore Ionathæ posteri à rege fuêre affecti. Cæterũ cum per idem tempus Ammanitarum rex Naasses, socius & amicus defunctus esset, filiúsque in regnum paternum successisset, Dauid per legatos officiosè eum consolatus est, hortatus vt æquo animo patris obitum ferret, eandémque quàm pater expertus fuerat, amicitiam ei se expectaret. Priores verò Ammanitarum, secus quam de Dauide suspicari par erat, malitiosè hanc legationem missam interpretati sunt, cõcitauerúntque regem, dicentes Dauidem speculatores regionis & opum eius sub officij prætextu misisse. proinde cauẽdum ab illis, & verbis eorum non credendum, ne fortè deceptus in aliquam immedicabilem cladem se coniiciat. At rex Ammanitarum Naasses ab optimatibus contra rei veritatem persuasus, cũ iniuria legatos Dauidis reiecit. Rasis enim media ex parte eorũ barbis, præcisóque dimidio vestimẽtorum, factis non verbis animũ suũ declarauit.

VI. 1. Reg. 10.

Quam rem Dauid indignissimè tulit, nihil dis- A simulans non neglecturum se iniuriam cum contumelia coniunctam, sed bello vindicaturum in Ammanitas, & pœnas violatæ contra ius gentium legationis à rege eorum exacturũ. Quod posteaquam perlatum est ad regis barbari necessarios, & copiarum eius præfectos, conscij sibi violati fœderis, ac debitam pœnam metuentes, & ipsi ad bellum se parabant. & missis legatis ad Syrum Mesopotamenorum regem cum mille talentis societatem eius has merce- B de impetrauerunt, adducto in suas partes & Suba. Hi reges habebant peditum viginti millia, conduxerunt etiam regem Michæ regionis, & quartum nomine Istobum, qui & ipsi viginti duo millia militum in armis habebant.

CAP. VII.

Quomodo Dauid Mesopotamios deuicit.

NOn terruit tamen Dauidem Ammanitarum apparatus & inita cum regibus societas, Deo fretum: & scientem quòd bonam causam haberet, iussisque armis iniuriam sibi illatam vlciscereturꝰ Itaque Ioabo commissa belli administratione, cum lectissimo milite eum contra hostem misit: qui mox ad primariam D eius gentis vrbem castra admouit. Hostibus verò vrbem egressis, & duas seorsim acies explicantibus: alteram quæ ex auxiliis constabat, in patenti campo: alteram verò quæ Ammanitarum gentis erat, pro portis quæ Hebræos spectabant: Ioabus hoc animaduerso & ipse ad militares artes confugit. & assumptis fortissimis militum, ipse Syro aliisque regibus se opposuit: reliquis Abisæo fratri traditis, iussit vt cõtra Ammanitas aciem dirigeret: admonito prius E vt si videret Syros sibi præualere, adducto properè suo militè succurreret. idem se facturum si ipsum Ammanitas ægrè sustinere contingeret. cum his mandatis dimisso fratre, hortatúsque vt generosè & alacriter rem gereret, daretque operam ne quam ignominiam acciperet, ipse Syros aggreditur. qui cùm aliquantisper magna vi restitissent, multis suorum cadentibus terga vertere sunt coacti. quo viso Amma- F nitæ territi, Abisæum cum suo milite aduentãtem non expectauerunt, sed moti sociorum exemplo intra mœnia refugerunt. atque ita Ioabus malè mulctatis hostibus victorem exercitum Hierosolyma reduxit. Nec tamen ea clades Ammanitarum effecit, vt experti se impares in posterum quiescerent. sed missis nunciis ad Chalamam Syrorum transeuphratensium regẽ eius auxilia mercede conduxerunt. Huius vicẽ in exercitu gerebat Sabecus, qui constabat ex octoginta peditum, equitum verò decem millibus. Tum Hebræorum rex intellecto quòd de- G nuo tam magnas copias Ammanitæ contra se parauissent, nolens amplius per legatos cum eis bellum gerere, ipse cum vniuerso exercitu Iordanem transgressus illis occurrit, & commisso prælio victor euasit, cæsis peditum quadraginta, equitum verò septem millibus, Sabecus quoque hostiũ imperator in eo prælio vulnus accepit à rege, ex quo postea curã nõ admittẽte mo-

ἰδὼν ὁ Δαβίδης ἠγανάκτησε, καὶ δηλὸς ἦν οὐ περιοψόμενος τὴν ὕβριν καὶ τὸν ἐφεστηλασμόν, ἀλλὰ πολεμήσων τοῖς ἀμμανίταις, καὶ τιμωρίαν αὐτῶν τῆς ἀδικίας καὶ εἰς τοὺς πρεσβύτας εἰς ἐφεξόμενος τὴν βασιλέα. συνέντες δὲ οἱ τὰ αὐτοκρατόρων καὶ ἡγεμόνες ὅτι παρεσπονδήκασι καὶ δίκην ὑφ' αὐτῶν ὀφείλουσιν, ἐφοπαρεσκευάζοντο εἰς τὸν πόλεμον. καὶ πέμψαντες πρὸς σύεον τὸν τῆς μεσοποταμίτιδος βασιλέα χίλια τάλαντα, σύμμαχον αὐτὸν ὅλῃ τέχνῃ ἐποιήσαντο τῆς μάχης, παρεκάλεσαν δὲ συμβαῖ. ἦσαν δὲ τοῖς βασιλεῦσι τούτοις πεζῶν μὲν μυριάδες. ἐφοπλισάντο δὲ καὶ τὸν τῆς μιχαῖ καλουμένης χώρας βασιλέα. καὶ τέταρτον, ἴσοβον ὄνομα. καὶ τούτους ἔχοντας μυρίους καὶ δισχιλίους ὁπλίτας.

Κεφάλαιον ζ.

Πῶς Δαβίδης ὅλη τὰς μεσοποταμίους στρατιὰς ἀφῄρηται αὐτῷ.

ΟΥ κατεπλάγη δὲ τὴν συμμαχίαν καὶ τὴν τῶν ἀμμανιτῶν δύναμιν ὁ Δαβίδης, τῷ θεῷ πεποιθὼς τὸ δικαίως αὐτοὺς αἰτῶν ὧν ὑβρίσθη πολεμεῖν μέλλειν. καὶ ἰώαβον τὸν ἀδελφιδοῦν, ὃν αὐτὸς τῶν στρατιᾶς τὸ ἀκμαιότατον ἐξ αὐτῆς ἐπεμψε πρὸς αὐτούς. ὁ δὲ πρὸς τῇ μητροπόλει τῶν ἀμμανιτῶν ἀραμαδὰ κατεστρατοπεδεύσατο. τῶν δὲ πολεμίων ἐξελθόντων καὶ παταξαμένων ἐκ ὁμοῦ, δίχῃ δὲ, τὸ μὲν ἐδ ὁπλιτικὸν ἐν τῷ πεδίῳ καθ' αὑτὸ ἐτάχθη. τὸ δὲ τῶν ἀμμανιτῶν στράτευμα, πρὸς τῇ πόλιος αὐτικρυς τῷ ἐβραίων. ἰδὼν τοῦτο ἰώαβος, αὐτιμηχανᾶται. καὶ τοὺς μὲν ἀνδρειοτάτους ὁπλεξάμενος, αὐτιπαράταξιν τῷ σύρῳ, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν βασιλεῦσι. τὸ δὲ ἄλλο παρέδωκε ἀδελφῷ, τοῖς ἀμμανίταις ἐκέλευεν αὐτιπαράταξιν. εἰπὼν αὐ τοὺς σύεως ἰδὼν βιαζομένους αὐτὸν καὶ πλέον δυναμένους, μεταχωρῆσαι τὰ φάλαγγα βοηθεῖν αὐτῷ. τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ποιήσειν καὶ αὐτὸς, ἂν ὑπὸ τῶν ἀμμανιτῶν αὐτὸν κατακρατούμενον θεάσηται. παρεμυθάμενος οὖν τὸν ἀδελφὸν, καὶ παρακαλέσας δῦναι καὶ μὴ παρημίας ἅπαντα δράσειν, ἀρχαίοις φοβερμένοις παρεσκεύασε ἀγωνίσασθαι, τὰ μὲν ἀπέλυσε τοῖς ἀμμανίταις μαχησόμενον. αὐτὸς δὲ τοῖς σύεως συνέβαλε. καὶ πρὸς ὀλίγον αἰτιχόντων αὐτῷ καρτερῶς, πολλοὺς μὲν αὐτῷ ἀπέκτεινεν ἰώαβος, ἅπαντας δὲ ἠνάγκασεν εἰς φυγὴν τραπῆναι. τοῦτο ἰδόντες οἱ ἀμμανῖται, καὶ δείσαντες τὸ ἀβεσσαῖον, καὶ τὴν μετ' αὐτὸ στρατιὰ, οὐκ ἔμειναν. ἀλλὰ μιμησάμενοι τοὺς συμμάχους, εἰς τὴν πόλιν ἔφυγον. κρατήσας οὖν τῶν πολεμίων ὁ ἰώαβος ἱεροσόλυμα πρὸς τὴν βασιλέα λαμπρῶς ὑπέστρεψε. τοῦτο τὸ πάθημα τοῖς ἀμμανίταις οὐκ ἔπεισεν πρεμεῖν. ἀδὲ μαθόντας τὴς κρείττονας, ἡσυχίαν ἄγειν. ἀλλὰ πέμψαντες πρὸς χαλάμαν τὸν τῆς πέρας διφείτου σύρων βασιλέα, μισθῶν τοῦτον δὴ συμμαχίαν. ἔχοντα μὲν αὐτοκρατορικὸν στάβεκον, πεζῶν δὲ μυριάδας ὀκτὼ. καὶ ἱππέων μυρίους. γνοὺς δὲ ὁ τῶν ἑβραίων βασιλεὺς, πάλιν ἐπ' αὐτὸν τοῖς ἀμμανίταις τοσαύτην δύναμιν συνηθροικότας, οὐκέτι δι' ἀρχόντων αὐτοῖς πολεμεῖν ἔκρινεν. ἀλλ' αὐτὸς σὺν ἁπάσῃ τῇ δυνάμει διαβαὶς τὸν ἰορδάνην ποταμὸν, καὶ ὑπαντήσας αὐτοῖς, συνάψας αὐτοῖς εἰς μάχην, ἐνίκησε. καὶ αἱρεῖ μὲν αὐτῷ πεζῶν μὲν εἰς τετρακισμυριάδας, ἱππέων δὲ εἰς ἑπτακισχιλίους. ἔτρωσε δὲ, καὶ τὸν στρατηγὸν τῆς χαλαμᾶ σάβεκον, ὃς ἐκ τῆς πληγῆς ἀπέθανεν.

τῶ θαστν. οἱ ὃ μεσοποταμῖται τοιῦτε γενομένε τῦ τέ- A
λους τ μάχης, αὐτοὶ διαβίδη παρέδωσαν, καὶ δῶρα ἔ-
πεμψαν αὐτῶ. ☾ ὁ μὲ ὥρα χειμῶνος ἀπέστρεψεν εἰς ἱε-
ροσόλυμα. ἀρχομένε ὃ τ ἔαρος, ἔπεμψε τ αὐτοκρατη-
τὸν ἰωάβον πολεμήσοντα τοῖς ἀμμανίταις. ὁ ὃ τὴν τε γῆν
ἅπασαν αὐτῶ ἐπερχόμενος διέφθειρε, καὶ αὐτοὺς εἰς τ
μητρόπολιν συγκλείσας ἀφειλε διὰ πολιορκίας. συνέπιπ-
τε ὃ καὶ διαβίδη πάθημα δεινὸν, ὅτι δικαίω ☾ θεοσε-
βεῖ, καὶ τοῖς πατρίοις νόμοις ἰσχυρῶς φυλάσσοντι. θεασά- B
μενος γὰρ δείλης ὀψίας ἀπὸ τ στέγης τῶ βασιλείων ἐν
ᾧ διῃτατῆν κατ ἐκεῖνο τ ὥρας ἔθος, εἶδε γυναῖκα
λουομένην ἐν τῆ αὐτῆς οἰκίᾳ ψυχρῶ ὕδατι, καλλίστην
τὸ εἶδος καὶ πασῶν διαφέρουσαν. ὄνομα αὐτῆ ἦν βεθ-
σαβέ. ἅττεται τε τῆς κάλλους τ γυναικὸς, ☾ τ ὀπθυ-
μίας κατασχεῖν ὐ δυνάμενος, μεταπεμψάμενος αὐ-
τὴν, συνέρχεται. γενομένης δ' ἐγκύε τ γυναικὸς, καὶ
πεμψάσης πρὸς τὸν βασιλέα, ὅπως τῶ ἁμαρτήματι C
σκέψηταί τινα τῆ λαθεῖν ὁδὸν, ἀποθανεῖν γὰ αὐτὸν κ
τοῖς πατρίοις καθήκει νόμοις μεμοιχευμένον. μεταπε-
μπέται μὲν τ ἰωάβ ὁπλοφόρων ἐκ τ πολιορκίας, ἀν-
δρα ὄ τ γυναικὸς, οὐρίαν ὄνομα. καὶ ἅμα γενόμενον,
πρός τε τῆς στρατιᾶς καὶ τ πολιορκίας ἀπήγγειλε. λέγοντος
ὃ πάντα κ τοῦ νοῦ αὐτοῖς κεχωρηκέναι τὰ πεπραγμένα,
βασάσας ἐκ τ δεήτερα μέρη, πρόσταγμα δίδωσιν αὐτῶ, καὶ
κελεύει πρὸς τὴν γυναῖκα ἀπελθόντα ἀναπαύσα-
σθαι σὺν αὐτῆ. ὁ ὃ οὐρίας τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, παρε- D
κοιμήθη ὃ τῶ βασιλεῖ σὺν τοῖς ἄλλοις ὁπλοφόροις. ὡς
ὃ γνοὺς ταῦθ' ὁ βασιλεὺς, ἀπέκρινεν αὐτὸν ὅτι μὴ πρὸς
αὐτὸν εἰς τὴν οἰκίαν ἐλθοι μηδὲ πρὸς τὴν γυναῖκα
ἔλθοι δῆτα τοσούτου χρόνε, πάντων ἀνθρώπων ταύτην
ἐχόντων τὴν φύσιν ὅταν ἐλθωσιν ἐξ ὑποδημίας. ὁ δ'
οὐκ ἐᾷ δίκαιον εἶπε, τῶ συστρατιώτῃ αὐτῶ, ☾ τῆ στρα-
τηγοῦ χαμαὶ κοιμωμένων ἐν παρεμβολῆ καὶ τῆ τῶ
πολεμίων χώρα, μὴ τῆς γυναικὸς αὐτὸν ἀναπαύεσθαι
καὶ ξυφᾶν. ταῦτα εἰπόντα, μίαν τὴν ἡμέραν ἐκεί- E
νην προσέταξεν, ὡς τὴν ὕστεραν ὑπολύσων αὐτὸν
πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. κληθεὶς δ' ὑπ' αὐτοῦ καὶ τοῦ
τῆ βασιλέως ἀρίας καὶ μέχρι μέθης προελθὼν ἐν
τῶ πότῳ δεξιουμένε τῆ βασιλέως αὐτὸν ὑπνησεν
ταῖς προπόσεσιν, ὐδὲν ἧττον πάλιν πρὸ τῶ τῆ βασι-
λέως θυρῶν ἐκοιμήθη, μηδὲ μίαν λαβὼν τῆς γυναι-
κὸς ὁπθυμίαν. ὑπ' τούτῳ ὃ δυσαναχετήσας ὁ βασι-
λεὺς, ἔγραψε τῶ ἰωάβῳ κολάσαι προσέσωσεν τὸν F
ἀρίαν. ἁμαρτεῖν γὰ αὐτὸν ἐδήλου. καὶ τὸν τρόπον τ πι-
μωρίας, ἵνα μὴ γένηται φανερὸς αὐτὸς τοῦτο βεληθείς,
ὑπέθετο. κ γὰ τὸ δυσμαχώτατον αὐτὸν ἐκέλευσε
μέσης τῶ πολεμίων τάξας, ☾ καθ' ὁ κινδυνώδη μα-
χόμενος, ἀπολειφθεὶς μόνος. τοὺς γὰ συμπροθυμήσαντας
ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς μάχης κωλύσαι. ταῦτα
γράψας καὶ σημειωάμενος τῆ αὐτῶ σφραγῖδι, τῶ
ὑπηρέτῃ ἐδωκεν ἀρίᾳ κομίσαι πρὸς ἰώαβον. δεξά- G
μενος ὃ τὰ γράμματα ἰώαβος, καὶ τὸν τῶ βασι-
λέως προαίρεσιν ἀναγνούς, κατ' ὃν ἤδει τόπον τοῖς
πολεμίοις αὐτῶ χαλεποὺς γενομένους, κατὰ τοῦτον ἐ-
στησε τ ἀρίαν, δοὺς αὐτῶ τινας τ ἀρίστων τῆς στρατιᾶς. αὐτὸς δ' ἅπάσῃ τῆ δυνάμει πρὸς ὑπβοηθήσειν ἔ-
φησεν, εἰ δυνηθεῖεν ἀναξέναντές τι τ τείχους εἰσελθεῖν εἰς τ πόλιν. ὄντα δ' αὐτὸν γενναῖον στρατιώτην, καὶ
δόξαν ἔχοντα πρός τε τῶ βασιλέως καὶ παρὰ τοῖς ὁμοφύλοις ἐπ' ἀνδρεία, χαίρειν τοῖς μεγάλοις πόνοις, ἀλ-
λὰ μὴ πρὸς ἀγανακτεῖν ἤξιε. τῶ ὃ ἀρίᾳ προθύμως ὑπὸς αὐτὸς τὸ ἔργον, τοῖς μετ' αὐτῶ πρὸς διαλεγομέ-

ri eum contigit. Mesopotamitæ deinde cognito tam tristi pugnæ euentu, sine mora legatione ad Dauidem cum muneribus missa, deditionem fecerunt. quæ ita appetente iam hyeme Hierosolyma est reuersus. Vere autem ineunte, Ioabum ad bellum Ammaniticum misit. Is longè latéque vastatis hostium agris, compulsos eos in Rabatham gētis metropolim obsidione cinxit: Quo tempore Dauid tametsi vir iustus ac pius & patriarum legum obseruator diligens, in graue tamen peccatum incidit. Cùm enim vergente iam die in solario regiæ more solito deambularet, prospexit in vicinis ædibus mulierem frigida lauantem, insigni forma præcellentem, cui nomen Bethsabe: victúsque eius pulchritudine, & à concupita sibi temperare non valens, accitam ad se complexus est. Paulò post mulier grauidam se sentiens, nunciat regi vt dispiciat quomodo factum hoc latere posset, alioqui publicis legibus adulterii damnatam supplicium daturam. Rex itaque accersitum ad se ex castris Ioabi armigerum maritum mulieris, Vriam nomine, de exercitu, & quomodo oppugnatio procedat, percontatur. quo referente omnia cedere ex sententia, partes ei de sua cœna obtulit, iussítque vt profectus ad vxorem apud illam pernoctaret. at ille non ita fecit, sed inibi in regia & inter satellites regis noctē eam exegit. quo cognito rex scisciatur est ex eo, quamobrem tanto pòst tempore domum reuersus, ad vxorem non iuisset, idque præter communem omnium hominum morem, quicunque peregrè ad suos redeunt. respondit ille, non esse æquum vt interim dum imperator suus & commilitones in hostili solo in castris humi cubitant, ipse in vxoris amplexibus se oblectet. hæc locutum manere inibi ea quoque die iussit, sequenti ad vicarium suum ducem dimissurus. vocatus deinde ad cœnam, & rege de industria crebrioribus propinationibus inuitante ab ebrietatem vsque progressus, nihilominus tum quoque pro foribus regij cubiculi pernoctauit, nullo vxoris desiderio tactus. hanc ob rem indignatus rex scripsit Ioabo vt in Vriam pœnam meritum animaduerteret: modúmque puniendi indicauit, ne manifestum fieret suo iussu hoc factum. iussit enim vt quà primum periculi esset hosti opponeretur, moxque à sociis, quo facilius opprimi posset, destitueretur. his ita scriptis, & proprio sigillo obsignatis, epistolam Vriæ commisit ad Ioabum perferendam, qui receptis literis, & cognita regis voluntate, quem locum maximè ab hostibus infestari sciebat, in eo collocaturus Vriam, adiunctis illi lectissimis aliquot militibus, pollicitus est se cū toto exercitu affore, si qua parte muri suffosa aditū intra vrbē patefeciſſent: hortatus eū vt existimationi quam tum apud regem, tum apud commilitones sibi parauerat respondens, libenter potius quàm grauatim iussa capesseret. cúmque Vrias magna alacritate demandatum munus suscepisset, manipulo illi adiungendo clā impetauit,

VII. 2. Reg. 11.

vt cùm primùm occurrentibus hostibus vrgeri hominem viderent, deserto illo in tutum se recíperent. Itaque cum Hebræi fecissent assultum ad mœnia, veriti Ammanitæ ne ab illa parte hostis murum occuparet, fortissimus quisque recluſa rèpente porta magno impetu erumpunt. quod vbi viderunt qui circa Vriam versabantur, memores Ioabi mandatorum, vno agmine sese retrorsum receperunt. Solus Vrias quòd puderet contra quàm promiserat assignatum locum non tueri, in se ruentes sustinuit, ferróque exceptos interemit non paucos, donec circumuentus cum aliquot aliis, quos ignaros consilij pudor idem in officio continuerat, non inultus occubuit. His ita gestis Ioabus regi per nuncium significat, quòd non ferens obsidionis moras, oppugnatione adortus mœnia, amissis aliquammultis infecta re in castra redire sit compulsus. mandarat autem nuntio, si regem hoc factum ægrè ferre sentiret, vt de Vriæ quoque morte renuntiaret: id quod etiam euenit. Rex enim his cognitis malefactum aiebat, quod aperta vi mœnia tentassent, opportuisse enim machinis ac cuniculis aditum moliri, maximè cùm Abimelechus Gedeonis filius domesticum exemplum illis esse debuerit, qui Thebis turrim vi capere conatus, saxo ab anicula misso ictus turpiter vitam amisit, vir alioqui fortissimus, quòd inconsultè difficillimum oppugnationis genus esset aggressus. Vtilissimum autem in re militari quid aliis bene aut secus cesserit considerando, cùm simile periculum incidit, hæc sequi, illa fugere. postquam autem indignabundo de Vriæ quoque morte relatum est, irasci desiit: iulsítque Ioabo renunciari, vulgare esse id incommodum, nec à natura belli alienum, cuius hæ sint vicissitudines. debere tamen eum in posterum cautiùs rem administrare, & aggeribus ac machinis expugnatam vrbem solo æquare, & habitatores eius ad vnum neci dedere. Cum his mandatis nuncius ad Ioabum propetè se recepit. cæterum Bethsabe audita mariti morte per aliquot dies eum luxit: vbi verò à mœrore ac lacrymis destitit, sine mora eam rex coniugem sibi ascíuit: ex qua mox puer masculus ei natus est. Has nuptias Deus nequaquam æquis oculis inspexit, sed iratus Dauidi, cùm prophetæ Nathani per visum nocturnum se obtulisset, regem graui incusauit. propheta verò qui esset vir festiuus ac prudens, reputans reges quoties suis affectibus rapiuntur, non magnum iuris respectum habere solere, comminatione numinis ad tempus dissimulata, maluit illum blanda oratione aggredi, in hunc modum sententiam eius exploraturus. Duo viri, inquit, eandem vrbem incolebant: alter prædiues multorumque armentorum & gregum dominus: alter vnius tantum ouiculæ possessor, eam verò cum pueris suis domi quotidianis cibis alebat, non alio affectu quam si esset filia. cum verò hospes diuiti superuenisset, ille parcens suis pecoribus nullum in amici gratiam mactare voluit: sed abstracta per vim ouicula pauperis,

2. Reg. 12.

νοις, ἰδίᾳ καταλιπεῖν ὅταν ἐχομένους ἴδωσι τοὺς πολεμίους ἐδήλωσεν. προσλαβόντων δ' οὖν τὴν πόλειν Ἑβραίων, δείσαντες οἱ Ἀμμανῖται μὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον καθ' ὃν ἐρήμη σωέβαινε τετάχθαι, φθάσαντες ἀναβῶσιν οἱ πολέμιοι, προσπαίοντες τοῖς ἀθρόοις τοὺς αὐτοὺς καὶ τὴν πύλην ἀνοίξαντες, ἀφνιδίως καὶ μετὰ ῥώμης δρόμου πολλοῦ τοῖς ἐχθροῖς ἐπεξῆλθον. ἰδόντες δ' αὐτοὺς οἱ σὺν τῷ Οὐρίᾳ, πάντες ἀνεχώρησαν ὀπίσω, καθὼς ἰώαβος αὐτοῖς προεῖπεν. ἀγανωθεὶς δ' Οὐρίας φυγεῖν καὶ τάξιν καταλιπεῖν, ὑπέμεινε τοῖς πολεμίοις, καὶ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἀνδεξάμενος ἀναιρεῖ μετ' ὀλίγους. κυκλωθεὶς δὲ καὶ ληφθεὶς ἐν μέσῳ τελευτᾷ. σὺν δ' αὐτῷ τινες καὶ ἄλλοι συγκατέπεσον τῶν ἑταίρων. τούτων ἅττα γνωμῶν, ἔπεμψεν ἀγγέλους ἰώαβος πρὸς τὴν βασιλέα, λέγειν ἐντειλάμενος αὐτοῖς, ὡς ἂν ἡδέως αὐτῷ ταχέως ἐλεῖν τὴν πόλιν, προσβαλὼν τῷ τείχει, καὶ πολλοὺς ἀπολέσας ἀναχωρῆσαι βιαδείη. προσεθῆναι δὲ τούτοις ἂν ὀργιζόμενον ἐπ' αὐτοῖς βλέπωσι, καὶ τὴν ἀξίαν θάνατον. τοῦ δὲ βασιλέως ἀκούσαντος ταῦτα πρὸς τὸν ἄγγελον, δυσφορήσας, φάσκοντος ἀμαρτάνειν αὐτοὺς τῷ τείχει προσβαλόντας, δέον νομίμοις καὶ μηχανήμασιν ἐλεῖν πειρᾶσθαι τὴν πόλιν, καὶ ταῦτ' ἔχοντας πρόδειγμα τὸ γεγενῆσθαι τὸν Ἀβιμέλεχον, ὃς ἐπὶ τὴν Θήβας πύργον ἐλεῖν ἐβιάζετο βία, βληθεὶς ὑπὸ γυναικὸς πέτρῳ κατέπεσε, καὶ αὐθρόστατος ὢν, διὰ τὸ δυσχερέστατον τῆς ὁπλομαχίας, αἰσχρῶς ἀπέθανεν· ἐμνημόνευόν τας, εἰ δεῖ μὴ προσιέναι τῷ τείχει τοὺς πολεμίους. ἄριστον γὰρ ἁπάντων ἐν πολέμῳ τοῖς προχθέντων καλῶς καὶ ὡς ἑτέρως ἐν τοῖς αὐτοῖς κινδύνοις μηδέποτε ἔχειν, ὡς τὰ μὲν μιμεῖσθαι, τὰ δὲ φεύγειν. ἐπεὶ δ' ἥκων ἔχοντι καὶ τὴν ἡδέα θάνατον ἐδήλωσεν ὁ ἄγγελος, παύει μὲν τὴν ὀργῆς. ἰωάβῳ δ' ἐκέλευσε λέγειν ἀνθρώπινον εἶναι τὸ συμβεβηκὸς, μὴ τὰ τῆς πολέμου φύσιν ἔχειν ἑκάστοτε. ὡς τε ποτὲ μὲν τοῖς ἐναντίοις δοκεῖν συμβαίνειν κατ' αὐτὸν, ποτὲ δὲ τοῖς ἑτέροις. τὸ λοιπὸν μέντοι γε προνοεῖν τῆς πολιορκίας, ὅπως μηδὲν ὀλιγωρήσωσι κατ' αὐτόν, ἀλλὰ χώμασι καὶ μηχαναῖς ἐκπολιορκήσαντας καὶ καθαρπασαμένους, τὴν μὲν πόλιν καταφλέξαι, πάντας δ' ἀπολέσαι τοὺς ἐν αὐτῇ. ὁ μὲν ἄγγελος, ταῦτα ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐντεταγμένα κομίζων πρὸς ἰώαβον ἀπεῖπετο. ἡ δὲ τοῦ ἀνδρὸς πυθανομένη, ὅτι συχνὰς αὐτὸν ἡμέρας ἐπένθησε. παυσαμένης δὲ τῆς λύπης καὶ τοῦ ἐπ' ἀνδρὶ πάθους, ὁ βασιλεὺς δι' ἀγάγετο γυναῖκα. καὶ παῖς ἄρρην ἐξ αὐτῆς αὐτῷ γίνεται. τοῦτον δ' οὐχ ἡδέως ἐπιδὼν ὁ θεὸς τὸν γάμον, ἀλλὰ δι' ὀργῆς ἔχων τὸν Δαβίδην, τῷ προφήτῃ Νάθαν φανεὶς κατὰ τοὺς ὕπνους, ἐμέμφετο τὸν βασιλέα. ὁ δὲ Νάθαν, ἀνὴρ θεῖος ὢν καὶ σώφρων ἄνθρωπος, λογισάμενος ὡς οἱ βασιλεῖς ὅταν εἰς ὀργὴν ἐμπέσωσι, ταύτῃ πλέον ἢ τοῖς δικαίοις νέμουσι, τὰς μὲν ὠδὰς τοῦ θεοῦ γεγυμνωμένας ἀπειλῆς ἐσυχάσειν ἔφευγεν. ἄλλοις δὲ λόγοις χρησόμενος πρὸς αὐτὸν διεξῆλθε. καὶ δή τινά τοπον, ὡς εἰ καί τι φρονεῖ, ποιήσας σαφῆς αὐτῷ παρεκάλει. δύο γὰρ ἔφησεν ἄνδρες τὴν αὐτὴν κατῴκειν πόλιν. ὧν ὁ μὲν πλούσιος ἦν, καὶ πολλὰς εἶχεν ἀγέλας ἀποζυγίων τε καὶ θρεμμάτων, καὶ βοῶν. τοῦ πένητος δ' ἀμνὰς μία ὑπῆρχε. ταύτην μετὰ τέκνων αὐτὸς ἀνέτρεφε σιτοδιαπόρμενος αὐτῇ τὰ σῖτα καὶ φιλοσοργίᾳ πρὸς αὐτὴν χρώμενος. ἦ τις ἂν χρήσαιτο καὶ πρὸς θυγατέρα. ξένης δ' ἐπελθόντος τοῦ πλουσίῳ τῶν μὲν ἰδίων ἐδέν ἐκείνος βοσκημάτων ἠξίωσε καταθύσας δειπνῆσαι τὸν φίλον. πέμψας δὲ τὰ ἀμνάδα τοῦ πένητος ἀπέσα-

πεισασα, κὴ ταύτην παρασκευάσας εἰσίασε τῷ ξένον. A
σφόδρα δ' ἐλύπησεν ὁ λόγος Δαυῒδ τὸν βασιλέα, κὴ πονηρὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον ὃς δὴ τὸ ἔργον τοῦτο ἐτόλμησεν ἀπεφαίνατο, κὴ τὸ τετραπλοῦν τε ἀπαιτῆσαι τὴν ἀμνάδα δίκαιον εἶναι, ἐπὶ τούτῳ θανάτου κολασθῆναι. νάθαν δ' ὑποτυχὼν αὐτὸν ἔλεγχε ἐκεῖνον εἶναι τὸν ἄξιον ταῦτα παθεῖν, ὑφ' αὐτοῦ κεκελευσμένον τολμῆσαι μέγα κὴ δεινὸν ἔργον. ἀνεκάλυπτε δ' αὐτῷ κὴ παρεγύμνου τὴν ὀργὴν τοῦ θεοῦ ποιήσαντος μὲν αὐτὸν βα- B
σιλέα τοῦ Ἑβραίων δυνάμεως, καὶ τῆς ἐν κύκλῳ πάντων ἐθνῶν πολλῶν καὶ μεγάλων κύριον. ῥυσαμένου δ' ἐπὶ τοῦτο τοῦ τὸν ἐκ τῆς σαοὺλ χειρῶν, δόντος δ' αὐτῷ κὴ γυναῖκας αὐτοῦ δικαίως κὴ νομίμως ἠγάγετο, καταφρονηθέντος δ' ὑπ' αὐτοῦ κὴ ἀσεβηθέντος, ὃς ἀλλοτρίαν τε γήμας ἔχοι γυναῖκα, κὴ τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἀποκτείναι ἐνδοὺς τοῖς πολεμίοις. δώσειν οὖν αὐτὸν αὖθις τούτων δίκας τῷ θεῷ. κὴ βιαισθήσεσθαι μὲν αὐτοῦ τὰς γυναῖκας ὑφ' C
ἑνὸς τῶν παίδων. ὑπὲρ ἐκείνου, κὴ τὸ ἁμάρτημα κρύφα τοῦτο δ' ἐφαντάζα, φανεραὶ τοῦ θεοῦ αὐτοῦ δίκαιον ὑφέξειν. τεθνήξεσθαι δὲ κὴ τὸ παιδάριον ὃ ἔτεκεν αὐτῆς γεγυνημένον. ταραχθέντος δ' ὑπὸ τούτοις τοῦ βασιλέως, κὴ συγχυθέντος ἱκανῶς, καὶ μὴ δακρύων κὴ λύπης ἀσεβήσαι λέγοντος, ᾧ δὲ ὁμολογουμένως θεοσεβὴς, κὴ μηδὲν ἁμάρτων ὅλως περὶ τὸν βίον, ἢ τὰ περὶ τὴν ἐκείνου γυναῖκα, οἰκτείρειν ὁ θεὸς. κὴ ἀλλαττόμενος φυλάξειν αὐτῷ καὶ τὸν ζωὴν καὶ τὴν βασι- D
λείαν ἐπαγγειλάμενος. μεταγνοοῦντι γὰρ περὶ τὸν γεγυνημένον, ἐκεῖ χαλεπῶς ἔχειν ἔφασκε. καὶ νάθας μὲν ταῦτα τῷ βασιλεῖ προφητεύσας, οἴκαδ' ἐπανῆλθε. τῷ δ' ἐκ τῆς ἐκείνου γυναικὸς γεγυμνωμένῳ παιδὶ δαβὶδ ἡ, νόσον ἐνσκήπτει χαλεπὴν τὸ θεῖον. ἐφ' ᾗ δυσφορῶν ὁ βασιλεὺς, ζοφερὰν μὲν ὅτι ἡμέρας ἐπᾶγε, καὶ ὅτιπερ ἀναγκάζοντων τῶν οἰκείων ἐ προσηυέλκετο. μέλαναν ἐσθῆτα μόνην ἐώπα, πεσὼν ὅτι σάκκου κὴ γῆς ἔκειτο, τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἱκετεύων σωτηρίας, σφόδρα E
δὲ ἔστεργεν αὐτὸ τὸ μητέρα. τῇ δ' ἑβδόμῃ τῶν ἡμερῶν τελευτήσαντος τὸ παιδὸς, ἐκ τόλμων τῷ βασιλεῖ τοῦτο μηνύειν οἱ θεράποντες, λογιζόμενοι μὴ γνοὺς ἐπὶ μᾶλλον ὀπόχη) κὴ ζοφῆς κὴ τ' ἄλλης ὀδυνηρείας, ὡς αὖ ὅτι τέκνα πόθῳ τετελευτηκότος, ὁπότε κὴ νοσοῦντος ἔτως ὑπὸ τ' λύπης αὐτὸν ἐπάκει. θεασάμενον δ' ἀναστάντα μὲν ἐκ τῆς γῆς, ἀπονιψάμενον δ' ἐλαίῳ τε χρισάμενον, καὶ ἐσθῆτα ἀλλαξάμενον, εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ προελθόντα. κὴ κελεύσας δεῖπνον αὐτῷ παρατεθέναι, πολλὰ ὅτι τῷ παλαιῷ τοῖς τε συγγενέσι κὴ τοῖς οἰκέταις ἔκπληξιν παρέχειν, ὅτι μηδὲν τούτων ὅτι νοσοῦντι τῷ παιδὶ ποιήσας, πάντ' ὀμοῦ τετελευτηκότος ἐφάνη. τήν τε αἰτίαν δεηθέντες δηλῶσαι φράσαι πρῶτον αὐτοῖς πύθεσθαι παρεκάλουν εἰπεῖν τὸν γεγυμνωμένον, ὁ δ', ἀμαθεῖς εἶπὼν αὐτοὺς ἐδίδασκεν, ὡς ἔτι μὲν ζῶντος τοῦ παιδὸς, ἔχων ἐλπίδα σωτηρίας αὐτοῦ δόντος πάντ' ἐποίει, τὸν θεὸν ἡμῶν ἵλεων τούτοις δυνατὸν καὶ σῶσαι. ἀποθανόντος δ' ἐκέτι χρείαν εἶναι λύπης ματαίας. ταῦτ' εἰπόντος, ἐπῄνεσαν τοῦ σοφίαν καὶ τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ βασιλέως. συνελθὼν δὲ τῇ γυναικὶ βεεθσαβῇ, ἔγκυον αὐτὸν ἐποίησε. καὶ γενόμενον ἄρρεν παιδίον, σολομῶνα προσηγόρευσε, νάθα τοῦ προφήτου κελεύσαντος. ἰώαβος δὲ, τὴν πολιορκίαν ἔτις ἀμμα-

iugulatam & apparatam hospiti apposuit. His verbis rex grauiter commotus, sceleſtum hominem illum facinus hoc ausum pronũtiauit, iustúmque esse vt quadruplum pro adempta ouicula restituatur, & ipse insuper capite plectatur. Tum Nathan incunctanter subiecit, ipsum esse qui hac pœna dignus sit, suopte iudicio nefarij sceleris damnatus. ac tum demum illi exposuit in quantam indignationem numinis incurrisset, cuius fauore vniuersæ gentis Hebræorum rex constitutus, circumquaque vicinarum etiam gentium earúmque multarum & magnarum dominium consecutus esset: nõ semel antea liberatus è Sauli manibus, nunc cùm eiusdem benignitate aliquot legitimas vxores habeat, contempto omni humano simul atque diuino iure, alienam eum duxisse vxorem, marito ipsius interfecto & hosti prodito. Igitur affore diuinam vltionem, & ipsius quoque mulieres ab vno è filiis per vim constuprandas, & ipsum insidiis ab eodem appetendum, vt pro clàm admisso peccato, in propatulo pœnas persoluat. quin & puerum ex ea natum sine mora esse interiturum. territo autem per hanc denunciationem rege, vehementérque perturbato, & cum lacrymis fatente se peccasse in Deum (erat enim vir pius, & qui hoc vno excepto in tota vita nihil admiserat) placatus Deus recepto in gratiam promisit & regnum & vitam ei seruaturum se esse. post pœnitentiam enim non amplius se iracti. Atque ita Nathan postquam futura regi aperuisset, domum reuertitur. Porrò infans ex vxore Vriæ natus Dauidi, immittente Deo graui morbo corripitur, cuius vicem mœstissimus pater dolenter ferens per septem dies à familiaribus induci non potuit vt vllum cibum degustaret: sed atratus & sacco amictus, humi prostratus iacebat, & à Deo salutem pueri precabatur. Nimis enim eius matrẽ diligebat. septima verò die mortuo puero, familiares nõ audebant hoc regi indicare, veriti ne re cognita pertinaciùs etiam à cibo reliquáq; cura corporis abstineret desiderio defuncti infantis, cuius morbũ tam impotẽter tulisset. qui cùm turbatam familiam sentiret, & aliquid mali celari, facilè intellexit extinctum puerum: accitóque vno è famulis postquam veritatem cõperit, cõfestim surrexit: lotus deinde sumptáque veste candida, ad Dei tabernaculum properauit posthac iussis famulis vt cœnã sibi apponerent præter omnem opinionem. admirationi fuit omnibus cognatis & domesticis, stupẽtib. quòd cùm nihil horũ ægrotãte puero fecisset, nunc post eius obitũ omnia simul faceret: impetratáque prius licẽtia, causam suscitabantur. Tũ ille: Nõ intelligitis, inquit, quòd dum puer viueret, de salute eius sperans, nihil non faciebam quo Deum flecterem: nunc postquam is obiit, superuacaneum sit inaniter mœrore confici. His auditis omnes sapientiam eius laudauerũt. nec ita multo pòst Bethsabe grauida exactis legitimis naturæ mensibus filium ei peperit, quem Nathanis monitu Salomonem nominauit. In-

terea Ioabus Ammanitas acri obsidione premebat, præcisis aquæ ductibus, & commeatibus interceptis, ita vt fame simul & siti laboraretur, ab vnico enim puteo spes eorum pendebat, ac ne hoc quidem ad satietatem vtebantur, parcè aquam dispensantes, ne fortè in totum deficeret. Hęc Ioabus per literas regi significauit, hortans vt ad excidium vrbis ipse veniret, & hunc quoque titulum victoriis suis apponeret. qui collaudato ducis officio fidéque, assumpto secum exercitu ad deuastandam Rabatham proficiscitur: eámque mox vi captam militi diripiendam permisit. ipse verò ex præda nactus est Ammanitarum regis auream coronam talentum pendentem, & precioso sardonyche insignem, quã postea capite gestare solitus est. nec non & alia multa ac magni precij præda in ea vrbe potitus est. viros verò eius excruciatos prius ad vnum interemit: nec mitius alias Ammanitarum vrbes tractauit, pari modo expugnatas. Post hanc victoriam domum reuerso graue quiddam accidit ex tali causa: Filiam habebat adhuc virginem, formosissimas quasque mulieres pulchritudine vincentem, Thamaram nomine, ex eadem qua Absalomus genitrice natam. huius amore correptus Amnon filiorum Dauidis natu maximus, cùm propter virginitatem ipsius & asseruationem potiri ea non posset, adeò passione hac conflictabatur, vt non aliter quàm ex morbo lentam tabem ac pallorẽ sibi contraheret. id malum deprehendit Ionathas quidam eius cognatus & amicus, vir prudens & magni consilij. videns enim Amnonem à natiua corporis habitudine indies magis ac magis deficere: accessit illum rogans vt causam sibi indicaret. Suspicari enim se amatoriã quãdam esse hanc passionem. quo fatente sororem germanam sibi adamatam, consilium dat, quomodo optatis potiri valeat. suasit enim vt simulata ægritudine, simulatque pater visendi causa illum accessisset, roget vt sororem ad se mittat, cuius ministerijs releuatus eò citius conualescere possit. Patuit Amnon, & cum nihil cunctatus decubuisset, simulare morbum cœpit. Dein cùm pater officiosè inuisens percontaretur de valetudine, petiit sororem ad se mitti. ea postquam iussu patris accita venit, postulauit vt suis manibus colyphia frixa afferret. Sic enim libentiùs se comesturum. quæ in conspectu fratris farina subacta, formatisque colyphiis ac frixis, iuueni obtulit. at ille non ea gustauit, sed famulis mandauit, vt quotquot pro foribus cubiculi obuersarentur, submouerent, dicens se absque strepitu quiescere cupere, quo facto iussit sororem in intimum conclaue paratam cœnam inferre. quod cum puella fecisset, apprehensæ suadere cœpit vt sui copiam faceret. At puella exclamat: Abstine vim frater, abstine. nefas est te rem tam turpem perpetrare. Desine à tam flagitiosa concupiscentia, quæ nihil præter dedecus & infamiam toti familiæ nostræ afferre potest, aut si resistere ei non vales, à patre tibi hoc impetrandum est. non per vim extorquendum. at ille amore feruens non paruit,

VIII. 2. Reg. 13.

A B C D E F G

νίζας ἰσχυρῶς ἐπέκειτο, τοῦ τε ὑδάτων αὐτοῖς ἀποτεμνόμενος, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, ὡς πάνυ ταλαιπωρεῖν ἐν βραχεῖ ποτε καὶ ἐφοβοῦντο, ἐξ ὀλίγου γὰρ φρέατος ἤρτηντο, καὶ τούτῳ ὥστε μὴ τελέως αὐτοὺς ἐπιλείπειν τὸ πηγαῖον διαψιλέστερον χεόμενοι. γράφει ὁ τοῦ βασιλέως ταῦτα δηλῶν καὶ παρακαλῶν αὐτὸν ἐπὶ τὴν αἵρεσιν τῆς πόλεως ἐλθεῖν, ἵνα τοῦ νίκου αὐτὸς ἐπιγράφηται. ταῦτα ἰωάβου γράψαντος, ἀποδεξάμενος τὴν διάνοιαν καὶ τὴν πίστεως ὁ βασιλεύς, παραλαβὼν τὸ σὺν αὐτῷ δύναμιν, ἦκεν ἐπὶ τὴν ῥαβαθᾶς πόρθησιν. καὶ κρατήσας ἐλὼν διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις ἐφῆκεν. αὐτὸς δ', τὸ τοῦ βασιλέως τοῦ ἀμμανιτῶν λαμβάνει στέφανον, ἑλκοντα χρυσοῦ τάλαντον, καὶ πολυτελῆ λίθον ἔχοντα ἐν μέσῳ σαρδόνυχα. ἐφόρει δ' αὐτὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διαβάδης. πολλὰ δ' καὶ ἄλλα σκύλα λαμπρὰ καὶ πολύτιμα εὗρεν ἐν τῇ πόλει. τοὺς δ' ἄνδρας αἰκισάμενος διέφθειρε. ταῦτα δ' καὶ τὰς ἄλλας τοῦ ἀμμανιτῶν πόλεις διέθηκεν, ἑλὼν αὐτὰς καὶ κράτος. ἀναστρέψαντος δ' εἰς ἱεροσόλυμα τὸν βασιλέως, πάσης αὐτὸ τὸ οἰκίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης καταλαμβάνει. θυγάτηρ ἦν αὐτῷ, παρθένος τὸ ἔτι, ἣ δ' ἦν κάλλος διαφερούσης, ὡς ἁπάσας ὑπερβάλλειν τὰς εὐμορφοτάτας γυναῖκας, Θημάρα ὄνομα, ἣν δι' αὐτῆς ἀβεσαλώμῳ μητρὸς κοινωνοῦσα. ταύτης ὁ πρεσβύτατος τῶν Δαβίδ παίδων ἀμνὼν ἐρασθείς, ὡς ἔτι διὰ τὴν παρθενείαν αὐτῆς, ἔτι διὰ τὸ φυλακὴν τυχεῖν καὶ ἐπιθυμίας ἐδύνατο, χαλεπῶς διέκειτο. καὶ τότε σῶμα τὸ ὀδύνης αὐτὸν κατεθιάσης κατηφαίνετο καὶ τὸ χρόαν μετέβαλεν. δῆλος ἦν ταῦτα πάσχων τινὶ ἰωνάθῃ τινὶ συγγενεῖ καὶ φίλῳ, σοφὸς δ' ἦν ἐκεῖ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ τὸ διάνοιαν ὀξύς. ὁρῶν ἐν κακῇ ἐφέσει τροφὴν τὸ ἀμνῶνα μὴ κατὰ φύσιν ἔχοντα τοῦ σώματι, προσελθὼν ἠρώτα φράσαι τὸ αἰτίαν αὐτῷ. εἰκάζεν μὲν γὰρ οὐτος ἐλεγχῷ ἐξ ἐρωτικῆς ἕτως ἔχειν αὐτὸ ἐπιθυμίας. τὸ δ' ἀμνῶνος ὡμολογήσαντος τὸ πάθος, ὅτι τὸν ἀδελφῆς ἐρᾷ τυγχανούσης ὁμοπατρίας, ὁδὸν αὐτῷ κατὰ μηχανὴν εἰς τὸ προσελθεῖν τὸ δικταίων ὑπέθετο. νόσον γὰρ ὑποκρίνεσθαι παρήνεσεν. ἐλθόντα δ' πρὸς αὐτὸν τὸ πατέρα, πέμψαι τὸ ἀδελφὴν αὐτῷ δεῖπνον ποιήσουσαν, ἐκέλευσε προσκαλέσαι. ῥᾴων γὰρ ἔσεσθαι κατὰ τάχος ἀπαλλαγήσεσθαι τὸν νόσου. τοῦτο γινομένου, καταστήσειν ὁ ἀμνὼν ὅτι τὸ κλίνην, νοσεῖν προσεποιεῖτο κατὰ τὰς ἰωνάθου ὑποθήκας. προσκαλουμένου δ' τὸ πατρὸς καὶ σπεπομένου πῶς ἔχει, τὸ ἀδελφὴν ἐκεῖνο πέμψαι πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ δὴ ἐκέλευσεν ἀχθῆναι. ἀκούσας δ' προστάξειν ἄρτους αὐτῷ ποιῆσαι πηγανιστούς, αὐτουργῶ χρωμένην. προσοίσεσθαι γὰρ ἡδέως ἐκ τῆς ἐκείνης χειρῶν. ἡ δὲ ἐμβλέποντος τὸ ἀδελφὸν φυράσασα τὸ ἄλευρον, καὶ πλάσασα κολλυρίδας, καὶ πηγανίσασα, προσηνέγκαν αὐτῷ. ὁ δ' τοῦτο μὲν οὐκ ἐγεύσατο. προστάξας δ' τοῖς οἰκέταις παραπῆσαι πάντας πρὸ τὸ δωματίου, βέλεσθαι γὰρ ἀναπαύσασθαι, θορύβου καὶ ταραχῆς ἀπηλλαγμένον. ὡς δ' τὸ κελευσθὲν ἐγένετο, τὴν ἀδελφὴν ἐκέλευσεν εἰς τὸν ἐνδοτέρω οἶκον τὸ δεῖπνον αὐτῷ παρενεγκεῖν. ποιησάσης δ' τοῦτο τῆς κόρης, λαβόμενος αὐτῆς, συνελθεῖν αὐτῷ πείθειν ἐπιχειρεῖ. ἀπαναχωρήσασα δ' ἡ παῖς ἀλλὰ μὴ σύ γε τοῦτο βιάσῃ με, μὴ δ' ἀσεβήσῃς εἰπεν ἀδελφὲ τοὺς νόμους παραβάς, καὶ δῆμῳ περιβαλῶν σαυτὸ ἀρχύν. παῦσαι δ' ἵνα ἀδίκως καὶ μάταιος ἐπιθυμίας, ἐξ ἧς ὄνειδος καὶ κακοδοξίαν ὁ οἶκος ἡμῖν περιδανεῖ. συνεβούλευέ τε πρὸς τούτῳ διαλεχθεῖσαν τῷ πατρὶ, συγχωρήσειν γὰρ ἐκεῖνον, ταῦτα δ' ἔλεγε, βουλομένη τὸ ὁρμὴν αὐτοῦ τὸ ὀρέξεως πρὸς τὸ παρὸν διαφυλάξαι.

ὁ δὲ

ὁ δ' ὑ πείθε), τῷ ἔρωτι καμόμενος, & τοῖς τῦ πάθους A
κέντροις μανιπζόμενος διάζεται τ ἀδελφὴν. μῖσος δ'
ἀθέως μᾶ τ ἀκόρεστον εἰσέρχεται τ ἀμνῶνα, &
φευστλοιδωρησάμενος ἐκέλευσεν αὐτ ἄπεναι.
τ δ χείρω τὴν ὕβριν ἢ δικ τῦτο ἀποκαλύσης, εἰ δια-
σαμένος αὐτὸς μηδ' ἄχρι νυκτὸς ὑπερίσπι μείναι, ἀλ-
λὰ ὧδ' ἀχρεῖον ἀπαλλάττεσθαι κελεύσειεν ἡμέρᾳ ἢ
φωτὶ, ἵνα & μάρτυσι τῆς αἰχμώσης ἀδικίσι, φεύσε-
ται αὐτὴν ἐκβαλεῖν τῆς οἰκέτης. ἡ δ', ἀθυμίας ὅπ B
τῇ ὕβρει ἢ τῇ βίᾳ ἡνιομένη, ἀφρόπεζα τὸν χιτῶνα
(ἐφόρουν γὰ αἱ τῶν ἀρχαίων παρθένοι χειριδώ-
τους ἄχρι τῶν σφυρῶν ποδὸς τὸ μηδὲ βλέπεσθαι χιτῶ-
νας) ἢ σποδὸν καταχεαμένη τ κεφαλῆς, ἀπήει δι-
τ πόλεως βοῶσα & ὠδυρομένη τὴν βίαν. ἀδελφὸς
δ' αὐτῆς ἀβεσάλωμος, αἰσθόμενος τίνος αὐτῇ
δεινῦ συμβάντος ἔτυχεν. κατεπούσης δ' αὐτῆς
ποδὸς αὐτὸν τ ὕβριν, ἡσυχάζειν ἢ μετρίως φέρειν πα-
ρῃνόρει, ἢ μὴ νομίζειν ὑβρίσθαι φθαρεῖσαν ὑπ' ἀδελ- C
φῦ. ἡ δ' πεισθεῖσα παύεται τ βοῆς, ἢ τὸ ποδὸς πολλοὺς
τὴν βίαν ἐνέφερεν. ἢ πολὺν χρόνον χηρεύουσα παρ'
ἀβεσαλώμῳ τῷ ἀδελφῷ διεκαρτέρησε. γνοὺς δ' τῦθ'
ὁ πατὴρ δαβὶδης τοῖς μὲν πεφευγμένοις ἠχθέτο. φι-
λῶν δ' τὸν ἀμνῶνα σφόδρα, φρεσβύτατος γὰ ὢν υἱὸς
αὐτῷ, μὴ λυπεῖν αὐτὸν ἠναγκάζετο. ὁ δ' ἀβεσάλω-
μος, ἐμίσει γε χαλεπῶς αὐτὸν, ἢ λανθάνων κακοῖ εἰς
ἄμυναν αὐτῷ τ ἁμαρτίας ὁπτπάδιον παρεφύλασσεν.
ἔτος δ' ἤδη τοῖς ποὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ πᾶσι μασι D
διελήλυθε δεύτερον. ἢ μέλλων ὅπ τὸν τῷ ἰδίων κτε-
ρὼν ὕβρεναι θρεμμάτων εἰς βελσεφῶν, πόλις δ' ὅστιν
αὐτῇ τ ἐφραὶμ κληρουχίας, παρεκάλει τὸν πατέρα σὺν
ἢ τοῖς ἀδελφοῖς ἐλθεῖν ποὸς αὐτὸν ἐφ' ἑσίασιν. παρατη-
σαμένου δ' ὡς αὖ μὴ βαρὺς αὐτῷ ἠμοίτο, τοὺς ἀδελ-
φοὺς ἀποστείλαι παρεκάλεσε. πέμψαντος ἢ, τοῖς ἰδίοις
ἐνέλυσεν ὁπλίσκα ἴδωσι τὸν ἀμνῶνα μέθῃ παρει-
μένον ἢ κάρῳ, νύσαντος αὐτῷ φονεύσωσι, μηδένα
φοβηθέντες.

E

Κεφάλαιον η'.

οὐ πῦ ποὶ τὸν οἰκίαν αὐτῷ σαπαντῶντων, ὑπ' παιδὸς
ἠξελήθη τ ἀρχῆς.

ΩΣ δ' ἐποίησαν τὸ ποσσταχθέν, ἔκπληξις ἢ τα-
ραχὴ τοὺς ἀδελφοὺς λαμβάνει. & δείσαντες
ποὶ ἑαυτῷ, ἐμπηδήσαντες ἵπποις ἐφέροντο ποὸς τὸν
πατέρα. φθάσας δέ πς αὐτοὺς, ἅπαντας ὑπὸ ἀβεσαλώ-
μου πεφονεῦσθαι τῷ πατρὶ ποσσήγγελλεν. ὁ δ' ὡς ὅπ
πασὶν ὁμοῦ τοσούτοις ἀπολωλόσι, ἢ τῷ ὑπ' ἀδελφῷ, F
δ' λύπης κατὰ τῷ κτεῖναι δυναμένης πικρότερον
συναρπαγεὶς ὑπὸ τῷ πάθους, ἐπὶ τὸν ἅπαν ἀνέκει-
νεν. ἔτ' ἀλλόπι μαθεῖν οἷον εἰκὸς τηλικούτου ποσσπε-
σόντος κακοῦ, ἢ δι' ὑπερβολὴν ἀπιστίας ἔχον-
τος ποὶ ἑαυτῷ μένειν. ἀλλὰ καταῤῥηξάμενος τὴν ἐσθῆτα,
ἢ ῥίψας αὐτὸν ὅπ τὴν γῆν, ἔκειτο πανδῶν τοῖς ὑπὸ
ἅπαντας. ἢ τοὺς ἀποθανεῖν δεδηλωμένους, ἢ τ
ἀπηρκότα. ὁ δ' σαμᾷ τῷ ἀδελφῷ αὐτῷ πᾶς ἰωνά-
θης, αὐτὸς τι τ λύπης παρεκάλει. ἢ μὴ ποὶ ἄλλων
μὴ πιστεύειν ὡς τεθνᾶσιν. ὐδὲ γὰ ἅπαν δυσκόλως ὑπολαμβάνειν. ποὶ ἀμνῶνος δ' ἐξετάζειν ἔφη δεῖν.
εἰκὸς γὰ δι' τὴν ἡμέρας ὕβριν ἀποτολμῆσαι τὸν ἀβεσάλωμον τῷ αἱρεσιν τῷ ἐκείνου.

sed libidinis œstro percitus reluctantem per vim opprimit: atque post oblatum vitium, in contrarium mox affectum vertitur, & exosam ac fastiditam conuiciis aggressus iubet vt è vestigio se inde faceſſat. quæ cùm hanc iniuriam priore grauiorem diceret, quòd constupratam vel vsque ad noctem illic manere nō patiatur; sed confestim extrudat clara adhuc luce, vt turpitudinis suæ testibus occurrat, mandauit famulò vt eam eiiceret: illa verò scissa talari tunica, qualibus tum regiæ puellæ ex more velabantur, & cinere caput sparsa, per mediam vrbem discedebat, vim sibi illatam quiritando. in quam sic affectam cùm Abesalomus frater incidisset, scisciatus est quid mali haberet quòd ita se afflictaret. cúmque illa de stupro rem totam ei denarrasset, solatus eam hortabatur vt æquo animo factum hoc ferret, nec ad iniuriam suam pertinere putaret, cùm à fratre sit vitiata: quibus verbis placata puella vociferari ac quiritari desiit: & deinde aliquammulto tempore in cœlibatu apud Abesalomum fratrem perseuerauit. His cognitis Dauid pater vehementer indoluit, sed quia diligebat Amnonem vt filiorum natu maximum, non sustinuit illi molestus esse. Porrò Abesalomus graue odium eius in pectore celabat, opportunitatem vindictæ expectans. iámque alter annus abierat, ex quo pudicitiæ sororis eius illusum est: & cùm esset itutus in Belsephon, quod est oppidum tribus Ephremiticæ, ad tondendos suos greges, inuitauit patrem ac fratres ad solenne conuiuium. quo excusante quòd nollet eum grauare, rogauit vt pace eius liceret filiis proficisci: quo impetrato suis iniunxit, vt quàm primùm animaduertissent Amnonem temeto grauatum, neminem veriti ad nutum suum illum trucidarent.

Cap. VIII.

Quomodo per inteſtinum familiæ diſſidium Dauid à filio regno pulſus eſt.

VT verò perpetratum est quod mandauerat, stupor & trepidatio fratres occupat: & sibi quisque timens, correptis equis cursu ad patrem ferebantur. Interim quidam præueniens, omnes ab Abesalomo cæsos nunciat. qui non aliter quàm par erat amissis simul tot filiis, idque fratris scelere, graui dolore ictus, ne causam quidem rogauit: neque expectato nuncio in re propter facinoris magnitudinem incredibili, totum se luctui tradens, conscissa veste humi prostratus iacebat, deplorans non magis quos peremptos acceperat, quàm ipsum interfectorem. Ionathas verò Samnæ fratris eius filius hortabatur vt moderatiùs doleret, negans se de morte cæterorum credere: nec enim causam facti inuenire posse: de solo Amnone dicens diligentiùs perquirendum. nā de hoc probabile esse, quòd memor iniuriæ sororis frater in eū talc aliquid aulus sit:

interea ſonitus aduentãtium equorum, & quorundam eos præcurrentium, omnes in ſe conuertit. hi fuêre filij regis, qui relicto conuiuio profugerant. ibi patet occurrit flens flentibus, ex inſperato videns quos paulo antè extinctos acceperat. denuóq; gemitus ac lacrymæ inſtaurantur, his fratrem, rege filium fœdè trucidatum deplorantibus. At Abeſalomus in Geſura ad maternum auum fugit, eius regionis dynaſtam, ibíque toto triennio permanſit. Cùm autem Dauidi animus eſſet Abeſalomum ad ſe reuocare, non ad ſupplicium, ſed vt eum apud ſe
2. Reg. 14. haberet: iam enim ira reſederat: vltro huc propenſum Ioabus imperator ſuis artibus impulit. mulierculam enim quandam grandẽ natu ſubornat, quæ lugubri cultu ad regem accedens, aiebat inter duos ſuos filios ruri agentes rixam exortam adeò increduiſſe, vt cùm ſoli eſſent, ac nemo adeſſet qui dirimeret, alter ab altero ictus exſpirauerit: rogabatque hanc gratiam, vt quoniam cognati eius qui interfectus eſt alterum ad cædẽ expeterent, ſaluti eius conſuleret, ne reliqua ſpe ſuæ ſenectutis orbaretur. neque enim aliud remedium ſupereſſe, ſi nullum apud regem inueniret, nam nihil eſſe quod illos compeſcere queat, præter maieſtatis regię reuerentiam. Cúmque rex poſtulatis eius annuiſſet, hæc verba ſubiecit: Tuæ quidem benignitati rex gratias ago, quòd ſenectutẽ meam & tantùm non orbitatem miſeraris: ſed quo certior ſim de tua clemẽtia, tuum ipſius filium prius in gratiam recipe, & indignationem contra eum depone: alioqui quomodo poſſem de conceſſa hac mihi gratia non dubitare, cùm ipſe adhuc ob ſimilem iniuriam filio infenſus eſſe pergas? At cuius eſt prudentiæ, vno contra voluntatem amiſſo, vltro necem alterius addere? Tetigit mox regis animum ſuſpicio, perſonam à Ioabo eſſe ſubornatam: & cognito ex anicula rem ita ſe habere, accerſit Ioabum, dicens eum aſſecutum quod cupiebat, licerétque vt Abeſalomum reducat. Non enim amplius ſe in eum ſtomachari, ſed totam indignationem præteriiſſe. At ille adorato rege, & verbis eius libenter acceptis, cueſtigio Geſura properauit, & aſſumptum ſecum Abeſalomum Hieroſolyma reduxit. Rex verò audiens filium aduentare, miſit qui ei denunciaret, ne adipſum accederet, nondum enim ita ſe affectum, vt reuerſum videre ſtatim ſuſtineat. Ille ita vt iuſſus eſt deuitato patris conſpectu, intra domeſticos parietes cum ſuo famulitio ſe continebat. nec tamen aliquid eius pulchritudini deceſſit, vel propter mœrorem, vel quòd non ea tractatione vteretur qua vti regium iuuenem par erat: ſed tã forma, quàm ſtatura quoſuis in maximis deliciis agentes ſuperabat. Tanta autem fuit eius cæſaries, vt intra octauum quemque menſem ad ducentos ſiclos, hoc eſt ad quinq; pondo accreſceret. Ad hunc modum priuato cultu per biennium Hieroſolymis habitauit: natíque ſunt ei filij tres, & vna filia formoſiſſima, quę Salomonis filio Roboamo poſtea nupſit, & filium ei nomine Abiam peperit.

μεταξὺ ἢ κτύπος ἵππων & θόρυβος προϊόντων παρ' αὐτοὺς ἐπέστρεψεν. ἦσαν δ' οἱ τοῦ βασιλέως παῖδες, οἱ δρασάντες ἀπὸ τ ἑστιάσεως. ὑπαντᾷ δ' αὐτοῖς ὁ πατὴρ θρηνῶσι, λυπούμενος, καὶ παρ' ἐλπίδα ὁρῶν οὓς ἀκμαίους μικρὸν ἔμπροσθεν ἀπολωλότας. ἰδὼν δ' πάντων δάκρυα καὶ γόνος, τοῦ μὲν ὡς ἐπ' ἀδελφῷ τετελευτηκότι, τοῦ βασιλέως δ' ὡς ὅπῃ παιδὶ κατεφαγμένῳ. φεύγει δ' Ἀβεσάλωμος εἰς Γεσούρα πρὸς τὸν πάππον τοῦ πρὸς μητρὸς, δυνάστην ὢν τῆς ἐκεῖ χώρας, καὶ τρισὶν ὅλοις ἔτεσι παρ' αὐτῷ καταμένει. τοῦ δ' Δαβίδου προφάσιν ἔχοντος ὅπῃ τὸν υἱὸν Ἀβεσάλωμον πέμψῃ, μὴ ὅπῃ τιμωρίᾳ κατελεύσόμενον, ἀλλ' ὅπως εἴη σὺν αὐτῷ. καὶ δὲ τὰ τῆς ὀργῆς ὑπὸ τοῦ χρόνου λελωφήκει. πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτὸν ἰώαβος ὁ ἀντιστράτηγος παρώρμησε. γύναιον γάρ τι τὴν ἡλικίαν ἤδη πρόβεβηκὸς ἐπέπεισεν αὐτῷ προσελθεῖν σχήματι πενθίμῳ. παῖδων δὲ τὸν ἀγροικίας αὐτῇ διαμεχθέντων καὶ πρὸς φιλονεικίαν ἑαυτέντων, ὑδενὸς τὸ καταπαῦσαι δυναμένου φανέντος, ἕλεγεν ὑπὸ θατέρου τὸν ἕτερον πληγῆναι θανατηφόρον. ἔφη τε τῷ συγχυθῆναι ὅπῃ τ ἀπροπτότερον ὥρμησεν & ζητοῦντων αὐτὸν ἀκέλευστοι, χαρίσασθαι τῷ σωτηρίᾳ αὐτῆς τοῦ παιδὸς, καὶ μὴ τὰς ὑπολοίπους τ γηροκομίας αὐτῇ ἐλπίδας προσαφαιρεθῆναι. τοῦτο δ' αὐτῇ κωλύοντα τοὺς βουλομένους ἀποκτεῖναι τὸν υἱὸν αὐτῆς παρέξειν. ἐ γὰρ ἐφέξειν ἐκείνους ἄλλῳ τινὶ τ φοβοῦσης, ἢ τῷ παρ' αὐτοῦ φόβῳ. τοῦ δ' συγκαταινέσαντος εἰς τὸ γύναιον ἐκέκευσεν, ὑπολαβὸν πάλιν πρὸς τὸν βασιλέα, χάριν μὲν εἶπεν οἶδα σοῦ τῇ χρηστότητι καθεκτέαν μου τὸ γήρας καὶ τῷ φόβῳ μικρὸν ἀπαμβλῦναι. ἀλλ' ἵνα βέβαια τὰ φίλα τ σῆς μοι ᾖ φιλανθρωπίας, τῷ σαυτοῦ παιδὶ πρῶτον καταλλάγηθι, καὶ τ πρὸς αὐτὸν ὀργὴν ἄφες. πῶς γὰρ ἂν πεισθείῃ ἐμοί σε ταύτην ἀληθῶς διδοκέναι τῷ χάριν, ἂν σου μέχρι νυῦ ἐφ' ὁμοίοις ἀπεχθανομένῳ τῷ παιδί. ἀνοήτου δ' ἂν εἴη προθεῖναι τῷ φίλῳ γνώμῃ ἀποθανόντι καὶ ἄλλον ἐκουσίως. συνεὶς δ' ὁ βασιλεὺς, ὑπόβλητον ὄσαν τὴν συμβουλὴν ἐξ ἰωάβου καὶ τ τούτου ἀκουσῆς, καὶ ἐπειδὴ τῆς γυναικὸς πυθόμενος ἥτις ἔχοι τ ἀληθὲς ἔμαθε, προσκαλεσάμενος ἰώαβον, ὅπως τυχεῖν τε τοῦ προκειμένου κἀ νοῦν ἔφασκε, καὶ τὸν Ἀβεσάλωμον ἄγειν ἐκέλευσεν. ἐ γὰρ ἔτι χαλεπῶς ἔχειν πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἤδη τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν ἀφηκέναι. ὁ δ', προσκυνήσας τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς λόγους ἀπασάμενος ἐξώρμησεν εἰς τὴν Γεσούρα παραυτίκα, καὶ τὸν Ἀβεσάλωμον ἀναλαβὼν, ἦκεν εἰς ἱεροσόλυμα. προέπεμψε δ' ἔμπροσθεν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν υἱὸν ὡς ἤκουσε φίλα φρονοῦντα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσεν μὴ χωρεῖν, ἕπω γὰρ ἔτος ἔχειν ὡς τ δίκης ἰδεῖν καταλυθόντα. & ὁ μὲ, τοῦτο τ παῖδος κελεύσαντος, ἐξέκλινε τ ὄψιν αὐτοῦ, καὶ διετέλει τ φίλα τῷ οἰκείων θεραπείας τυγχάνων. ἐκ ὀπιβέβλαπτο δ' εἰς τὸ κάλλος ὑπό τε τ λύπης καὶ τ μὴ τυγχάνειν τ προσηκούσης ὅπως μελείας ὑφ' βασιλέως. ἀλλ' ἔτι ἐξεῖχε καὶ διέφερε πᾶν τὸ εἶδος, καὶ ἁβρότητι τ σώματος καὶ τοῖς ἐν πολλῇ τρυφῇ διαγωμένοις ἐφέβαλλε. τοσοῦτο μὲν τοίνυν τὸ ἄθος τ κόμης αὐτοῦ, ὡς μῆλις αὐτ ἡμέρας ἀποκείρειν ὀκτὼ, σαθμὸν ἕλκουσαι σίκλοις διακοσίοις. ἔτοι δ' εἰσὶ πέντε μναῖ. διέφερε μὲν τοίνυν ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ἔτη δύο, ἓξ δὲ μὲν ἀρρένων παῖδας γεννήσας, μιᾶς δ' θυγατρὸς τ μορφὴν ἀρίστης, ᾗ ὁ σολομῶνος υἱὸς ῥοβόαμος ὕστερον λαμβάνει, & γίνεται παῖδιον ἐξ αὐτῆς, ἀβίας ὄνομα πέμ-

πέμψας δ' ὁ ἀβεσάλωμος πρὸς ἰώαβον, ἐδέετο αὐτοῦ A
τελέως καταλλαγῆναι τῷ πατρὶ, καὶ δηθῦναι ὅπως
αὐτῷ συγχωρήσῃ πρὸς αὐτὸν ἐλθόντι θεάσασθαί τε
καὶ προσειπεῖν. καταμελήσαντος δὲ ἰωάβου, τῷ δὴ
ἰδίων τινὰς ἀποστείλας, τὴν ὁμορροῦσαν αὐτῷ χώραν
ἐπυρπόλησεν. ὁ δὲ τὸ πραχθὲν μαθὼν, ἦκε πρὸς
τὸν ἀβεσάλωμον ἐγκλημάτων τε αὐτῷ καὶ τῆς αἰτίας πυ-
θόμενος. ὁ δὲ στρατήγημα τοῦτ' εἶπεν εἶναι σε πρὸς ἡμᾶς δυνάμενον ἀμελουῆτα τῷ ἐν- B
τολῶν, ἃς ἵνα μοι τὸν πατέρα διαλλάξῃς ἐποιήμην.
καὶ δή σου παρόντος, ἡμερῶσαί μοι τὸν χαλεπω-
τάτην, ὡς ἔγωγε δεινοτέραν τῆς φυγῆς κεῖνο τὴν
κάθοδον, ἐπὶ τοῖς πατρὸς ἐν ὀργῇ διαμένοντος. πει-
θεὶς δὲ ὁ ἰώαβος, καὶ τὴν ἀφύκτου αὐτοῦ κατοικτει-
ρήσας, ἐμεσίτευσε πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ διαλεχθεὶς
περὶ τοῦ παιδὸς, ἔπεισεν αὐτὸν ἡδέως διατήσασθαι, ὡς
δικαίως καλέσαι πρὸς αὐτόν. τοῦ δ', ῥίψαντος αὐτὸν
ὅπη τοῦ ἐδάφους, καὶ συγγνώμην αὐτοῦ μόνου τῆς ἡ- C
μαρτημένων αἰτήσαντος, ἐπὶ τῷ γεγονότων ἀμνηστίαν ἐ-
παγγέλλεται. ὁ δὲ ἀβεσάλωμος, τοιοῦτον αὐτοῦ τῆς
παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποβαίνων, πολλοὺς μὲν ἵππους,
ἐν ὀλίγῳ πάνυ χρόνῳ, πολλὰ δ' ἅρματα ἐκέκτητο. καὶ
ὁπλοφόροι περὶ αὐτὸν ἦσαν πεντήκοντα. καὶ
καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὄρθριος πρὸς τὰ βασίλεια
παρεγίνετο. καὶ τοῖς ὅπη τὰς κρίσεις ἤκουσι ἐ- D
λαττουμένοις πρὸς ἡδονὴν ὁμιλῶν, ὥς τε θᾶττόν τὸ μὴ
συμβούλους ἀγαθοὺς εἶναι τοῦ πατρὸς, τάχα δ' αὐτοῦ καὶ
ἀδίκως ἐπλημμέλησε περὶ τὴν κρίσιν, δύνοιαν αὐτοῦ παρὰ
πάντων κατεσκεύασε, λέγων ὡς αὐτὸς ἂν εἰ ταύτην
ἔσχε τὴν ἐξουσίαν, πολλὴν αὐτοῖς ἐβεβαίωσεν εὐνο-
μίαν. τούτοις δημαγωγήσας τὸ πλῆθος, ὡς βεβαίαν ἔ-
σχειν ἤδη τὴν θᾶττον τοῦ ὄχλου εὔνοιαν ἐνόμιζε, μὴ δ' E
ἂν ὁ πατὴρ αὐτὸ καταλλαγὴν τεσσάρων ἐτοῦς ἤδη πα-
ρελελυθότων, ἐδέετο προσελθών, εἰς χεῖρωνα συγ-
χωρῆσαι πορευθέντι θυσίαν ἀποδοῦναι τοῦ θεοῦ. φεύ-
γοντα γὰρ τοῦτο δίκαιος ὁ δαβὶδ καὶ ἀξίωσιν ἀφεύξεσθαι,
πορευθέντι, καὶ πολὺς ὑπισωέρρευσεν ὄχλος, ὅπη πολλοὶ
αὐτοῦ διαπέμψαντος. παρῆν δὲ καὶ ὁ δαβίδου σύμβουλος
ὁ γελμωναῖος ἀχιτόφελος, καὶ δισχίλιοι τινὲς ἐξ αὐτοῦ
ἱεροσολυμιτῶν, οὐκ εἰδότες μὲν τὸ ὑπὲρ χειρῶσιν, ὡς δ' ὑπο-
θυσίαν μετεσταλμένοι. καὶ βασιλεὺς ὑπὸ πάντων ἀπο-
δεικνυται, τοῦτο γὰρ εὖ στρατηγήσας. ὡς δ' ἀπηγγέλθη
ταῦτα δαβίδῃ, καὶ παρ' ἐλπίδας αὐτοῦ τὰ θᾶττον τοῦ παι- F
δὸς ἠκέσθη, δείσας ἅμα καὶ τὸ ἀσεβείας καὶ τόλμης αὐ-
τὸν, θαυμάσας δ' ὅτι μηδὲν ὑπὸ τοῖς ἡμαρτημένοις
συγγνώμης ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' ἐκείνων πολὺ χείρωσι
καὶ θᾶττον ὁμοιοτέρεσι ἐπεβάλετο, βασιλείᾳ πρῶτον μὲν
ὑπὸ τοῦ θεοῦ διδομένῃ, δεύτερον δ' ἐπ' ἀφαιρέσει τοῦ
γελμωναίου, ἔγνω φεύγειν εἰς τὰ πέραν τοῦ ἰορδάνου.
καὶ συγκαλέσας τοὺς φίλων τοὺς ὑπὲρ τὰ εὐστάτους, καὶ πε-
ρὶ τῆς τοῦ παιδὸς ἀπονοίας κοινολογισάμενος αὐτοῖς
καὶ περὶ πάντων ὑπὲρ ἔφας κειτῆ τοῦ θεοῦ, καταλιπὼν G
τὰ βασίλεια φυλάσσειν δέκα παλλακίσιν, ἀπῆρεν
ἐκ τῆς ἱεροσολύμων, τοῦ τε ἄλλου πλήθους προθύ-
μως αὐτῷ συνεξορμήσαντος, καὶ τῆς ἑξακοσίων ὁ-
πλιτῶν, οἳ καὶ τὸ πρώτης αὐτοῦ φυγῆς συνεπόνεσαν ὅτε ἔζη σαοὺλος. τὸ δ' ἀβιάθαρον καὶ σάδωκον τοὺς ἀρχιερέας,
συναπαίρειν αὐτῷ διεγνωκότας καὶ λευίτας ἅπαντας, μὴ τὸ κιβωτὸν μόνην ἔπεισεν, ὡς τοῦ θεοῦ καὶ
μὴ μετακομιζομένης αὐτῆς ῥυσομένην. ἐνετείλατο δ' ἔκασα τῆς γυναικῶν, λάθρα διαγγέλλειν αὐτῷ:

Deinde misit ad Ioabum rogans, vt se penitus in paternam gratiam reducat, & impetret vt sibi liceat patrē inuisere, & alloqui. quod quum Ioabus facere cunctaretur, agrum eius vicinum per quosdam è suis incendio vastari iussit. Is quum re cognita ad Abesalomum venisset, expostulanti quo suo merito damnum ab eo accepisset: respondit se hoc stratagemate illum ad se elicere voluisse, quandoquidem mãdata de conciliando sibi patre negligeret. quam obrem, inquit, nunc te præsentem obsecro, vt placatum mihi reddas genitorem, quandoquidem molestior est mihi reditus in patriã quàm exiliũ fuerat, si ille in indignatione sit pertinax. Tum Ioabus his verbis inductus, & vicem eius miseratus, deprecatus est regem pro illo, & tam accurratè & feliciter eius causam egit, vt flexus ad pietatem confestim eum acciri iuberet. Qui cùm supplex illi ad genua veniam peccati petens procidisset, sua manu erecto obliuionem omnium anteactorum est pollicitus. Porrò Abesalomus in integram gratiam patris receptus breui magnum equitatum & multos currus sibi comparauit, & satellitium armatorum quinquaginta: & per singulos dies manè regiam frequentans, eos qui ius illuc petentes causa eadebant, comiter appellabat: dictitánsque malos adesse patri consiliarios, aut etiam ipsum in ferenda sententia lapsum, popularem auram ita captabat. His artibus conciliatis sibi populi studiis, certus iam de eius fauore, quarto post reconciliationem anno orauit patrem, vt cum bona eius gratia Hebronem ad vota quæ in exilio conceperat persoluenda abire sibi liceat: permissúque eius profectus, mox vndique plurimos ad se acciuit, ita vt cateruatim illò confluerent. Inter cæteros affuit etiam Dauidis consiliarius Achitophel Gelmonæus, & ducenti Hierosolymitæ, non quidem conscij conspirationis, sed quasi ad sacrificium euocati: nec mora, stratagemate succedente, rex ab vniuersis consalutatur. Cæterum Dauid audira ex insperato filij tyrannide, impia hominis audacia perculsus, qui immemor condonatæ prioris noxæ, multò sceleratiora consilia cepisset, primum vsurpandi regni, quod patri diuinitus datum sciret, deinde ipsius genitoris tollendi, decreuit vltra Iordanem in loca tutiora se recipere: conuocatísque amicorum intimis, & colloquutus cum eis de insolentia filij, totum negotium iudici Deo committens, reliquit regiæ custodiam decem pellicibus, & Hierosolymis excessit, cùm alia multitudine magna alacritate prosequente, tum præcipuè sexcentorum cohorte, quæ etiam regnante Saulo à latere fugitantis nusquam discesserat. Abiatharum verò & Sadocum pontifices, & quicquid Leuitici generis aderat, simul abire cupientes, arcámque asportare, bonis rationibus manere persuasit, dicens fine arcæ præsidio diuina ope è periculis se seruandum: simúlque mandauit vt de omnibus quæ inciderent per clancularios nuncios se certiorem facerent.

IX. 2. Reg. 13.

fidelem enim operam in talibus negotiis præ- A
stiterunt filij pontificum, Sadochi Achimas &
Abiathari Ionathas. Ethæo quoq; Gittæus nul-
lis regis monitis adduci potuit vt maneret, quò
magis illustris fuit eius erga regem fides ac be-
neuolentia. Ascendenti autem per cliuum oli-
ueti montis, omnibus circa eum lacrymátibus
renunciatum est etiam Achitophelem mutatis
studiis in partes Abesalomi cõcessisse: quo vix
aliud tristius ei inhac calamite accidit. quam-
obrem precatus est Deum, vt Abesalomi ani-
mum ab Achitophele alienaret. verebatur enim B
ne eius consiliis contra se vteretur, viri pruden-
tissimi & oculatissimi in dispiciendo quid fa-
cto opus esset. Quumque in verticem montis
peruenisset, respiciebat ciuitatem, & cum mul-
tis lacrymis non aliter quàm regno eiectus
Deum precabatur. ibi offendit virum in amici-
tia constantem, nomine Chusim. hunc conspi-
catus scisso amictu & caput cineribus oppletum, & mutabilitatem rerum deplorantem, so- C
latus est pro tempore iussum æquo animo pre-
sentem statum ferre: ac postremo obnixè pre-
catus est, vt simulato Abesalomi partium stu-
dio, diligenter secreta eius perscrutaretur, &
Achitophelis consiliis semper se opponeret: sic
enim cum magis partibus profuturum, quàm
si vnà maneret. atque ita persuasus à Dauide, eo
relicto Hierosolymá se cõtulit: quò paulò pòst
etiam Abesalomus peruenit. Interim Dauid
paulùm progressus obuiam habuit Sibã Mem- D
phibosthi seruum, quem ipse ad curam prædio-
rum amici filio donatorum miserat, agentem
præ se duos asinos necessariis ad victum onu-
2. Reg. 16. stos. Is obtulit ei vt quicquid vellet sibi ac suis
acciperet, simúlque rogatus vbinam Memphi-
bosthum reliquisset, Hierosolymis relictum
respondit. sperare enim eum rebus turbatis, fo-
re vt ob Sauli meritorum memoriam ipse suf-
fragiis populi rex crearetur. quamobrem indi-
gnatus, omnia quæ priùs domino eius cõcesse- E
rat, Sibæ est largitus: dicens hunc digniorem
quàm illum vt talibus possessionibus fruatur.
Hac liberalitate Siba gauisus est. Dauidi verò
iuxta locum Bachoram superuenit cognatus
Sauli nomine Semeis, filius Geræ, saxis eum si-
mul & conuitiis impetens: cúmque amici eum
protegerent, magis etiam exasperatus ad con-
uitia, sanguinarium & multorum malorum
causam appellabat, iubens vt impurus ac exe-
crabilis regione excederet: gratiásque agebat F
Deo, quòd per proprium filium pœnam pec-
catorum ab illo exigeret, & eorum quæ o-
lim in dominum suum commiserat. Hac tam
sæua petulantia concitatis omnibus ad indi-
gnationem, Abisæo verò etiam interficere Se-
meim volente, Dauid eos cohibuit, negans
addendam ad præsentia mala noui alicuius
motus occasionem. Nihil, inquit, motor hunc
rabidum canem, & Deo cedo, qui eum in G
nos immisit. Mirum verò si hæc ab isto pati-
mur, quando etiam filius pietatis est oblitus.
Sed hæc misericordi Deo curæ erunt, cuius fa-
uore tandem inimici nobis succumbent. His
dictis continuabat iter, contempto Semei par-
te alia montis cursim cum conuitiis assectante.

πιστοὶ δ' ἦσαν θεὸς πάντα δι' ἀκόνους, παῖδας Ἀχίμα-
ον μὲν σαδώκου ἰωνάθην δ' ἀβιαθάρ. ἐθὶς δ' ὁ
γιτθαῖος, συνεξώρμησεν αὐτῷ, διασάμενος τὴν δα-
βίδου εὔνοιαν. μένειν γὰρ αὐτὸν ἀπείθησεν, ἀλλὰ τοῦτο
μᾶλλον ὄντως αὐτῷ κατέφαινε. ἀναβαίνοντος δ' αὐτοῦ
διὰ τοῦ ἐλαιῶνος ὄρους γυμνοῖς τοῖς ποσὶ, καὶ πάντων
συνδακρυόντων, ἀγγέλλεται καὶ ὁ ἀχιτόφελος
συνὼν τῷ ἀβεσαλώμῳ, καὶ τὰ τούτου φρονῶν. ἐπέτεινε
δ' αὐτοῦ τὸ λυπηρὸν, τοῦτο ἀκουσθέν. καὶ τὸν θεὸν
ἐπεκαλεῖτο δεόμενος, ἀποστρέψαι τὴν ἀβεσα-
λώμου διάνοιαν ἀφ' ὧν ἀχιτόφελον. ἐδεδίει γὰρ
μὴ παντάπασι συμβουλῶν πείσειεν αὐτὸν, ἀνὴρ ὢν φρε-
νήρης καὶ συνιδεῖν τὸ λυσιτελὲς ὀξύτατος. ὑψούμενος δ'
ὀλίγον τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους, ἀνατείνοντι τὴν πόλιν, καὶ μετὰ
πολλῶν δακρύων ὡς ἂν βασιλείας ἐκπεσὼν, ηὔχετο
τῷ θεῷ. συνέβαινε δ' αὐτῷ φίλος ἀνὴρ καὶ βέβαιος,
χουσὶς ὄνομα. τοῦτον ὁρῶν τὴν ἐσθῆτα κατερρηγμέ-
νον, καὶ τὴν κεφαλὴν σποδοῦ πλήρη, καὶ θρηνοῦντα
τὴν μεταβολὴν, παρηγόρει καὶ παύσασθαι τῆς λύπης
παρεκάλει. καὶ τέλος, ἱκέτευσεν ἀπελθόντα πρὸς τὸν
ἀβεσάλωμον ὡς τὰ ἐκείνου φρονοῦντα, τά τε ἀπόρρη-
τα τῆς διανοίας αὐτῷ καταγνοῦναι, καὶ ταῖς ἀχιτοφέλου
συμβουλίαις ἀντιφράσειν. ἃ γὰρ τοσοῦτον ὠφελήσειν
αὐτὸν συνερχόμενον, ὅσον παρ' ἐκείνου γνόμενον. καὶ ὁ
μὲν πεισθεὶς τῷ δαβίδῃ, καταλειπὼν αὐτὸν, ἦκεν εἰς
ἱεροσόλυμα. ἀφικνεῖται δὲ εἰς αὐτὰ μετ' ὀλίγον καὶ
ἀβεσάλωμος. ὀλίγον δὲ τῷ δαβίδῃ προελθόντι σι-
βᾶς ὁ τοῦ μεμφιβόσθου δοῦλος συνέτυχεν. ὃν προ-
νοσόμενον ἅπερ ἄλκει τῷ κτήσεων, ἃς δεδώρητο τῷ
ἰωνάθου τοῦ σαύλου παιδὸς ἰῷ, μετὰ ζεύγους ὄνων κα-
τατεφορτισμένων τοῖς ἐπιτηδείοις, ἐξ ὧν ἐπέλουσι
λαμβάνειν, ὧν αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δέοιντο. πυν-
θανομένου δὲ ποῦ καταλέλοιπε τὸν μεμφίβοσθον, ὡς
ἱεροσολύμοις ἔλεγε, προσδοκῶντα χειροτονηθήσε-
σθαι βασιλέα διὰ τὴν ἰουδαίων εὐφυΐαν, εἰς μνήμην
ὧν διεργάσατο αὐτοῖς σαῦλος. ἀγανακτήσας δὲ ὀλί-
γῳ τούτῳ πάνυ ὅσα τῷ μεμφιβόσθῳ παρεχώρησε, σιβᾷ
χαρίζεται. πολὺ γὰρ δικαιότερον αὐτὸν ἐκείνῳ ταῦτ'
ἔχειν αὐτὸν ἐπέγνωκε. καὶ ὁ μὲν σιβᾶς προϊὼν
ὀλίγον δαβίδῃ δὲ γιγομένῳ κατὰ χώραν ἤδη καλυμένην
τόπον, ἐπέρχεται τῷ σαύλου συγγενὴς ὄνομα σεμεῖ,
υἱὸς δὲ γηρᾶ. καὶ λίθοις τε ἔβαλεν αὐτὸν, καὶ ἐκακηγόρει.
προϊσάντων δὲ τῶν φίλων καὶ σκεπόντων, ἔτι μᾶλλον
βλασφημῶν διετέλει, μιαφόνον, καὶ πολλῶν ἀρχηγὸν
κακῶν ἐπικαλῶν. ἐκέλευε δὲ καὶ τοὺς, ὡς ἐναγῆ καὶ ἐπά-
ρατον, ἐξιέναι τῆς θεοῦ χάριν ἔχειν ὁμολογεῖ δὲ βα-
σιλείας αὐτὸν ἀφελομένῳ, καὶ δι' παιδὸς ἰδίᾳ τὰ ἐπ'
ὤμων ἤμπτειν εἰς αὐτὰ δεατότιλα δίκλα αὐτοῦ εἰς πρᾶξα-
μένῳ. παίτιον δ' ἐπ' αὐτὸν πρεθισμένων ὑπ' ὀργῆς,
καὶ μάλιστα ἀβισαίου δι' ἀχρήστειαν βελομένῳ σεμεῖ,
δαβίδης αὐτὸν τ' ὀργῆς ἐπαύσατο, μὴ τοῖς παροῦσι κα-
κοῖς ἕτερον προσεξεργασώμεθά φησι καινοτέραν ἀ-
φορμήν. ἃ γὰρ δὴ τ' προσλυσαῶντός μοι τούτῳ κυνὸς
αἰδὼς τὶς ἢ φροντὶς ἐπέχει; τῷ θεῷ δ' εἴκω, δι' ὃν οὗτ'
ἐφ' ἡμᾶς ἀπενοήθη. θαυμαστὸν δ' ἐδὲν ἐπὶ τούτου
μεταύτα πάσχειν, ὅπου γε καὶ παιδὸς ἀσεβοῦς πεπει-
σμαι. ἀλλὰ ἴσως τις ἴσως οἰκτος ἡμῶν ἔσται τοῦ θεοῦ, καὶ κρατήσομεν τῶν ἐχθρῶν, τότε θελήσαντος. λύπη δ'
οὐδὲν τὴν ὁδὸν ἀφροντίζων τοῦ σεμεῖ. ἦν δὲ τὸ ἕτερον μέρος τοῦ ὄρους διαξέχοντος καὶ κακηγορεῖν τοὺς

παρα-

προσηλυτόμενος δ' ὅτι τ̃ ἰορδάνου, ἀπελάμβανε τοὺς A
ἰδίους ἐντεῦθα πεποιωμένους. ἀβεσαλὼμου ὃ ἐς ἀχιτοφέλου τ̃ συμβούλου προσηλυτόμενος εἰς ἱεροσόλυμα, σὺν ἅπαντι τ̃ λαῷ, ἦ δαβὶδ ὁ φίλος ἦκε πρὸς αὐτούς. ἦ προσκυνήσας αὐτὸν συνήυχετο τῷ βασιλείαν εἰς αἰῶνα, ἦ αὐτὸν παρεῖναι πάντα χρόνον. φήσαντος δ' ἐκείνου πρὸς αὐτὸν, τί δήποτε φίλος ἐν τοῖς πρῶ μάλιστα τ̃ πατρὸς αὐτοῦ προσηλυτόμενος, πρὸς ἅπαντα πιστὸς εἶ δόξας, ἢ σὺν αὐτῷ νῦν ὄχῃ, ἀλλὰ κωλύπων ἐκεῖνον, μεταβαίνει πρὸς αὐτόν. δεξιῶς ὑποκρίνεται ἦ σοφῶνως, εἶπε χρῆναι δεῖν αὐτὸν τ̃ θεῷ, ἦ τ̃ παντὶ πλήθει. τούτων οὖν μ̃ σοῦ δίκαιόν ἐστι προσηλυτόμενον εἰκότως ἕπεσθαι κἀγώ. τ̃ γὰρ βασιλείαν ἔλαβες παρὰ τ̃ θεοῦ. τῷ αὐτῷ μὴν δίκῃ πίστιν ἦ εὔνοιαν ἐνδείξομαι, πιστὸς γὰρ ὁμόσας εἶ φίλος, ὃν οἶδά με τ̃ πατρί σε παρεληλυθόν. ἀγανακτῶν δ' ὑδὲν προσήκειν τοῖς παροῦσι, ἐ γὰρ εἰς ἄλλου οἰκίαν ἡ βασιλεία μεταβέβηκε, μεμύηκε ὃ ὅτι τ̃ αὐτῆς, ἡνίκ' ἀβεσαλὼντος. C
ταῦτα λέγων ἔπεισεν, ὑποπτον γὰρ αὐτὸν εἶχε. ἦ καλέσας τ̃ ἀχιτόφελον, συνεβουλεύετο αὐτῷ τί δεῖ ποιεῖν. ὁ ὃ παρῄνεσε, ταῖς τ̃ πατρὸς αὐτοῦ παλλακαῖς συνελθεῖν. ἐκ τούτου παρέσεσθαι τ̃ λαὸν ἔλεγε, πιστὸν σύσαντα ὡς ἀδιάλλακτά σοι τὰ πρὸς αὐτὸν ὄντι, ἐ μ̃ πολλῆς συστρατεύσειν προθυμίας ὅτι τ̃ πατέρα. μέχρι γὰρ δεῦρο φανερὰν ἔχθραν ἀναλαμβάνειν δεδίναι, προσδοκῶντας ὑμᾶς ὁμονοήσειν. πεισθεὶς ὃ τῇ συμβουλείᾳ, D
κελεύει σκηνὴν αὐτῷ πῆξαι τοῖς οἰκέταις ὅπι τ̃ βασιλέως, τ̃ πλήθους ὁρῶντος, ἦ παρελθὼν, συνέρχεται τ̃ τ̃ παλλακαῖς. ταῦτα δ' ἐγίνετο κ̃ τῷ νεάνια προφητείαν, ὃν τῷ δαβὶδ ἡ σημαίνων τ̃ ἐκ τῶ παιδὸς ἐσομένων ὑπόθεσιν προεφήτευσε.

Κεφάλαιον Θ'.

Ως στρατεύσας ἀβεσαλωμος ὅπι ἦν πατέρα δαβίδην, ἀπόλετο σὺν τ̃ στρατῷ. E

Πυθόμενος δ' ἀβεσάλωμος τὰ παραινεθέντα αὐτῷ ὑπὸ τ̃ ἀχιτοφέλου, δεύτερον αὐτὸν συμβουλεύειν ἠξίου περὶ τ̃ πολέμου τ̃ πρὸς τὸν πατέρα. μυρίους δ' αὐτὸν ὁπλέχθους αἱρήσαντος ἐκείνου, ἐ τὸν πατέρα κτείνειν αὐτὸ ἐ τοὺς σὺν αὐτῷ σώους ἀναχωρεῖν ὑποχρῆναι, ἐ βέβαιον τότε τ̃ βασιλείαν ἔσεσθαι φήσαντος, δαβὶδ ἐ μηδὲν ζῶντος. ἀρεσθεὶς τὴν γνώμην μεθημελείᾳ τ̃ χρεών, τὸν δαβίδου ἀρχίφιλον. ἅτος γὰρ αὐτὸν ἐκείνος ἐκάλει. ἦ τῷ ἀχιτοφέλ῀ γνώμην αὐτῷ δηλώσας, τί ἦ αὐτῷ δοκεῖ πρὸς αὐτῆς ἐπυνθάνετο. ὁ ὃ συνιδὼν ὅτι ῥυομένων ὧν ἀχιτόφελος συνεβούλευσε, κινδυνεύσῃ δαβίδης συλληφθεὶς ἀποθανεῖν, ἑκάστην ἐπῳδᾶτο γνώμην εἰσφέρ῀ν. ὁ γὰρ ἀγνοεῖς εἶπεν ὦ βασιλεῦ, τῷ τ̃ πατρὸς ἦ τῷ τ̃ σὺν αὐτῷ νεῦν ὄντων ἀνδρείαν. ὅτι ἦ πολλοὺς πολέμους πεπολέμηκε. ἦ πάντοτε κρατῶν τ̃ πολεμίων ἀπήλλαχε). νεῦν ὃ εἰκὸς αὐτὸν ὅπι στρατοπεδεύσειν, στρατιήσαν γὰρ ἰκανώτατον, ἦ προφθεῖν ἀπάντων ἐπερχομένων πολεμίων. ἀλλὰ ἦ ἐπίεσαν ἀπολιτῶν τοὺς ἰδίους εἰς τινὰ τ̃ αὐλώνων αὐτὸν ἀποκρύψει, ἢ πρὸς πέτρα τινὶ λοχήσ῀. συμβαλόντων ὃ τ̃ ἡμετέρων, οἱ μ̃ ἐκείνου, πρὸς μικρὸν ὑποχωρήσουσι. θαρρήσαντες δ' ὡς τῷ βασιλέως αὐτοῖς ἐγγὺς ὄντος ἀντιστήσονται.

Delatus deinde ad Iordanem, suos ex itinere fatigatos ibi recolligebat ac reficiebat. Interim Abesalomo cum Achitophele consilario Hierosolyma ingresso, concursu populi salutantis ad eos facto, inter cæteros etiam Dauidis amicus ad eos venit, & adorato nouo rege, precatus est illi perpetuum hoc imperium. Rogatus deinde ab eo, quid ita cùm hactenus inter præcipuos ac fidissimos patris amicos esset habitus, nunc deserto illo ad se transiret: cordatè respondit, non esse Dei voluntati & populi consensui repugnandum. Hos, inquit, tibi studentes, ego quoque meritò sequor. à Deo enim regnum hoc accepisti. quòd si in tuorum numerum recipere dignatus fueris, quam fidem & beneuolentiam patri tuo me præstitit ille nosti, eandem tibi præstabo. Nemo enim præsentem statum iniquè ferre debet, quando non in aliam familiam regnum translatum est, sed in eadem manet, filio succedente. His verbis inueni omnem suspicionem exemit. Aduocato deinde Achitophele consultabatur quidnam esset agendum. Is suasit vt cum paternis pellicibus congrederetur. Sic enim populum constantiùs in partibus perseueraturũ, sublata reconciliationis spe: & promptè contra patrem militaturum. Nam hactenus non libenter eos inimicos se illis profiteri, veritos ne pax inter patrem & filium coeat. Paruit inuenis, iussitque famulis, vt in regia tentorium sibi erigerent; inspectante populo, in quod ingressus cum pellicibus patris concubuit. Idque totum iuxta Nathanis prophetæ vaticinium euenit, quod Dauidi futurum, vt ab vno è filiis oppugnaretur prædixerat.

Cap IX.

Abesalomus contra patrem profectus cum exercitu perit.

HOc Achitophelis consilium executus, i- 1. *Reg.* 17.
rum postulat quid de belli ratione censeat. Respondit ille, oportere sibi attribui decem millia lectorum militum. Cum his se profectum interfecturum patrem, atque ita partibus suis incolumitatem, & ipsi securum imperium eadem opera, Dauide sublato, pariturum. Hac sententia delectatus accersit Chusim Dauidis amicorum principem: sic enim eum ille vocabat: & exposito Achitophelis consilio, quid ipsi videretur quærebat. At ille intelligens quòd hoc modo Dauid in potestatem redactus facile occidi posset, contrariam sententiam attulit: Scis, inquit, rex virtutem patris, & eorum qui illum sequuntur, quòd in multis conflictibus semper victor euasit. Profectò veteranus bellator artibus contra nos vtetur, & intellecto nostrorum aduentu, noctu vallem aliquam cum parte militum insidebit, aut post rupem aliquam delitescet. Deinde nostris exercitum eius inuadentibus paulatim illi pedem referent; expectantes occasionem dum regi propiores facti totis viribus in pugnam redeant.

interim ille ex improuiso superueniens, suis animum addet, nostris verò metum ac consternationem afferet. Expende igitur meum quoque consilium, fanè melius, & Achitophelis opinionem missam fac. ac potiùs edicto per totam Hebræorum regionem copias contra patrem collige: quæ vbi in vnum conuenerint, imperium earum tu ipse assume, néve alterius fidei committas. Facilè enim illum deuinces, si in aperto campo assequaris, quòd ille paucos circa se habeat, tu verò tam multa millia virorum, qui dari sibi occasionem cupiunt declarandi quàm sint tui nominis studiosi. quòd si pater intra mœnia cuiuspiam oppidi se concluserit, machinis ac cuniculis id expugnabimus. In huius sententiam itum est, Abesalomo autore consilio Achitophelis prælatam: sed hoc ipsum Deus effecit, vt Chusis consultor magis placeret, qui properè ad pontifices Sadocum & Abiatharum veniens, suum & Achitophelis consilium eis exposuit, quódque ipsius comprobatum sit: petiit deinde vt hæc Dauidi per nuncios significarent, adhortarentúrque eum, vt sine mora Iordanem transiret: ne fortè filius mutata sententia persequatur eum, & priusquam in tutum se recipiat, comprehendat. Pontifices autem iam antè curauerant, vt extra vrbem latérent filij, renunciaturi Dauidi quid in vrbe agatur. ad hos igitur fidam famulam miserunt, afferentem quid Abesalomo decretum sit: mandárúntque vt quantum possent properarent Dauidi hæc indicaturi. qui euestigio cum patrum mandatis, vt pios ac fidos ministros decebat, nihil sibi ad summam celeritatem reliquum facientes, ad Dauidem properabant. Vix duo stadia promouerant, quum à quibusdam equitibus conspecti, apud Abesalomum deferuntur: qui mox ad capiendum eos misit. Senserunt hoc maturè pontificum filij, & diuertentes à via publica in propinquum vicum agri Hierosolymitani nomine Bocchuram se dedúxerunt, ibíque mulierem quandam rogauerunt vt se absconderet. ea mox demissis per funem in puteum, os eius velleribus contexit: rogatáque à superuenientibus persecutoribus num eos vidisset, conspectos sibi non negauit. accepto enim à se potu statim abiuisse dicebat: & si modo alacriter persequantur, fore vt eos comprehendant. Illi diu frustra persequuti, retro sunt reuersi. Mulier verò vbi hoc animaduertit, & non esse amplius periculum iuuenibus ne capiantur, per funem rursum extractos cœptum iter continuare iussit. Illi quanta poterunt festinatione ad Dauidem peruenerunt, & omnes Abesalomi conatus illi renuntiauerunt: qui suos confestim Iordanem transire edicit, quamuis nox esset, nihil cunctari passus. Porrò Achitophel vbi suum alterius consilio posthabitum vidit, conscenso iumento Gelmonem patriam petit. Ibi conuocatis omnibus domesticis, exposuit eis quæ Abesalomo consuluerat, addens quoniam non persuasisset, certo se breui periturum.

Ϲ μεταξὺ τούτων μαχομένων ὁ πατὴρ ὀπιφανὴς ἐξάφνης, τοῖς μὲ δ' ὀλιγοψυχίαν παρὰ τοὺς κινδύνους ὠφελησόμενος, τοῖς δ' ὅσοις, καταπλήξεται. ὠφελήσει δὴ τοίνυν καὶ τὴν ἐμὴν συμβουλείαν τῷ λογισμῷ. Ϲ ταῦτ' ὀπτανοὺς ἄριστα, τὸ μὲ ἀχιτοφέλους γνώμην παραίτησαι. πέμψας δ' εἰς πᾶσαν τὴν χώραν τὴν ἐβραίων, παράγγειλον αὐτοῖς τὴν ὅπλ τὸν πατέρα σου σφαγείαν. Ϲ ὠφελήσων τὴν δύναμιν, τὸ πολέμου γένος σφατηγὸς, καὶ μὴ πῖς δύσῃς τοῦτον ἑτέρῳ. νικήσειν γὰρ ῥᾳδίως αὐτὸν, ἂν ἐν φανερῷ καταλάβῃς ὄντα μετ' ὀλίγων αὐτὸς πολλὰς ἔχων μυριάδας βουλομένων τὴν σὲ ταχὺ δὴ τὴν ἐξαφθῆναι καὶ θυμίαν. ἂν δ' ὁ πατὴρ αὐτὸν εἰς πολιορκίαν ἐκπλεύσῃ, μηχανήμασιν καὶ ὀρύγμασιν ἀνομήσομεν καθαιρήσομεν ἐκείνην τὴν πόλιν. ταῦτ' εἰπὼν ἐδοκίμησε μᾶλλον ἀχιτόφελον, τῆς γὰρ ἐκείνου γνώμης ἡ τούτου προεκρίθη παρ' ἀβεσαλώμῳ. θεὸς μὴν ἦν ὁ τὴν τοῦτου διανοίαν τὴν τοῦ χουσὶ συμβουλὴν κρίνας ἀμείνονα εἶναι δοκεῖν. ἀπελθὼν ὁ πρὸς τοὺς ἀρχιερέας σάδωκον καὶ ἀβιάθαρον, τὴν τε ἀχιτόφελ γνώμην ἐξέφηνεν αὐτοῖς Ϲ τ' ἑαυτοῦ, καὶ ὅτι δέδοκται ταῦτ' ὑπ' αὐτοῦ παραινεθέντα πρᾶξαι, σπέλδοσι μηνύειν πέμψας δαβίδῃ καὶ φανερὰ ποιεῖν τὰ συμβουλευόμενα. Ϲ πρὸς ὠφελησόμενα τάχους διαβῆναι τ' ἰορδάνην, μὴ μεταγνοὺς ὁ παῖς αὐτοῦ διώκειν ὁρμήσῃ, καὶ πρὶν ἐν ἀσφαλείᾳ γένηται φθάσας καταλάβῃ. οἱ δ' ἀρχιερεῖς ἐξεπίτηδες τοὺς υἱοὺς ἐξω τ' πόλεως πεπρυμμένους εἶχον, ὅπως διακομίσωσι πρὸς τ' δαβίδην τὰ πραττόμενα. πέμψαντες δὲν πιστὴν θεραπαινίδα πρὸς αὐτοὺς, φέρουσαν τὰ βεβουλευμένα ὑπὸ ἀβεσαλώμου, προσέταξαν μὴ αὐτοῦς ταῦτα δαβίδῃ σημαίνειν. οἱ δ' ὀλίγον εἰς ἀναβολὰς Ϲ μέλλησιν ὑπορρέοντο. λαβόντες δ' τὰς τ' πατέρων ἐντολὰς, δυσβεῖς ἅμα καὶ πιστοὶ γένοντο διάκονοι. καὶ τ' ὑπηρεσίας τὸ τάχος καὶ τ' ὀξύτητα κρίναντες ἄριστον εἶναι πορεύεσθαι συμβαλεῖν δαβίδῃ. ὁρμώμενοι δ' αὐτοῖς ἀπὸ σαδίων τ' πόλεως δύο, θέονταί τινες ἵππεῖς καὶ διαβάλλουσι πρὸς τ' ἀβεσαλώμου. ὁ δ' ἄνθρ ἔπεμψε τοὺς συλληψομένους. νοήσαντες δ' τοῦτο οἱ τ' ἀρχιερέων παῖδες, σκηράπτοντες τ' ὁδοῦ, ὠφελεῖτο εἰς κώμην τινὰ τ' ἱερουσολυμιτῶν ἐκ ἄπωθεν ἑαυτοὺς ἐδέχεσθαι. βοχχόρης δ' ὄνομα τῇ κώμῃ. γυναικὸς δ' ἐδεήθησαν τινὸς κρύψαι καὶ ὠφελεῖν αὐτοὺς τ' ἀσφάλειαν. ἡ δ' καθιμήσασα τοὺς νεανίσκους εἰς φρέαρ Ϲ πλάκας ἄνωθεν ἐπιβαλοῦσα, ὡς ἦκον οἱ διώκοντες αὐτούς, Ϲ ὠφελεῖ αὐτῷ ἀνέκρινον εἰ θεάσαιτο, ἰδεῖν ἐκ ἠρνήσατο. ἀπόντας γὰρ παρ' αὐτῇ πάλιν ἀπελθεῖν. εἰ μὴ δίκην σωτόμως διώξουσι, καταλήψεσθαι πρεῦλεγε. ὡς δ' ὀλὶ πολὺ διώξαντες ἐκ κατέλαβον, ἀνέστρεφον ὀπίσω. θεασαμένη δ' αὐτοὺς ἀναζεύξαντας ἡ γυνὴ καὶ μηδένα φόβον τοῖς νεανίσκοις ἐπ' αὐτῷ ἔτι συλλήψεως ἔσῃ, ἀνιμήσασα τὴν προκειμένην ὁδὸν αὖθις παρεκελεύσατο. καὶ πολλῇ σπουδῇ καὶ χεῖρα χρησάμενοι πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν, ἦκον πρὸς δαβίδην. καὶ πάντα ἀκριβῶς ἐδήλωσαν αὐτῷ τὰ παρ' ἀβεσαλώμου βεβουλευμένα. ὁ δ', διαβῆναι τ' ἰορδάνην, τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ προσέταξεν ἤδη νυκτὸς οὔσης, καὶ μηδὲν ὀκνεῖν δι' αὐτόν. ἀχιτόφελος δ', ἐν γνώμης αὐτοῦ παρδοκιμηθείσης, ὀπίσω τὸν ἵππους ἐξώρμησεν εἰς γελμῶνα τὴν πατρίδα. καὶ συγκαλέσας τοὺς οἰκείους ἅπαντας, ἃ συνεβεβούλευσεν ἀβεσαλώμῳ, ταῦτ' αὐτοῖς διεξῆλθε. καὶ ὡς ὐ πεισθείς, φανερός ὅτιν ὢν εἰς μακρὰν ὑπολούμενος.

δαβί-

δαβίδην ἢ κρατήσειν μέλλειν ἔλεγε καὶ ἐπανήξειν ὅτι A Dauidem enim omnino superiorem hoc bello
τὴν βασιλείαν. ἄμεινον οὖν ἔφησεν εἶ) τὸ ζῆν αὐτὸν fore, & amissum regnum recepturum esse. Præ-
ἐξαγαγεῖν ἐλευθέρως καὶ μεγαλοφρόνως, ἢ φθάσαντα stat igitur, inquit, magno animo, vt virum in-
αὐτὸν εἰς κόλασιν δαβίδη, ὃς καθόλου πάντα συνέ- genuum decet, è vita exire, quam Dauidi ob fi-
φραττεν ἀβεσαλώμῳ. ταῦτα διαλεχθεὶς, καὶ παρελθὼν lio nauatam contra eum operam, excarnificã-
εἰς τὸ μυχαίτατον τῆς οἰκίας, ἀνήρτησεν αὐτόν. καὶ ἡ μὲν dum se præbere. His dictis in penitissimas ædes
ἀχιτόφελον, ζηύτης θανάτου δικαίως αὐτὸν ἡμόμβρον, digressus, seipse suspendit. atque ita Achitophe-
καθελόντες ἐκ τῆς ἀγχόνης, ἐκήδευσαν οἱ προσήκον- lem, suopte iudicio tali morti addictum, cog-
τες. ὁ δὲ δαβίδης, διαβὰς τὸν ἰόρδανον καθὼς προ- nati eius laqueo demptum funerauerunt. Cæ-
B ρήκαμεν, εἰς παρεμβολὰς καλλίστην καὶ ὀχυροτάτην terùm Dauid superato vt diximus Iordane, per-
πόλιν ἐφθασεν). ἐδέχοντο δὲ αὐτὸν ἡμέρας πάν- uenit Castrum, pulcherrimam ac munitissi-
τες οἱ πρῶτοι τῆς χώρας, κατά τε αἰδῶ τῆς τότε φυγῆς, mam eius tractus vrbem. Ibi cum summa be-
καὶ κατὰ τιμὴν τῆς προτέρας εὐπραξίας. ἦσαν δὲ ὅτοι neuolentia ab omnibus eius regionis optima-
βερζέλαος ὁ γαλααδίτης, καὶ σιφὰρ ὁ τῆς ἀμμανίτιδος tibus exceptus est, partim præsenti hominis ne-
δυνάστης, καὶ μάχειρος, ὁ τῆς γαλααδίτιδος χώρας cessitate motis, partim reuerentia pristinæ fe-
πρῶτος. ὅτοι πᾶσαν αὐτῷ, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ τὴν ἐπιτηδείων licitatis, fuerunt autem hi Berzellæus Galadita,
ἀθθονίαν παρέχον, ὡς μήτε κλίνας ὑπολείπειν ἐστρω- & Siphat Ammanitidis dynastes, & Machirus
μένας, μήτε ἄρτους καὶ οἶνον, ἀλλὰ καὶ θυμάτων ἀφθο- C Galaditidis regionis primas. Hi quicquid ad
νίαν χορηγήσαι, καὶ πρὸς ἀνάπαυσιν ἅμα κεκοπωμέ- victum pertinebat, largiter regi cum suis præ-
νοις καὶ τροφὴν χρησίμων ἀπορίαν διαρκῆ παρασχεῖν. bebant, vt nec lecti strati eis deessent, nec panis
καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. ἀβεσάλωμος δὲ, ἀθροίσας με- ac vinum, quin & carnium copia semper ade-
γάλην στρατιὰν πρὸς ἐβραίων ὅτι τὸν πατέρα, καὶ διαβὰς rat, & quicquid vel ad alimoniam, vel ad lassi-
τὸν ἰόρδανον ποταμὸν, καὶ πόρρω κατέζυξε πρὸς παρ- tudinis refectionem opus esset. Interim Abesa-
εμβολῶν ἐν τῇ γαλααδίτιδι χώρᾳ, καταστήσας στρατη- lomus coacto grandi contra patrem exercitu, x.
γὸν πάσης τῆς δυνάμεως ἀμεσαῖ, εἰς τὸν ἰωάβου τά- & traiecto Iordane amne, constitit non longè
ξιν τῶν συγγενῶν αὐτοῦ. παῖδες μὲν δὴ αὐτῷ, ἰεθαρσε. μητρὸς à Castro oppido Galaditidis, loco Ioabi præ-
δὲ, ἀβιγαίας. αὕτη δὲ ἦν σαρουΐα ἰωάβου μήτηρ ἀδελφὴ posito exercitui cognato eius Amasa. prognatus
ἦσαν δαβίδου. ὡς δὲ ἐξαριθμήσας τοῖς σὺν αὐτῷ δα- enim erat patre Iotharsa, & matre Abigæa. hæc
βίδης, ὡσεὶ τεσσαρακιλίους ἄρχοντας, οὐκ ἔγνω μένειν verò & Saruia Ioabi mater, sorores erant Dauidis. Rex autem recensitis qui circa se erant,
ποτὲ ἐπ' αὐτὸν ὁ ἀβεσάλωμος ἐλθὴ. προθεὶς δὲ τοῖς 2. Reg. 18.
ὅσοι χιλιάρχοις καὶ ἑκατοντάρχοις εἰς ἴσα μέρη τὴν στρατιὰν, τὸ comparatóque numero circiter quatuor mil-
μὲν, τῷ στρατηγῷ παρέδωκεν ἰωάβῳ. τὸ δὲ, τῷ ἀδελφῷ lium, decreuit non expectare dum Abesalo-
αὐτοῦ ἀβεσαΐῳ. τὸ δὲ τρίτον μέρος αὐτὸς ἐχείρισεν ἐθαΐῳ, mus prior ipsum aggrediatur, sed creatis tri-
σωθήσει μὲν ὅτι καὶ φίλος, οὐκ ἂν δὲ τῆς γυτθῶν πόλεως ὑπάρ- E bunis, diuisóque in tres partes exercitu, vnam
χοντι. βουλόμενον δὲ σωνεκστρατεύειν αὐτὸν οὐκ εἴασαν οἱ Ioabo imperatori attribuit, alteram fratri eius
φίλοι, γνώμην καταχέοντες σοφωτάτην. νικηθέντες μὲν γὰρ Abisæo: tertiam tradidit Ethæo, amico quidem
σὺν αὐτῷ, πᾶσαν ἀποβαλεῖν ἐλπίδα χρησιν ἔφασκον. & familiari, sed è Gitta oriundo. Ipsum autem
αὖ δὲ νικήσαντες ἐν μέρει τῆς δυνάμεως, τῷ λοιπῷ volentem adesse in exercitu amici prohibue-
πρὸς αὐτὸν φύγωσιν, ἀμείνονα φόβον ἐμβάλλειν αὐτὸν runt, ídque prudentissima ratione. Si enim
ἰσχυῖ. ὑπονοήσειν δὲ καὶ τοὺς πολεμίους εἰκὸς ὄντα ἄλλο eo præsente vincerentur, nihil spei reliquum
μετ' αὐτὸ στράτευμα εἶ). ἡδεῖς δὲ τῇ συμβουλείᾳ ταύ- fore. quòd si vna parte exercitus victi, cùm cæ-
τῃ, ὤφειλεν μὲν αὐτὸν ἐν τῇ παρεμβολῇ ἔχειν. ἐκπέμ- teri ad ipsum refugissent, reparandarum vi-
πων δὲ τοῖς φίλοις καὶ τοῖς στρατηγοῖς ὅπως τὸν πόλεμον F rium facultatem non defore. alioquin etiam
παρακάλῃ σφοδρύμιαν ἐναποδείξασθαι, καὶ πίστιν καὶ μνή- hostem suspicaturum, alium exercitum circa
μην εἴ τινος μέρους ἔχοντος παρ' αὐτοῦ ἔτυχον. φείσα- regem esse. Placuit hoc consilium: itaque
σθαι δὲ καὶ τοῦ παιδὸς ἀβεσαλώμου, κρατήσαντας ἀηδόλῳ, persuasus apud Castrum mansit. sed dum a-
μὴ κακὸν αὐτὸν ἐργάσηταί τι πολιτήσαντος αὐτοῦ. καὶ micos ad pugnam dimitteret, obtestabatur vt
ὁ μὲν νίκην αὐτοῖς ἐπόξαμενος, ἐκπέμπει τὸν στρα- memores omnium acceptorum beneficiorum stre-
τιὰν. ἰωάβης δὲ φθάσαντος τὸν δυνάμιν ἀπικρυ- nuam ac fidelem operam sibi nauarent: & vt post victoriam filio parcerent, ne occiso illo,
τοῦ πολεμίων ἐν τῷ πεδίῳ τῷ μεγάλῳ, ἐξόπιθεν πε- aliquid mali in seipsum statueret: atque ita
ριβεβλημένῳ δρυμὸν, αὐτεξάγει τὸν στρατιὰν καὶ ἀβε- precatus illis victoriam, exercitum emisit. Cæ-
σάλωμος. καὶ συμβολῆς γενομένης, ἔργα μεγάλα χει- G terùm cùm Ioabus ex aduerso hostium aciem
ρῶντε καὶ τόλμης παρ' ἀμφοτέρων ἐπεδείκνυτο. τῷ suam explicuisset in planicie syluam à tergo
μὲν, ὑπὲρ τοῦ τὴν βασιλείαν ἀπολαβεῖν δαβίδην πα- habente, Abesalomus quoque suos contrà e-
ρακινδυνεύοντων καὶ πάσῃ προθυμίᾳ χρωμένων. τῷ duxit: & congressi, acritérque pugnantes mul-
δὲ ἵνα μὴ καὶ ταύτην ἀβεσάλωμος ἀφαιρεθῇ καὶ δῷ ta vtrinque præclara facinora edebant: his
τῷ πατρὶ δίκας κολασθείς. ἀνὴρ ὢν ἐτόλμησεν, οὐδὲν ἀνοσιούτων, ὅτι ποιεῖν ἔστι πάσχειν· ἔστι δὲ τῷ dummodo Dauid regnum recipiat, quiduis
πλείονων ἵνα μὴ κρατηθῶσιν ὑπὸ τῷ σὺν ἰωάβῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ στρατηγοῖς ὄντων ὀλίγων. periculi magno animo contemnentibus: illis
contrà ne Abesalomus & hoc priuetur, & patri insuper audaciæ pœnas det, nihil non vel facere vel pati paratis. Iidem cùm numero longè præstarent, ignominiosum ducebant tanto paucioribus Ioabi militibus succumberet

contrà regij vt tot millia profligarent omni ope connixi, tandem vt erat dignum veteranis & rei militaris peritissimis hostem terga vertere coegernnt. fugientes deinde per saltus & abrupta insequendo, alios captiuabant, alios trucidabant, ita vt multo plures in fuga caderent quàm in prælio. Interfecta sunt enim ea die fermè viginti millia. Plurimi autem in Abesalomum ferebantur, insignem tam pulchritudine quàm statura corporis. Is veritus ne viuus caperetur, conscensa multa regia effuso cursu fugiebat. Cúmque per agitationem ventilaretur capillitium, asperæ arboris prominenti ramo inopinate implicitum iuuenem suspendit. Iumentum enim vehementi impetu ferebatur, non aliter quàm sessorem gerens. at ille sublimis in ramo retinebatur, ne hostem effugeret. Quod animaduersum quidam è militibus Dauidis indicauit Ioabo: eóque quinquaginta siclos promittente si illum confoderet, respondit, Nec si duo millia daturus esses, facerem hoc domini mei filio, maximè cùm omnibus nobis audientibus parci iuueni sit precatus. At ille iussit vt indicaret vbinam pendentem viderit, móxque defixo in cor telo eum interemit. Armigeri verò Ioabi circumsistentes ab arbore eum detraxerunt, & proiectum in hiatum profundum ac obscurum cõgestis saxis obruerunt, ita vt tumuli forma extaret. Deinde quum receptui cecinisset Ioabus, suos à persequendo cohibuit, parcẽdum ciuili sanguini ratus. Porrò Abesalomus erexerat sibi in valle regis columnam marmoream cum inscriptione, duobus stadiis à Hierosolymis dissitam, quam voluit vocari Manum Abesalomi, dicẽs quòd etiamsi liberos eius perire contingat, in hac tamen nomen ipsius esset mansurum. Habuit enim tres mares, & vnam filiam Thamaram, quemadmodum iam entè diximus: quæ Dauidis nepoti Roboamo nupta, Abiam eius successorem peperit: sicut pòst loco suo copiosiùs dicetur.

A ἀρχιλίαν δὲ αὐτοὺς τοσούτους εἶ) μείζω τ̃ ἢ δαβίδου στρατιωτ῀ ἵνα τ῀ τοσούτων μυριάδων κρατήσωσιν οἱ δαβίδου, γνώμη τε φεύγοντες, καὶ τ῀ τ῀ πολεμικῶν ὅπλων ἡμῖ. φεύγοντας ἢ διὰ δρυμῶν καὶ φαράγγων, ἐπόμενοι τοὺς μὲν ἐλάμβανον, πολλοὺς ἢ αἰχμῇ, ὡς φεύγοντας πεσεῖν πλείονας ἢ μαχομένους. ἔπεσον γὰρ ὡς δισμύριοι ἐπ' ἐκείνης τ̃ ἡμέρας. οἱ ἢ τ῀ δαβίδου πάντες ὥρμησαν ὅτι τὸν ἀβεσάλωμον. φανερὸς γὰρ αὐτοῖς ἦν τό τε τ῀ κάλλους καὶ τ̃ μεγέθους ἐχόμενος. διέσας ἢ μὴ καταλάβωσιν αὐτὸν οἱ πολέμιοι, ὄπιβας τ̃ ἡμίσους τ῀ βασιλικ῀ς, ἔφυγε. φερόμενος ἢ μ῀ ῥύμης, καὶ ὑπὸ τ῀ κάλλους καὶ τ̃ κινήσεως κοῦφος ὢν ἐμπλακείσης αὐτ῀ τ῀ κόμης ἔσχεθ῀ ἐνδρῳ μεγάλοις ὄπιπολὺ κλάδοις ἐκτεταμένῳ, ὥσ. δόξης αἰωρεῖσθαι. καὶ τὸ μὲν κτῆνος ὑπὸ ὀξύτητος ὡς ὄπισθεν μένον τ̃ δεσπότου ἐπὶ φέρον ἐχώρει πρόσω τέρω. ὁ δ' ἐν τ῀ κλάδων ἐωρεμένος ἐκρεμεῖτο τοῖς πολεμίοις. τοῦτο τὰς ἰδὼν τ῀ δαβίδου στρατιωτ῀, ἐδήλωσεν Ἰωάβῳ. καὶ πεντήκοντα σίκλους αὐ αὐτ῀ δεδωκέναι τῷ στρατηγοῦ φήσαντος εἰ καλῶν ἀπέκτεινε τὸν ἀβεσάλωμον, ἀδ' εἰ δισχιλίους ἔπρεν ἐμελλές μοι παρέξειν, τοῦτ' ἂν διέθηκά μου τ῀ τ῀ δεσπότου παῖδα, καὶ ταῦτ' ἐκείνου πάντων ἡμῶν ἀκουόντων φείσασθαί σε τῷ νεανίσκου δεηθέντος. ὁ ἢ, κελεύσας αὐτ῀ δεῖξαι ποῦ κρεμάμενον ἴδοι τ῀ ἀβεσάλωμον, ἔξουσας καὶ τ̃ καρδίας, ἀπέκτεινεν. οἱ ἢ περὶ τὸ ἰωάβου νομίζοντες ὅπλα, ἐν κύκλῳ περιστάντες τ῀ δένδρου κόπτουσι τ῀ νεκρόν. καὶ τ῀ μὲν εἰς χάσμα βαθὺ καὶ ἀφανὲς ῥίψαντες, βάλλουσιν αὐτ῀ λίθους, ὡς ἀναπληρωθῆναι, καὶ τὸ χῶμα τάφου καὶ μέγεθος λαβεῖν. σημεῖας ἢ ἀναλητικὸν ὁ ἰώαβος ἀπέσχετο τῷ δίωκειν τοὺς οἰκείους στρατιώτας τὴν τ῀ πολεμίων δύναμιν, φεισόμενος τ̃ ὁμοφύλων. ἔστησε δ' ἀβεσάλωμος ἐν τῇ κοιλάδι τῇ βασιλικῇ στήλην λίθου μόρμαρέαν δύο σταδίους ἀπέχουσαν ἱεροσολύμων, ἣν προσηγόρευσεν ἰδίαν χεῖρα. λέγων, ὡς καὶ τ῀ τέκνων αὐτ῀ διαφθαρέντων ἐν τῇ στήλῃ μενεῖ τὸ ὄνομα. τέκνα γὰρ ἦσαν αὐτ῀ ἄρρενα μὲν τρία, θυγάτηρ ἢ μία θαμάρα τὄνομα, ὡς προειρήκαμεν. συνοικησάσης δ' αὐτῆς τ῀ δαβίδου υἱῷ ῥοβοάμῳ, γίνεται παῖς ὁ δεξάμενος τὴν βασιλείαν ἀβιᾶ. Ϲ ὡδὶ μὲν τοῦτον ἐν ὑστέροις οἰκειότερον τῇ ἱστορίᾳ δηλώσομεν.

B

C

D

E

Cap. X.

Quomodo Dauid regno restitutus feliciter vixit.

F

DEfuncto Abesalomo populus eius domũ quisque suam dilapsus est. Achimas verò Sadoci pontificis filius adito Ioabo, rogauit vt sibi permitteret ad Dauidem ire, nunciaturo læta omnia, quódque diuina ope ac prouidentia victoriam sit consequutus. Negauit hoc imperator, dicens non conuenire vt antehac afferre læta solitus, nũc de morte filij regem certiorem faceret: iussitq; eum ibi manere. sed vocato Chusi illi mãdauit, vt omnia quæ sciret ad regem perferret. Achima verò denuo rogante, vt ipse mitteretur, victoriam tantùm nunciaturus, non etiam Abesalomi mortem, passus est eum hoc facere. Is viam compendiosam ingressus soli sibi notam, Chusi anteuertit.

G

Κεφάλαιον ί.

Πῶς δαβίδης εἰς τὴν βασιλεῖαν πάλιν αὖηλθε, καὶ ἔζησεν ἀδαμόνως.

Μετὰ δὲ τὸν ἀβεσαλώμου τελευτὴν, ὁ μὲν λαὸς, εἰς τὰ οἰκεῖα διεσπάρη. Αχιμᾶς ἢ ὁ σαδώκου τ῀ ἀρχιερέως υἱὸς, ἰωάβῳ προσελθὼν, ἐδέετο αὐτ῀ τ῀ νίκην ὅπερ ἔφαμεν πορισθέντι δαβίδ῀ μηνύσαι, καὶ ὅτι τ῀ ὠδὶ τ῀ θεῖ βοηθείας ἔτυχε Ϲ προνοίας, διαγγελίσασθαι. Ϲ τὸν μὲν ὁ προῆκεν εἰπὼν αὐτ῀ καλῶν ἄγγελον ἀεὶ γεγυμνιμένον, τὸν ἀπέναντι δηλώσοντα θάνατον τ῀ βασιλεῖ τὸν παιδὸς αὐτ῀, μένειν δ' ἠξίω. καλέσας ἢ τ῀ χουσὶν, ἐκεῖνῳ προστάξετὸ ἔργον, ἵν' ὅπερ αὐτὸς εἶδε, τοῦτο μηνύσειε τ῀ βασιλεῖ. τῷ δ' ἀχιμᾷ πάλιν δεηθέντος αὐτὸν ὅτι τὴν ἀγγελίαν ἀφεῖναι, ὡδὶ μόνης γὰρ αὐτὸν ποιήσασθαι τ῀ νίκης, ἠσυχάσειν δὲ ὡδὶ τ῀ ἀβεσαλώμου τελευτ῀ς, ἐπέτρεψεν αὐτ῀ τὴν πρὸς τὸν δαβίδην ἄφιξιν. καὶ τὴν ὁπτομενεστέραν ἐμβαλὼν τ῀ ὁδῶν, καὶ γὰρ μᾶλλον αὐτὴν ἐγίνωσκε, τὸν χουσὶ φθάσει.

καθε-

καθεζομένῳ ὁ Δαβίδη μεταξὺ τῆς πυλῶν Ⓒ σκο- A
πεύοντι πρὸ αὐτῶ τὸς ἐλθὼν ἀπὸ τῆς μάχης ἀπαγ-
γέλλει τὰ κατ' αὐτὸν, τῆ σκοπῶν τὸς ἰδὼν τὸν ἀχιμάὰν
ἔχοντα, ὁ μήπω τίς ὄζι γνωρίσας δρομάδιος εἶπε
πρὸς τὸν Δαβίδην βλέπειν τινὰ μονομάχον πρὸς
αὐτόν. τῶ δ' ἀγγελον ἥκειν φήσαντος ἀγαθὸν, μετ'
ὀλίγον ἕτερόν τινα ὁ ἕτερον ἐδήλωσεν αὐτῶ. καὶ-
νεῖνον ὁ ἄγγελον ἀγαθὸν εἰπόντος, ἰδὼν τὸν ἀχιμάὰν
ὁ σκοπὸς ἐγγὺς ἤδη γεγονημένον τὸν σαδώκου παῖδα B
τῶ ἀρχιερέως προτρέχειν ἐσήμαινεν. ὁ ὁ Δαβίδης,
εὐχαρις γνόμενος, ἀγαθῶν ἄγγελον τῶτον ἔφησεν
εἶ), καὶ τινων δικαίων αὐτῶ φέρειν ἀπὸ τῆς μάχης. ὁ
μεταξὺ ταῦτα λέγοντος τῶ βασιλέως, φανεὶς ὁ ἀχι-
μᾶς, προσκυνεῖ τὸν βασιλέα. καὶ πυθομένῳ περὶ
τῆς μάχης, νίκην διαγγελίζε) καὶ κράτος. ἐρομένου
ὁ τί καὶ περὶ τῶ παιδὸς ἔχοι λέγειν, αὐτὸς μὴ ἔφα-
σκεν δύειν ὁρμῆσαι πρὸς αὐτὸν τῆς τροπῆς τῆ πολε-
μίων γνομένης, ἀκούσαι ὁ μεγάλης βοῆς διωκόν- C
των τὸν ἀβεσάλωμον. καὶ πλεῖον μὴ μαθεῖν ἔξω τὸ
πεμφθέντα ὑπὸ ἰωάβου δηλῶσαι τῶ νίκην γνέσθαι.
ὠδε γνομένου ὁ τῶ χυσὶ, καὶ προσκυνήσαντος καὶ
τῶ νίκην σημήναντος, πρὸς τῶ παιδὸς αὐτὸν ἀπο-
κρίνειν. ὁ δ' ἐχθρῆς εἶπε τοῖς σοῖς οἷα συμβέβηκεν
ἀβεσαλώμῳ γένοιτο. ἔστι ὁ λόγος, ἐπὶ τῶ ὅτι νί-
κην χαρὰν ἔδοσεν, ὅτ' αὐτῶ μεῖναι μείζω ἔσαν, ὅτε
τοῖς στρατιώταις, αὐτὸς μὲν γὰρ ἀκούσας ὅτι τὸ ἐνηλι- D
κώτατον τῆς πόλεως, ἀνακλαίεσθαι τὸν υἱὸν, τυπτόμενος τὰ
στέρνα, καὶ τῶ κεφαλεῖ ἀπαρτώμενος, καὶ παν-
τοίως αὐτὸν ἀκιζόμενος. καὶ τέκνον Σαβαῶν, ἀθε-
μεὶ τὸν θάνατον ἐπελθεῖν ἐχθρὸν καὶ ἅμα σοι τε-
λευτῆσαι. φύσει γὰρ ὢν φιλόστοργος, πρὸς ἐκεῖνον ἔ-
τι μᾶλλον συμπαθῶς εἶχεν. ἡ στρατιὰ ὁ καὶ ὁ ἰώαβος,
ἀκούσαντες ὅτι πενθεῖ τὸν υἱὸν ὅπως ὁ βασιλεὺς, κ-
κρυβήσαν μὴ τῆ τῶ νενικηκότων χάριτος εἰσελ-
θεῖν εἰς τὴν πόλιν. καταφεῖς δὲ καὶ δεδακρυμένοι E
πάντες ὡς ἀφ' ἥττης παρῆλθον. καλαλυφαμένου
ὁ τῆ βασιλέως Ⓒ κένοντος τὸν υἱὸν, εἴσεισι πρὸς αὐτὸν
ἰώαβος, καὶ παρηγορῶν, ὦ δέσποτα, φήσι, λανθάνεις
δικαβάλλων σαυτὸν οἷς ποιεῖς, ὅτι τοὺς μὲν ἀγαπῶντας
σὲ καὶ πρὸ σοῦ κινδυνεύοντας, καὶ σαυτὸν ὁ τῶν σῶν
χρεὰ δοκεῖς μισεῖν. στέργειν ὁ τοὺς ἐχθροτάτους καὶ
ποθεῖν ἐκτὸς ὄντας οἱ δίκη τεθνήκασιν. εἰ γὰρ ἀβε-
σάλωμος ἐκράτησε, καὶ τῶ βασιλείαν βεβαίως
κατέσχεν, οὐδενὸς ἂν ἡμῖν ὑπελείφθη λείψανον. F
ἀλλὰ πάντες ἂν ὑπὸ σοῦ καὶ τῆ σῶν ἀρξάμενοι τέκ-
νων, ἀπολώλαμεν οἰκτρῶς, ὁ κλαύσοντον ἡμᾶς τῆ πο-
λεμίων, ἀλλὰ χαιρόντων, καὶ τοὺς ἐλεῶντας ὅτι τοῖς
κακοῖς κολαζόντων. σὺ δ' οὐκ ἀχθῆ ταῦτα ποιῶν
ὅτι μᾶλλον ἐχθρῶν, ὅτι σὸς υἱὸς ὢν ἀσεβὴς ἔπος ἐ-
γένετο. θαυσάμενος οὖν τῆς ἀδίκου λύπης, προελ-
θὼν ὤφθη τοῖς σαυτῶ στρατιώταις καὶ τῆς νίκης αὐτοῖς
καὶ τῆς περὶ τοὺς ἀγῶνας προθυμίας ἐχαρίσησον.
ὡς ἐγὼ τήμερον, αὖ ὀπτμένης τοῖς ἄρτι παρατεθμένοις, G
ἀναστήσας ὑποδιῶξαί σου τὸν λαὸν, καὶ τῆ βασιλείαν
ἑτέρῳ δωρεὰν, τότε σοι πικρότερον καὶ ἀληθὲς
ποιήσω τὸ πένθος. ταῦτ' εἰπὼν ἰώαβος, ἀπέστρεψεν
ἀπὸ τῆς λύπης, Ⓒ ἤγαγεν εἰς τὸν περὶ τῆ πραγμάτων λογισμὸν τὸν βασιλέα. μεταχρησάμενος
γὰρ αὐτὸν Δαβίδης, καὶ ποιήσας ὀπτηδειον εἰς τῆ τῶ πλήθους θέαν, πρὸς ταῖς πύλαις ἐκάθισεν,

Sedente autem rege in porta, & expectante aliquem de prælio nuncium, ſpeculatorum vnus conſpecto Achima currente, necdum valens eum agnoſcere, ait ad regem, videre ſe quempiam accurrentem. Cúmque rex bonum eſſe nuncium ominaretur: paulo pòſt ſequi illum alterum quendam indicauit. Reſpondente rege, hunc quoque bonum fore nuncium; ſpeculator iam propiorem Achimam noſcitans, Sadoci pontificis filium ait curriculo aduentare. Tum Dauid, profecto hunc bonum & optatum nuncium afferre de prælio. Vix hæc verba finierat, dum Achimas regem adoratum ſalutat: & ſcitante de pugna, lætam victoriam annunciat. rogatus deinde quid filio factum ſit, ait ſe verſis in fugam hoſtibus confeſtim iter arripuiſſe, audiſſe tamen clamorem militum Abeſalomum perſequentium: nec præterea quicquam comperti habere, quod iubente Ioabo properè diſcedendum fuerit, vt victoriam renuntiaret. iámque & Chuſis aderat regem adorans, & victoriam annuncians. qui ſimiliter de filio rogatus: Inimicis, inquit, tuis eueniat idem quod Abeſalomo: Hæc verba in cauſa fuerunt, vt nullam ex ea victoria voluptatem nec rex perciperet, nec milites. Ipſe enim conſcenſa editiſſima vrbis parte deflebat filium, plangens pectus, & capillitium lacerans, & modis omnibus ſeſe afflictans, ac vociferans: Fili mi, vtinam mihi tecum mortem oppetere contingeret. Cùm enim eſſet natura ſuorum amantiſſimus, præ cæteris hunc maiore affectione proſequebatur. Exercitum autem & Ioabum, audito quòd rex filium ita lugeat, puduit triumphabundos in oppidum ingredi: ſed demiſſo capite lacrymantes, non aliter quàm clade accepta veniebant. Cæterùm cùm rex operto capite gemere deſiderio filij perſeueraret, Ioabus conſolandi cauſa ad eum ingreſſus. Quid facis, inquit, ô rex? an neſcis quòd hoc pacto tibi ipſe calumniam ſtruis, quaſi amicos pro tua ſalute periculis ſe exponentes, atque adeò teipſum & familiam tuam oderis: ames verò tibi infeſtiſſimos, & iuſtiſſima pœna abſumptos deſiderare non deſinas? Nam ſi Abeſalomus viciſſet, & regnum ſuum conſtabiliſſet, nihil ex nobis omnibus reliquum feciſſet: ſed à te ac tuis liberis initio facto, ad vnum miſerabilem in modum perdidiſſet, non deflentibus nos inimicis, ſed gaudentibus, & grauiter punientibus eos qui noſtram vicem miſerarentur. Te verò non pudet hæc facere propter hominem inimiciſſimum, qui quum eſſet tuus filius, tantopere in te fuit impius? Deſine igitur ab iniuſto luctu, & da te in conſpectum tuorum militum, & gratias illis age quòd ſua virtute hanc victoriam nobis pepererunt: alioqui, ſi quà cœpiſti pergas, hodie regnum ac exercitum alteri tradam, efficiámque vt iam grauiùs ac veriùs quàm antè lugeas. Talibus verbis Ioabus regi mœſtitiam excuſſit, eumque ad curam reipublicæ adduxit. Sumpto enim habitu alio, quo gratior eſſet militi eius conſpectus, pro foribus portæ conſedit,

ita vt hoc audito vniuersus populus ad salutandum eum concurreret. Dum hæc ita geruntur, qui ex Abesalomi exercitu cladi superfuerunt, domum reuersi nuncios oppidatim dimiserunt, admonentes quantum beneficiorum à Dauide accepissent, & quomodo post multa ac magna bella in libertatem ab eo vindicati fuissent: & quàm iniquè hoc electo alteri regnum commisissent: itaque debere eos, extincto quem elegerant, Dauidem rogare, vt omissa ira in gratiam populum suum recipiat, & quemadmodum antea curam reipublicæ suscipiat. De hac re crebri nuncij veniebant ad regem: isque mox Sadoco & Abiatharo pontificibus per literas mandauit, vt principes tribus Iudæ compellent, turpe illis esse, alias tribus ante eos in regnum Dauidem reponere, maximè cùm is tribulis sit ac consanguineus. pari modo Amasam imperatorem eos alloqui iussit, quî fieret quòd cùm esset ipsius ex sorore nepos, exercitui non persuaderet, vt Dauidi regnum in manus reddat. Sperandam autem illi non solùm veniam, quæ iam contigisset, verùm etiam vniuersarum copiarum præfecturam, quam Abesalomus ei concesserat. Pontifices verò tum principes dictæ tribus sunt alloquuti, tum Amasam ostenta regis pollicitatione in partes ipsius traduxerunt. Ac primùm contribules Dauidis incunctanter per legatos eum in regnum reuocant: quorum exemplo simul & Amasæ autoritate moti cæteri Israëlitæ & ipsi idem faciunt, atque hæ legationes ad eum Hierosolymis excipiendum confluebant. Sed singulare Iudæ tribus officium extitit, quæ vsque Iordanem amnem ill occurrit. eodem præsto fuit Semeis filius Geræ, sequentibus mille viris è tribu Beniamitica: necnon Siba libertus Sauli comitatus quindecim filiis & seruis viginti. Hi vnà cum tribu Iudæ ponte ripas fluminis iunxerunt, vt rex cum suis absque negocio transire posset. Vt verò ad Iordanem peruenit, salutatus est à tribu Iudæ: & Semeis in pontem progressus, accidénsque ad regis pedes, rogabat veniam commissorum, vtque infensus sibi esse desineret, néve recepta potestate in se primum animaduerteret: reputarétque id quoque, quòd erroris pœnitentia ductus, primus ipse reuertenti occurrisset. In hunc modum supplicanti ac misericordiam imploranti Abisæus Ioabi frater: Satin hoc, inquit, putas ad effugiendum supplicium, quod maledico in regem diuinitus electum ore es commeritus? Tum rex ad eum versus: Definite Saruiæ filij, néve nouas turbas ac seditiones excitate. Sic enim vos existimare volo, hanc esse mihi aditialem regni diem, quamobrem iuro me omnibus omnem pœnam remittere, qui quocunque modo in maiestatem meam peccauerunt, neque in quenquam ea de causa animaduersurum esse. tu quoque Semei bono animo esto, nihil de supplicio sollicitus. At ille, adorato rege, cœpit eum præcedere.

ὡς ἅπαντα τὸν λαὸν ἀκούσαντα συνδραμεῖν πρὸς αὐτὸν καὶ καταστάσαθαι. Ϛ ταῦτα μὲν ζῶντον ἐγε τὸν τρόπον. οἱ δ' ἐκ τῆς μάχης ἀναχωρήσαντες τῆ ἐβραίων μετ' ἀβεσαλώμου γινόμενοι παρ' ἑαυτοῖς ἕκαστοι, διέπεμπον κατὰ πόλεις, ὑπομιμνήσκοντες αὐτοὺς ὧν εὐεργέτησεν αὐτοὺς δαβίδης, καὶ τῆς ἐλευθερείας ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων ῥυσάμενος αὐτοὺς πολέμων παρέχε. μεμφόμενοι δ' ὅτι τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐκβαλόντες ἄλλῳ ταύτην ἐνεχείρησαν. ἤ νυῦ τεθνηκότος τοῦ κατασταθέντος ὑπ' αὐτῆ ἡγεμόνος, ἐκκαλοῦσι δαβίδ ἐκ, παύσασθαι μὲν τῆς ὀργῆς, δικαίως ἢ πρὸς αὐτοὺς ἔχειν. τῆ δ' ἐπαγγάστων, καθὼς ἤδη καὶ πρότερον ποιεῖσθαι πρόνοιαν τὴν βασιλείαν ἀπολαβόντα. ταῦτα μὲν οὖν ἐπανεχέσεσθαι ἀπηγγέλλετο τῆ δαβίδη. κἀκεῖνος ἐδέξατο ἤτοι ἔπεμψε πρὸς σάδωκον καὶ ἀβιάθαρον τοὺς ἀρχιερέας, ἵνα τοῖς ἄρχουσι τῆς ἰούδα φυλῆς διαλεχθῶσιν, ὡς αἰσχρόν ἐστιν αὐτοῖς, ἄλλας φυλὰς πρὸ ἐκείνης δαβίδη χειροτονῆσαι βασιλέα, καὶ ταῦθ' ὑμῆ συγγενῶν ὄντων, καὶ πρὸς αὐτὸν κοινὸν αἷμα κεκληρωμένων. τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἀμεσᾶ τῆ ἐπιτηδῆ προσέταξεν αὐτοὺς λέγειν, ὅτι τῆς ἀδελφῆς υἱὸς ὢν αὐτῆ μὴ πείθει τὸ πλῆθος δαβίδη τὴν βασιλείαν ἀποδοῦναι. προσδοκᾶν δὲ παρ' αὐτῆ, μὴ διαλλαγὴν μόνον, τοῦτο γὰρ ἤδη γέγονεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπάντων τοῦ λαοῦ ἐπιτιμίαν ἐκ αὐτῆ καὶ ἀβεσάλωμος παρέχειν. καὶ οἱ μὲν ἀρχιερεῖς, ἃ μὲν τοῖς τῆς φυλῆς ἄρχουσι διελέχθησαν. ἃ δ' τὸν ἀμεσὰν ἔπεισαν τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτὸν εἰπόντες ἐγχειρεῖν ταῖς ὑπ' αὐτῆ φρεντίσι. καὶ πείθει γὰρ τὴν φυλὴν, πρεσβείαν πέμψαι πρὸς δαβίδ ἐκ προσβεύσεις, παρακαλοῦντας εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανελθεῖν βασιλείαν. τὸ δ' αὐτὸ καὶ πάντες ἐποίουν οἱ ἰσραηλίται, προσβεψαμένου τοῦ ἀμεσᾶ τῆ μὲν πρέσβεων ἀφικομένων πρὸς αὐτὸν εἰς ἱεροσόλυμα παρεγένοντο. πάντας δὲ τοὺς ἄλλους ἐφθασεν ἡ ἰούδα φυλὴ πρὸς τὸν ἰόρδανον ποταμὸν ἀπαντῆσαι τῆ βασιλεῖ. καὶ ὁ γήρα παῖς σεμείας, μετὰ χιλίων ἀνδρῶν, οἷς ἐκ τῆς βενιαμίτιδος φυλῆς ἐπῆγετο. καὶ σιβᾶς ὁ ἀπελεύθερος σαούλου, Ϛ οἱ παῖδες αὐτοῦ πεντεκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες, μετ' οἰκετῶν εἴκοσι. ἕτοιμοι γὰρ τῆ ἰούδα φυλῆ τὸν ποταμὸν ἐπεφύρωσαν, ἵνα ῥᾷστα διάβῃ μετὰ τῆς ἰδίων ὁ βασιλεύς. ὡς δ' ἦκεν ὅτε τὸν ἰόρδανον, ἠσπάσατο μὲν αὐτὸν ἡ ἰούδα φυλή. προσέπεσε δ' ἀναβαὰς ὅτι τὴν γέφυραν σεμείας, καὶ καταχὼν αὐτοῦ τοὺς πόδας, ἐδέετο συγγνώναι τε καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἁμαρτημένων, καὶ μὴ μνείαν ποιεῖν αὐτῶν, μηδὲ τὸν πρῶτον ἡγήσασθαι τὴν παροιμίαν ἐν ὀργῇ γεγενημένον. λογίσασθαι δ' ὅτι καὶ μετανοήσας ἐφ' οἷς ἐσφάλη πρῶτος ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐσπούδασε. ταῦτα δὲ ἀντιβολοῦντος αὐτοῦ Ϛ οἰκτιζομένου, ἀβεσσαῖος ὁ ἰωάβου ἀδελφὸς, ἆρα τοῦτο οὐκ εἶπεν ὁ τεθνηξῆ βλασφημήσας τὸν χὸν τοῦ θεοῦ καταστάντα βασιλεύειν; δαβίδης δ' ὑπεραφεὶς εἰς αὐτὸν, ὁ παῦλα ἔφη ὦ σαρυΐα παῖδες. μὴ κινήσῃ τι πάλιν ἡμῖν καινὰς ὅτι ταῖς πρώταις ταραχὰς καὶ στάσεις. ὁ γὰρ ἀγνοεῖν ὑμᾶς προσῆκεν ὅτι σήμερον ἄρχομαι τῆς βασιλείας. διὸ πᾶσιν ἀφίημι τὰς κολάσεις τοῖς ἀσεβήσασιν ὄμνυμι, καὶ μηδένα τῆ ἀμῥτόντων ἐπεξελθεῖν. σὺ τε ἔφη ὦ σεμεία, θάῤῥει. καὶ δείσῃς μηδὲν ὡς τεθνηξόμενος. ὁ δὲ, προσκυνήσας αὐτὸν προῆλθ.

ἀπλώ-

ἀπλύτους ἢ αὐτὸς καὶ ὁ σαοὺλ υἱωνὸς μεμφίβοσθος, A
ῥυπῶν ἀφ' ἧς τὴν πόδα ἐξῆλθε βασιλεύς, καὶ τὸν πώγωνα
καὶ κατημελημμένον ἔχων. μὴν δὲ τὰ δαβίδου φυγὴν, ὅτε
ἀπεκείρατο λυπούμενος, ὅτε καθῆρε τὴν ἐσθῆτα,
καταρώμενος αὐτῷ συμφορὰν ταύτην δι' ἣν τῷ βασι-
λέως μεταβολῇ. διαβέβληται ἢ καὶ ὑπὸ τοῦ ὀπιτρό-
που σιβᾶ πρὸς αὐτὸν ἀδίκως. ἀπαντησάμενον δ' αὐτῷ
καὶ προσκυνήσαντος, ἤρξατο πυνθάνεσθαι τί δή ποτ'
οὐ συνεξῆλθεν αὐτῷ, καὶ κοινωνὸς ἦν τῆς φυγῆς. ὁ B
δ' ἀδίκημα τοῦτ' ἔλεγεν εἶναι σιβᾶ. κελεύσαντος γὰρ πα-
σκευάσασθαι τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον ὑπ' ἐφέπεσθαι,
ἀλλ' ὥσπερ ἀνδραπόδου τινὸς, ὅπως παρήκουσεν.
εἰ μὲν γέ τοι τὰς βάσεις εἶχον ἐρρωμένας, οὐκ ἂν ἀπε-
λείφθην σου, χρῆναι πρὸς τὴν φυγὴν ταύτας δυ-
νάμενος. ὑ τοῦτο ἢ μόνον ἠδίκησέ μου τὴν πρὸς σὲ
διάθεσιν δυσίβειαν, ἀλλὰ καὶ προσδιέβαλε, καὶ διε-
ψεύσατο κακουργῶν. ἀλλ' οἶδα ὅτι τούτων ὑδὲν ἡ C
ἀληθινὴ καὶ σὴ προσήκουσα, δικαία τε οὖσα, καὶ τὴν ἀλή-
θειαν ἀεὶ ἰσχύειν τε βέλτιστα, καὶ τὸ θεῖον ἀγαπῶσα.
μείζονα γὰρ κινδυνεύσας παθεῖν ὑπὸ τοῦ πάππου τοῦ
μοῦ, καὶ σ' ὅλης ἡμᾶς ὠφελούσης εἰς ἐκεῖνα ἀπο-
λωλεκέναι, σὺ μέτριος καὶ χρηστὸς ἐφάνης, τότε μάλιστα
πάντων ἐκείνων λάθιον ποιησάμενος, ὅτ' ἐξουσίαν τῆς
ὑπὲρ αὐτοῦ τιμωρίας εἶχεν ἡ μνήμη. φίλον ἢ σὸν ἐκεί-
νας ἐμὲ καὶ ὑπὸ τῆς τραπέζης εἶχες ὀσημέραι, καὶ ὑ- D
δὲν ἀπέλειπον τοῦ συγχρῶν τοῦ μάλιστα τιμωμένου.
ταῦτ' εἰπόντος, ὅτε τὴν μεμφίβοσθον ἔγνω κολάζειν, οὐδ'
ὡς καταψευσάμενον τὸν σιβᾶ δικάζειν. ἀλλ' ὑπὲρ
μὲν τοῦ σιβᾶ ἐλθεῖν ἐκείνῳ πάντα χαρισάμενος φή-
σας, αὐτὸς ἢ συγγινώσκειν ὑπέσχετο, τῆς οὐσίας αὐτοῦ
τὸ ἥμισυ κελεύσας ἀποδοθῆναι. ὁ ἢ μεμφίβο-
σθος, πάντ' ἔχέτω μὲν εἶπεν ὁ σίβας, ἐμοὶ δ' ἀπό-
χρη τὸ, σε τὴν βασιλείαν ἀπολαβεῖν. βερζέλλον δὲ
τὸν γαλααδίτην ἄνδρα μέγαν καὶ καλὸν, καὶ πολλὰ E
παρεχόμενον ἐν ταῖς παρεμβολαῖς αὐτοῦ, δαβίδην τε
προπέμψαντα μέχρι τοῦ ἰορδάνου, παρεκάλει συνελ-
θεῖν ἕως τῶν ἱεροσολύμων. γηροκομήσειν γὰρ αὐ-
τὸν ἐν πάσῃ τιμῇ, καὶ ὡς πατρὸς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ
προσνοήσειν ἐπηγγέλλετο. ὁ ἢ, πόθῳ τῶν οἴκοι παρ-
τούτου τὴν μετ' αὐτοῦ διατριβὴν, καὶ τὸ γῆρας λέγων ὑ
τοιοῦτον αὐτοῦ τυγχάνειν ὡς τε ἀπολαύειν τῶν ἡδέων,
εἰς ὀγδοήκοντα ἔτη προβεβηκότος, ἀλλ' ὡς τε κα- F
ταλύσεως ἤδη καὶ ταφῆς προνοεῖν, ὅπη ταύτην ἥδιον
βουλόμενον αὐτὸν χαρίζεσθαι τὰ κατ' ὀλιγωρίαν
ἀπολαῦσαι. ὅτε γὰρ τροφῆς ὅτε ποτοῦ συνίειν ἀφὶ
τὸν χρόνον. ἀποκεκλεῖσθαι δ' αὐτῷ καὶ τὰς ἀκοὰς ἤ-
δη πρὸς αὐλῶν ἦχους καὶ μέλη τῶν ἄλλων ὀργάνων ὅ-
σα τῶν βασιλέων τέρπει τοὺς ἐνδιατριβομένους. ὅ-
πως δὲ λιπαρῶς δεομένου, σὺ μὲν εἶπεν, ἀπολύω,
τὸν δὲ ἀχίμαονον υἱόν, ἄφες μοι, πάντων γὰρ αὐτοῦ με-
ταδώσω τῶν ἀγαθῶν. καὶ βερζέλλος μὲν κατα- G
λιπὼν τὸν υἱόν, καὶ προσκυνήσας τὸν βασιλέα, καὶ
φανέντων ἀσπαζόμενος αὐτοῦ τέλος ὧν ἔχει κατὰ ψυ-
χὴν, οἴκαδε ὑπέστρεφεν. ἐλθόντα δ' εἰς γάλ-
γαλα δαβίδης, τῷ λαῷ παντὸς ἤδη τοῦ ἥμισυ πρὸ
αὐτὸν ἔχων, καὶ τὴν ἰούδα φυλήν. ἀφικνουμένου
δ' εἰς γάλγαλα πρὸς αὐτὸν οἱ τῆς χώρας πρῶ-
τοι, μετὰ πολλῆς πληθύος, καὶ τὴν ἰούδα φυλὴν κατεμέμφοντο λάθρα πρὸς αὐτὸν ἐλθοῦσαν,

Post hæc Memphibosthus Saulis nepos ei venit obuiam, sordidatus & promisso ac neglecto capillitio. ex quo enim rex profugerat, neque comam totondit, neque vestem purgauit, calamitatem eius non secus quàm propriam ferens: ad hæc à suo procuratore apud regem falso delatus fuerat. Is post salutatum & adoratum regem interrogatus ab eo, qua de causa non simul exisset, socius fugæ futurus: respondit Sibam esse in culpa. Hunc iussum parare ad profectionem necessaria, verba sua non aliter quàm alicuius mancipij contempsisse. alioquin, inquit, si pedibus integris fuissem, & ad profectionem his vti potuissem, nunquam abs te relinqui passus fuissem. Nec contentus meam erga te domine pietatem impedisse, insuper maliciosè ac mendaciter me detulit. Sed bene noui quòd tua prudentia tales calumnias non admittat: quum sis iustus, & Deum ac veritatem cui tantopere studes diligas. Cùm enim in grauissimis periculis aui mei temporibus versatus sis, licerétque tibi de tota familia nostra eo nomine pœnas sumere, quæ tua bonitas est ac modestia, omnes acceptas iniurias obliuioni tradidisti, recenti etiam tum earum memoria summam potestatem assecutus. præterea in amicorum ordinem allectum, & mensæ tuæ quotidianum conuiuam adhibitum, nihilo deteriore conditione quàm vnum quem è maximè necessariis apud te esse voluisti. his auditis neque Memphibosthum punire libuit, neque an Siba calumniator fuerit cognoscere. sed præfatus cuncta se eius bona Sibæ largitum, veniam tamen illi & dimidiæ partis restitutionem promisit. Tum Memphibosthus: Habeat sibi totum Siba, mihi satis est te in tuum regnum restitutum esse. Berzellæum deinde Galaditam virum magnum ac bonum, cuius benignitate belli tempore adiutus fuerat, deducentem se Iordanem vsque, rex rogauit vt simul Hierosolyma proficisceretur: pollicitus eum parentis loco se habiturum, nihilque illi defore quo extremæ eius ætati refouendæ sit opus. at ille excusauit, rem domesticam conuictui regio præferens: dicens se iam octuagenarium non posse regiæ voluptatibus perfrui, iam de absoluendo extremo vitæ actu & sepultura solicitum: roganſque vt sibi cum bona regis gratia liceat suo more domi viuere: quandoquidem iam per ætatem non amplius vllam è potu, aut cibo voluptatem capiat, & aures obturatas habeat ad sonos tibiarum cæterorúmque instrumentorum, quibus aulici regij se oblectare solent. Quo ita instanter rogante: Te, inquit, dimitto: hunc verò Achimanum filium mecum abire finito. Omnium enim bonorum meorum particeps erit. Tum Berzellæus relicto filio, & adorato rege, omniáque. fausta illi precatus, domum est reuersus. Dauid autem Galgala petuenit, iam dimidium totius populi circa se habens, & Iudæ tribum integram. Eò venerunt ad illum primores eius regionis, sequente magna hominum multitudine: incusabántque Iudæ tribum, quòd insciis cæteris ad regem se contulisset,

& miseratus eos è calamitatibus eripe. Nec solis Hebræis errantibus hanc opem à te precor: sed etiam si ab extremis orbis finibus aliqui venerint, aut vndecunque profecti in hoc loco boni quippiam impetrare à te voluerint, exoratus illis largire. Sic enim omnibus erit euidens, quòd & tu hanc ædem apud nos tibi extrui voluisti, & nos nec inhumani fumus, nec alienigenis iniqui, sed libenter ferimus te communiter omnibus tum opitulatorem esse, tum bonarum rerum omnium largitorem. Hæc locutus & pronus humi stratus, cùm aliquandiu adorauisset surrexit, hostiásque ad altare adhibuit: quumque id solidis victimis repleuisset, litatum Deo manifesto argumento cognouit. Ignis enim ex aere emicans, omnibúsque inspectantibus in altare delapsus, correptas victimas absumpsit: ad quod prodigium populus haud dubiam coniecturam fecit, in eo templo numen esse habitaturum, & præ gaudio procidens in solum, vnanimiter adorauit. Rex autem ad laudes Dei versus, multitudinem ad idem hortabatur, quandoquidem signa vidissent eius beneuolentiæ: precandum admonens, vt perpetuò talem se exhibeat, & mentem eorum puram ab omni peccati labe custodiat in iustitia & religione, quo possint præcepta per Moysem diuinitus tradita constanter obseruare. Sic enim fore genus Hebræorum felicissimum omnium, & cæteris mortalibus longè beatius. Simulque iubebat eos meminisse, quòd quibus artibus parauissent tanta bona, eisdem & hæc retenturi essent, & alia maiora atque cumulatiora quæsituri. Neq; enim aliter existimandum, quàm iustitiæ ac pietatis merito hæc illis contigisse. esse autem facilius parare quæ desint, quàm parta tueri, & cauere ne vllum detrimentum admittatur. His affatus multitudinem rex, concionem dimisit, sacris primum factis tam pro se quàm pro populo: mactauítque vitulorum duodecim millia, agnorum cœtum & viginti millia: nam tum primùm templum victimarum cruore imbutum est, & omnes Hebræi cùm liberis ac vxoribus epulo sunt excepti. Præterea scenopegiæ festum ante templum splendidè ac magnificè rex per quatuordecim dies celebrauit cum vniuerso populo epulatus. Peractis autem his omnibus, & nullo pietatis officio prætermisso, dimissi sunt suam quisq; domum, actis priùs regi gratiis, pro bene curata republica, & pro tantis operibus absolutis, precatíq; vt eis omnipotens Deus in longum tempus Solomone rege frui concederet. Faciebant autem iter gaudentes ac gestientes, hymnósque sacros canentes, ita vt præ gaudio nullum viæ tædium in reuertendo sentirent. Cæterùm illata in templum arca, & spectaculo tam elegantis & ampli ædificij publicè exhibito, festísque diebus inter sacra & epulas exactis, cùm iam singuli ad suas vrbes essent reuersi, rex in somnis est admonitus, gratũ Deo fuisse eius sacrificium, & vota exaudita esse. quódque seruaturus esset suum templũ, & semper inhabitaturus, donec ipsius posteri cum subiecto populo iustitiam colerent: 3. Reg. 9.

λων καὶ ἑορτῶν μεταλαβόντες εἰς τὰς αὐτῶν ἕκαστοι πόλεις ὑπέστρεψαν. ὅτε δ' ἐπιφανὲν τῷ βασι-
λεῖ κατὰ τοὺς ὕπνους, ἐσήμανεν αὐτῷ τῆς εὐχῆς ἐπήκοον τὸν θεὸν γεγονέναι. καὶ ὅτι φυλάξοι τε τὸν ναὸν,
καὶ διαπαντὸς ἐν αὐτῷ μένοι τῷ ἐκγόνων αὐτῷ καὶ τῆς ἐκείνου πλήθους τὸ διηνεκὲς ποιούσης.

in primísque ipſum ſi à paternis præceptis nuſquam diſcederet, ad ſummum felicitatis faſtigium euehendum, & genus eius per continuatas ſucceſſiones ei regioni præfuturum, nec vnquam è Iudatribu regem defore. Quòd ſi prodito & oblitioni tradito pietatis ſtudio, ad externarum religionum ritus ſe transferret, radicitus eum excindendum: & neque generis ipſius reliquias manſuras, neque Iſraelitas calamitatem euaſuros: ſed bellis & aliis innumeris cladibus afflictos, & è patrio ſolo extorres, peregrè apud exteras gentes oberraturos. Templum verò quod tum recens extructum eſſet, Dei permiſſione à barbaris direptum atque incenſum iri, vrbe inſuper hoſtili manu diruta: ita vt vbique ſparſo earum calamitatum rumore, & multis ob earum magnitudinem ægrè credentibus, finitimi demiraturi ſint, & interrogaturi, qua de cauſa Hebræi in tantam nunc indignationem incidiſſent, quum antea eius ope ad maximas diuitias, maximámque gloriam eſſent euecti. Quibus reliquias gentis reſponſuras, quòd propter peccata ſua & patriarum legum præuaricationem hæc omnia contigiſſent. Hæc illi per ſomnium denuntiata ſacræ literæ continent.

V. Abſoluta autem templi fabrica, quæ ſeptennio, vt dictum eſt, durauit, regiæ ſtructuram eſt aggreſſus, quam vix tertiodecimo annò conſummauit. neque enim tantam curam huic operi, quantam ædificando templo impendit. Sed illud quidem amplum licet, & plus quàm credi poſſit celebre, cooperanti Deo intra iam dictum tempus perfectum eſt: regia verò tametſi multum magnificentiæ templi cederet, quòd neque materia eius tanto antè præparata fuiſſet, & regi non Deo ſtrueretur domicilium, eo tardius ad finem eſt perducta. Et hæc tamẽ pro dignitate fortunarum regis ac gentis eſt exædificata. Operæprecium autem fuerit totum eius ordinem ac diſpoſitionem indicaſſe, vt ex eius deſcriptione totam amplitudinem lector colligere ac conſiderare poſſit. Baſilica erat magna & pulchra multis columnis ſuffulta, quam ad cauſas forenſes agitandas, & lites decernendas condidit, capacem multitudinis quæ eò ius peteret, longam cubitos centum, latam quinquaginta, altam triginta. hanc ſexdecim columnæ quadrangulæ ſuſtinebant, tectam opere Corinthiaco; additis parilibus poſtibus cum valuis cælatis ad ornamentum loci ſimul & munimentum. In eius medio fuit ædes alia, quadrata, lata triginta cubitos, columnis validis ſuffulta: & in ea tribunal magnificum, vbi Rex iura ſolebat reddere. Huic ædificio coniuncta erat domus in vſum reginæ facta, & aliæ aulæ quò ſe negotiis peractis animi cauſa conferebant, omnes cedrinis tabulis conſtratæ: partim ſaxo quadrato decemcubitali conſtructæ, partim ita vt ſolent regiæ vel templa, incruſtatæ precioſo marmore, quod è locis eo nomine celebribus apportatur.

αὐτὸν ἢ πρῶτον ἐμμένοντα τοῖς τῶ πατρὸς ἐνσεβήμασιν ἔλεγεν εἰς ὕψος καὶ μέγεθος εὐδαιμονίας ἀνοίσειν ἄπειρον, καὶ βασιλεύσειν ἀεὶ τῆς χώρας τοὺς ἐκ τῶ γένους αὐτῶ καὶ τῆς ἰδίας φυλῆς. προσθήκη μὲν τοίνυν τὰ ὀπτανδεύματα καὶ λάθρα αὐτῶ ποιησάμενον, καὶ ξενικοὺς θεοὺς θρησκεύειν μεταβαλλόμενον, προῤῥιζον ἐκκόψειν, καὶ μήτε τῶ γένους τὶ λείψανον αὐτῶ ἐάσειν, μήτε τὸν ἰσραηλιτῶν λαὸν ἀπαθῆ παραφθαγ. πολέμοις δ' αὐτοὺς ἐκ κακοῖς ἀφανίσειν μυρίοις. καὶ τῆς γῆς, ἣν τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἔδωκεν, ἐκβαλὼν ἐπήλυδας ἀλλοφύλους κατασήσειν. τὸν δὲ ναὸν τὸν νεὼ οἰκοδομηθέντα καταπρηνισόμενον τοῖς ἐχθροῖς παραδώσειν καὶ διαρπαγησόμενον. καταπάλιν ἢ καὶ τὴν πόλιν χερσὶ τῶν πολεμίων. καὶ ποιήσειν μύθων ἄξια τὰ παρ' αὐτοῖς κακά, καὶ πολλῆς δ' ὑπερβολὴν μεγέθος ἀπιστίας, ὡς τοὺς προσοίκους ἀκούοντας τὴν συμφορὰν θαυμάζειν καὶ τὴν αἰτίαν πολυπραγμονεῖν, δι' ἣν ὕστερος ἐμισήθησαν ἑβραίοις τῶ θεῶ, πρότερον εἰς δόξαν καὶ πλοῦτον παρ' αὐτῶ παραχθέντες. καὶ παρὰ τῶν ὑπολειπομένων ἀκούειν, ὁμολογουμένων τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ τοὺς τῶν πατρίων νομίμων παραβάτας. ταῦτα μὲν αὐτῶ τὸν θεὸν εἰπεῖν, κατὰ τοὺς ὕπνους ἀναγράπαι. μὴ ἢ τὴν τῶ ναῶ καθαίρεσιν, ἔτεσιν ἐπτὰ καθὼς προεῤῥήκαμεν ἡμεμένειν, τὴν τῶν βασιλείων οἰκοδομίαν καταβάλετο, ἐν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα μόλις ἀπήρτησεν. ἐγὼ τὸν αὐτὸν ἐσπούδαζε τρόπον, ὃν περ καὶ τὸ ἱερόν. ἀλλὰ τὸ μὲν, καθ' ὃν μέγα καὶ θαυμαστῆς δόξης καὶ παραδόξου τετυχηκὸς, ἔτι καὶ θεῶ συνεργοῦντος εἰς ὃν ἐγένετο, τοῖς προειρημένοις ἔτεσιν ἔλαβε πέρας. τὰ δὲ βασίλεια, πολὺ τῆς ἀξίας τῶ ναῶ καταδεέστερα τυγχάνοντα, τῶ μήτε τὴν ὕλην ἐκ τοσούτου χρόνου καὶ τῆς αὐτῆς ἡτοιμάσθαι φιλοπμίας, καὶ βασιλεῦσιν οἰκητήριον, ἀλλὰ μὴ θεῶ γενέσθαι, βεβαίαν ἰσχύειν. καὶ αὐτὰ μὲν οὐκ ἀξιολόγως κατὰ τὴν δυναμένην τῆς ἑβραίων χώρας καὶ τῶ βασιλέως οἰκοδομηθῆναι. τὴν δὲ ὅλην αὐτῶν διάταξιν, καὶ τὴν διάθεσιν εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ἵν' ὕστερος ἐκ τούτου σχολάζοντας καὶ σωφρονεῖν ἔχωσι τὸ μέγεθος οἱ τῆ γραφῆ μέλλοντες ἐντυγχάνειν. οἶκος ἦν μέγας καὶ καλὸς, πολλοῖς κίοσιν ἐρηρεισμένος, ὃς εἰς τὰς κείσεις καὶ τὴν τῶν στεγμάτων διάγνωσιν πλῆθος ὑποδέξασθαι, καὶ χωρῆσαι συρροὴν ἀνθρώπων ὅση πλήθας συνελθεῖν ἔσται κατεσκεύασεν. ἑκατὸν μὲν πηχῶν τὸ μῆκος, δύο ἦ, πεντήκοντα. τὸ δ' ὕψος τριάκοντα. κίοσι μὲν τετραγώνοις ἀνειλημμένον ἑκκαίδεκα πᾶσιν. ἐστεγασμένον ἦ κοινθίοις. ἰσομέτρεσις ἦ φλιαῖς, καὶ θυρώμασι τετιλμένοις, ἀσφαλῶς ὁμοῦ καὶ κεκαλλωπισμένον. ἕτερος ἦ οἶκος ἦν ἐν μέσῳ κῆ ὅλου τοῦ πλάτους τετραγωνος, τετράγωνος. ἑκατὸν πηχῶν τριάκοντα, ἀέτιρις ἔχων ναὸν, παχέσι κίοσι ἀνατεταμένον. ἦν ἦ ἐν αὐτῶ ἐξέδρα ἀξιοθέατος, ἐν ᾗ καθεζόμενος ὁ βασιλεὺς ἔκρινεν. ἡ παρεζευγὸς κατεσκευασμένος ἄλλος οἶκος τῆ βασιλίδι, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ πρὸς τὴν διαιταν, καὶ τὰς ἀναπαύσεις οἰκήματα, μετὰ τὴν τῶν στεγμάτων διάθεσιν, ἐστρωμένα πάντα σανίσι τετμημέναις ἐκ κέδρου. καὶ τὰ μὲν, οἰκοδομήσατο λίθοις διηκριβωμένοις, ἕτερα ἦ ὡρισμένα τοῖς τοίχοις καὶ πολυτελεῖ κατηφιεσμένα εἰς κόσμον ἱερῶν καὶ βασιλέων οἴκων θεωρίαν ἢ μεταλλάττειν τοῖς φέρουσιν αὐτὸν τόποις ἐπαινουμένη.

ἐστὸ δὲ

καὶ τὸ μὲν ἀπ' αὐτοῦ κάλλος ὅπη τετραστοιχίαν ἦν συν- A
φασμένον, τῇ δὲ μοίρᾳ γλυφέων παρεῖχε θαυμάζειν
ἐπίσημον. ὑφ' ὧν ἐποίητο δένδρα καὶ φυτὰ παντοία
σύσκια τοῖς κλάδοις καὶ τοῖς συγκρεμαμένοις αὐτοῦ πε-
τάλοις, ὡς ὑπονοεῖν αὐτὰ καὶ σαλεύεσθαι διὰ ὑφβο-
λὴν λεπτότητος καλύπτοντα τὸν ὑπ' αὐτοῦ λίθον.
τὸ δὲ ἄλλο μέχρι τῆς στέγης χρυσὸν ἦν κατανενοικι-
λμένον χρώμασι καὶ γεγραφῆς. πρὸς καταστάσει δὲ
πρὸς τούτοις ἄλλα τε πρὸς τρυφὴν οἰκήματα, καὶ δὴ B
καὶ σταὶ μηκίσται, καὶ ἐν κάλλει τῆς βασιλείων κειμέ-
νας, ἐν αἷς λαμπρότατον οἶκον εἰς ἑστιάσεις, καὶ συμ-
πόσια χρυσοῦ πρόπλεω. καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὅσα τόπον
ἔχειν ἔδει πρὸς τὴν ὑστεραίαν ὑπηρεσίαν, σκιὴν
πάντ' ἐκ χρυσοῦ κατεσκεύασο. δύσκολον δ' ἐστὶν
καταριθμήσασθαι τὸ μέγεθος καὶ τὴν ποικιλίαν τῆς
βασιλείων, ὅσα μὲν ἦν αὐτοῖς τὰ μέγιστα οἰκήματα,
πόσα δὲ τὰ τούτων ὑποδέστερα, καὶ πόσα ὑπόγαια καὶ C
ἀφανῆ, τό τε τῆς αἰθιγμένων εἰς ἄερα κάλλος, καὶ τὰ
ἄλση πρὸς θεωρίαν ὑπερπετέστιν, καὶ θέρους ὑπο-
φυγὴν καὶ σκέπην εἴη τοῖς σώμασιν. ἐν κεφαλαίῳ δ'
εἰπεῖν τὴν ὅλην οἰκοδομίαν ἐκ λίθου λευκοῦ, καὶ κέ-
δρου, καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πᾶσαν ἐποιήσατο. τοῖς
ὀρόφοις καὶ τοῖς τοίχοις τοῖς ἐγκλειομένοις χρυσοῖ λί-
θοις δένδρα ἐστὶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὡς καὶ τὸν τοῦ θεοῦ
ναὸν τούτοις κατηγλάϊσεν. εἰργάσαντο δὲ καὶ ἐξ ἐλέ-
φαντος θρόνον παμμεγέθη, σκαπτὸν, ἐν κατα- D
σκευῇ βήματος. ἔχοντα μὲν, ἐξ ἀναβαθμοῖς, ἑκάστῳ
δὲ τούτων ἐξ ἑτέρου μέρους δύο λέοντες ἐφειστήκεσαν,
τοσούτων ἄνωθεν ἄλλων παρεστώτων. τὸ δ' ἐνήλα-
τον τοῦ θρόνου, χεῖρες ἦσαν ἐχόμεναι τὸν βασιλέα.
ἀνεκέκλειτο δ' εἰς μόχλα τετομωμένα τὰ κατ' ὄπιν αὐτοῦ
βλέποντος, χρυσῷ δὲ ἅπας δεδεμένος. ταῦτα ὁ σο-
λομὼν εἰκοσαετίᾳ κατασκευάσας, ἐπεὶ πολὺν μὲν αὐτῷ
χρυσὸν, πλείω δ' ἄργυρον ὁ τῆς τυρίων βασιλεὺς εἴ- E
ρωμος εἰς τὴν οἰκοδομίαν συνελόγισεν, ἔτι δὲ καὶ ξύλα
κέδρου καὶ πίτυος. ἀπεδωρήσατο δὲ καὶ αὐτὸς μεγάλαις
δωρεαῖς τὸν εἴρωμον, σῖτον τε κατ' ἔτος πέμπων αὐτῷ
καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, ὧν μάλιστα δεῖ τὸ νῆσον οἰκεῖν ὡς καὶ
προεῖρήκαμεν ἤδη, χρήζων διετέλει. πρὸς τούτοις
δὲ καὶ πόλεις αὐτῷ τῆς γαλιλαίας, εἴκοσι μὲν τὸ ἀριθ-
μὸν, ἐγγὺς τῆς τύρου κειμένας ἐχαρίσατο. ἃς ἐπελ-
θὼν καὶ καταγνόντας εἴρωμος, καὶ δυσαρεστήσας τῇ δω-
ρεᾷ, πέμψας πρὸς σολομῶνα μὴ δεῖσθαι τῆς πόλεων F
ἔλεγεν. καὶ ἔκ τότε προσηγορεύθησαν χαβαλὼν γῆ. με-
θερμηνευόμενον γὰρ τὸ χαβαλὼν κατὰ φοινίκων γλῶτ-
ταν, ἐκ ἀρέσκον σημαίνει. καὶ σοφίσματα δὲ καὶ λό-
γους αἰνιγματώδεις διεπέμψατο πρὸς τὸν σολομῶ-
να ὁ τῆς τυρίων βασιλεὺς, ἐπὶ χαλκῶν ὅπως αὐτῷ
τούτοις σαφηνίσῃ, καὶ τῆς ἀπορίας τῆς ἐν αὐτοῖς ζητε-
μένων ἀπαλλάξῃ. τὸν δ', δεινὸν ὄντα καὶ σοφὸν, οὐδὲν
τούτων παρῆλθεν, ἀλλὰ πάντα νικήσας τῷ λογισμῷ,
καὶ μαθὼν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἀνεφώνησε. μέμνη- G
ται δὲ τούτων τῶν δύο βασιλέων, καὶ μνάνδρος ὁ
μεταφράσας ἀπὸ τῆς φοινίκων διαλέκτου τὰ τυρίων
ἀρχεῖα εἰς τὴν ἑλληνικὴν φωνὴν, λέγων ὅτως. τελευτήσαντος δὲ ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν
παρ' αὐτοῦ ὁ εἴρωμος, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία, ἐβασίλευσε τριάκοντα καὶ τέσσαρα. οὗτος ἔχω-
σε τὸ δυτικὸν χωρίον, καὶ τὸν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ διὸς ἀνέθηκεν. ἔτι τε ὕλην ξύλων ἀπελ-
θὼν ἔκοψεν ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ λεγομένου λιβάνου εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας. καθελὼν τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ

Et tribus quidem ordinibus aulæis Babylonicis prætexebantur: quartus verò sculptorum admirabile artificium ostentabat, in quo effictæ erant variæ arborum ac plantarum species, frondibus & foliis tanta subtilitate expressis, vt agitari quodammodo viderentur. Reliquum verò quod supererat vsque ad lacunar, opere albario tectum, & discoloribus picturis erat variegatum. Præter hæc erant & alia cubicula ad voluptatem facta, & porticus adornatum regiæ longissimæ, in quibus splendidissima triclinia referta auro, vt quæ aurea supellectili ad omne regij conuiuij ministerium erant instructissima. Difficile est enumerare amplitudinem ac varietatem aularum, tam maiorum quàm mediocrium, tum quæ sub terra latebant, quæve in aërem elegantissimè attollebantur. In summa totum ædificium è marmore candido & cedro, & auro atque argento constabat: dispositis per parietes & laquearia variis lapillis auro inclusis, quemadmodum & in ornatu templi factum fuerat. Quin & ex ebore factum erat prægrande solium cælatum, specie tribunalis, quòd sex gradibus ascendebatur, in quorum singulis extremitatibus leonum effigies erant impositæ, totidem aliis supernè imminentibus. qua verò parte rex insidebat, manuum effigies eum excipiebant: & quà reclinabatur, dimidiatus erat iuuenis tergum suum respiciens: totumque tribunal auro coagmentatum erat. Hæc opera Solomon viginti annis perfecit, conferente magnam auri vim, maiorem argenti Iromo Tyriorum rege, & præter hæc cedri atque pinus materiem. Sed & ipse maximis donis Iromum est remuneratus, singulis annis frumentum ei mittens & vinum atque oleum, quibus maxime opus habebat, vt diximus, eo quòd insulam incoleret. Præterea Galilææ oppida numero viginti non procul à Tyro dissita ei donauit: quæ cùm ille perlustrata satis considerasset, & non valde probasset, renuntiari iussit Solomoni, sibi non esse opus eis oppidis, & ex eo terra Chabelon est appellata: voce Phœnicum lingua, id quod displicet significante. Quæstiones etiam ænigmaticas Tyrius rex ad Solomonem transmisit, rogans vt eas explicaret, & dubitationem sibi omnem eximeret. At ille callens huiusmodi rerum ac natura prudentissimus, nihil inexplicatum relinquebat: sed omnia ratione peruincens, & perscrutatus eorum intellectum, apertissimè declarabat. Meminit horum duorum regum & Menander, qui è Phœnicum lingua annales Tyriorum in Græcum sermonem est interpretatus, in hunc modum scribens: Defuncto Abibalo successit in regnum filius Iromus, qui vixit annos quinquaginta tres, & regnauit annos xxxiiii. hic aggessit ad insulam agrum qui dicitur amplus, & auream columnam in Iouis delubro dedicauit. idem materiem multam in monte Libano excidit ad contegenda templa,

& demolitus antiqua templa, Herculi & Astartæ noua instaurauit: primusq; Herculi statuam erexit mense Peritio. Deinde expeditione contra Eyceos suscepta, quòd debita tributa non persoluerent, subactis illis victor est domum reuersus. Huius temporibus erat Abdemonus adolescens, qui problemata à Solomone Hierosolymorum rege iniuncta dissoluebat. Meminit & Dius sic scribens. Abibalo defuncto filius eius Iromus regnum excepit. Is Orientalem vrbis partem aggeribus auxit, & eo pacto pomœria protulit. templum quoque Iouis Olympij, quod antè separatum erat, medio spatio repleto aggeribus cum vrbe coniunxit, & aureis donariis ornauit. conscenso deinde Libano materiem ad structuram templorum cæcidit. Addítque Solomonem Hierosolymorum regem ad hunc Iromum ænigmata misisse, solutionem eorum postulantem: quòd cùm ille non valuisset, magna pecunia mulctatum esse. Deinde per Abdemonem quendam virum Tyrium proposita explicuisse, & ipsum alia proposuisse: in quibus soluendis cùm Solomon hæreret, maiorem etiam pecuniam eum illi remisisse. Et Dius quidem ita scribit. Cæterùm rex cùm videret mœnia Hierosolymorum turribus & propugnaculis ad securitatem egere, nec ea dignitati vrbis satis respondere, & muros instaurauit, & turres magnas in eis erexit.

VI. Condidit etiam vrbes vel præcipuis annumerandas, Aforum & Magedonem, & tertiam Gazara Palestinæ vrbem, quam Pharao rex Ægypti bello aggressus expugnauerat, occisisque ad vnum habitatoribus diruerat, ac deinde filiæ suæ Solomoni nuptæ dono dederat. quamobrem denuo rex eam exædificauit, quòd esset natura munita, & ad bella rerúmque nouitates opportuna. Nec procul inde alias duas vrbes condidit, quarum altera Betachora, altera Baleth vocabatur. necnon & alias ad secessus voluptarios aptas ob aëtis temperiem fructuúmque vbertatem, & perennibus aquis irriguas. Ingressus deinde in desertum quod est supra Syriam, eiusque regionis potitus, vrbem ibi maximam condidit, duorum dierum itinere à superiore Syria distantem, ab Euphrate verò vnius. ad magnam autem Babylonem inde sex dicrum via protendebatur. Quare autem à reliquis cultæ Syriæ partibus hæc vrbs tam procul habitetur, causa est hæc, quod mediterranea per desertum petentibus, ibi demum fontes ac putei reperiuntur. Hac igitur vrbe extructa, & mœnibus validissimis cincta, Thadamoram eam appellauit, quo nomine etiam nunc à Syris vocitatur. Græci Palmiram nominant. Atque hæc fuerunt per id tempus Solomonis opera. Nunc quoniam video multos quærere, quî factum sit vt omnes Ægyptiorum reges à Minæo illo qui Memphin condidit, quíque multis annis auum nostrum Abrahamum præcessit, vsque ad Solomonis tempora, per mille trecentos & amplius annos Pharaones dicti sint,

κὴ ναὸν ὠκοδόμησε τῷ ἡρακλέους, κὴ τὴ τ' ἀσαρτης. πρῶτος τε τῷ ἡρακλέους ἔγειρεν ἐποίησε δ' ἐν τῷ περιτείῳ μηνί. τοῖς τε ὑπηκόοις ὑπερατεύσατο μὴ ἀποδιδοῦσι φόρους, κὴ ὑποτάξας πάλιν αὐτῷ, αἰέρεψε. ὑπὸ τούτου λῶ ἀβδήμονος παῖς νεώτερος, ὃς ἀεὶ ἐνίκα τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέτασε σολομών, ὁ ἱεροσολύμων βασιλεύς. μνημονεύει δ' κὴ δίος, λέγων ὧδε. ἀβιβάλου τελευτήσαντος, υἱὸς αὐτῷ ἴρωμος ἐβασίλευσεν. οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσε, κὴ μεῖζον τὸ ἄστυ ἐποίησε. κὴ τῷ ὀλυμπίου διὸς τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτὸ, ἐγχώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, κὴ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν λίβανον, ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῷ ἱερῶν κατασκευήν. τὸν δ' τυραννοῦντα ἱεροσολύμων σολομῶνα πέμψαι φησὶ πρὸς τὸν ἴρωμον αἰνίγματα, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξίωσιν. τὸν δὲ, μὴ δυνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα, πολλὰ τῷ χρημάτων εἰς τὸ ὀφειλόμενον ἀναλῶσαι. εἶτα δ' ἀβδήμονά τινα τύριον αἰδέσιμα τὰ προτεθέντα λῦσαι, κὴ αὐτὸν ἄλλα προβάλλειν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν σολομῶνα, πολλὰ τῷ ἴρωμῳ προσαποτίσαι χρήματα. κὴ δίος μὲν οὕτως εἴρηκεν. ἐπεὶ δ' ἐώρα τὰ τῷ ἱεροσολύμων τείχη ὁ βασιλεὺς, πύργων προὺς ἀσφάλειαν δέομενα κὴ τῆς ἄλλης ὀχυρότητος, προὺς δὲ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως ἠγεῖτο δεῖν κὴ τοὺς προβόλους εἶ), ταῦτά τε προσεπεσκεύαζε, κὴ πύργοις αὐτὰ μεγάλοις προσεξῆρεν. ὠκοδόμησε δ' κὴ πόλεις ταῖς βαρυτάταις ἐναεί θμους, ἄσωρόν τε κὴ μαγεδὼν, τὴν δὲ τρίτην δ' γαζαρὰ τὴν τῆς παλαιστινῶν χώρας ὑπαρχουσαν, κὴ φαραὼν ὁ τῷ αἰγυπτίων βασιλεὺς πρασκευάμενος κὴ πολιορκήσας, αἱρεῖ κὴ κράτος, ἀποκτείνας δ' πάντας τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτὴν, κατέσκαψεν, εἶτα δωρεὰν ἔδωκε τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ, σολομῶνι γεγαμημένῃ. διὸ καὶ ἀπήγειρεν ὁ βασιλεὺς αὐτὴν οὖσαν ὀχυρὰν φύσει καὶ προὺς πολέμους κὴ τὰς τῷ καιρῶν μεταβολὰς χρησίμην εἶ) δυναμένην. ἐκ πόρρω δ' αὐτῆς ἄλλας ὠκοδόμησε δύο πόλεις, βηθαχώρα τῇ ἑτέρᾳ ὄνομα ἦν, ἡ δ' ἑτέρα, βαλεθ ἐκαλεῖτο. πρὸς κατεσκεύασε δ' κὴ ἄλλας ταύτας εἰς ἀποθήκην κὴ τρυφὴν ὑπερηδέως ἐχούσας τῇ τε τῷ ἀέρων εὐκρασίᾳ, κὴ τοῖς ὡραίοις εὐφυεῖς, κὴ νάμασιν ὑδάτων ἐνδεδεσμένοις. ἐμβαλὼν δ' κὴ εἰς τὴν ἔρημον τὴν ἐπαύω συρίας κὴ καταχὼν αὐτὴν, ἔκτισεν ἐκεῖ πόλιν μεγίστην, δύο μὲν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπὸ τῆς ἄνω συρίας διεστῶσαν, ἀπὸ δ' εὐφράτου μιᾶς, ἀπὸ δ' τῆς μεγάλης βαβυλωνίας, ἓξ ἡμερῶν τὸ μῆκος. ἄρτον δ' τὴν τῷ πόλιν ἔτρεφε ἀπὸ τῶν οἰκειοτέρων μερῶν τῆς συρίας ἀπωκεῖσθαι, τὸ κατωτέρω μὲν ἐδαφοῦς τῆς γῆς ὕδωρ εἶ), σπανὰς δ' ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ τόπῳ δρεπανᾶν φρέατα. ταύτην οὖν τὴν πόλιν οἰκοδομήσας, κὴ τείχεσιν ὀχυρωτάτοις περιβαλὼν, θαδαμόραν ὠνόμασε, κὴ τῦτ' ἔτι νῦν καλεῖται παρὰ τοῖς συρίοις. οἱ δ' ἕλληνες αὐτὴν παλμυρᾶν. σολομὼν μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς ταῦτα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐπράττων διετέλει. προὺς δ' τοὺς ὑπηκόους, ὅτι πάντες οἱ τῷ αἰγυπτίων βασιλεῖς ἀπὸ μιναόου τοῦ μέμφιν οἰκοδομήσαντος, ἕως ἐτέσι πολλοῖς ἔμπροσθεν ἐγένετο τοῦ πάππου ἡμῶν ἀβραάμου, μέχρι σολομῶνος, πλειόνων ἐτῶν τριακοσίων κὴ χιλίων μεταξὺ διελελυθότων, φαραὼνες ἐκλήθησαν,

ἀπὸ τοῦ

ὑπὸ τῦ μὴ τοὺς ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις ἀρξαντος βασιλέως φαραὼ τὴν θεσπῳρείαν λαβόντες, ἀναγκαῖον ἡγησάμην εἰπεῖν, ἵνα τὴν ἄγνοιαν αὐτῶν ἀφέλω καὶ ποιήσω τὸ ὀνόματος φανερὰν τὴν αἰτίαν. ὁ φαραὼ κατ' αἴγυπτίους βασιλέα σημαίνει. οἶμαι δ' αὐτοὺς ἐκ παίδων ἄλλοις χρωμένους ὀνόμασιν, ἐπειδὰν ἢ βασιλεῖς γένωνται, τὸ σημαῖνον αὐτῶν τ' ἐξουσίαν καὶ τὴν πάτριον γλῶτταν μετονομάζεσθαι. καὶ γὰρ οἱ τῆς ἀλεξανδρείας βασιλεῖς, ἄλλοις ὀνόμασι καλούμενοι πρότερον, ὅτε τὴν βασιλείαν ἔλαβον, πτολεμαῖοι προσηγορεύθησαν ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέως. καὶ οἱ ῥωμαίων ἢ αὐτοκράτορες ἐκ γενετῆς ἀπ' ἄλλων χρηματίσαντες ὀνομάτων, καίσαρες καλοῦνται. τῆς ἡγεμονίας καὶ τῆς τιμῆς τ' προσηγορείαν αὐτοῖς θεμένης, ἀλλ' οὐχ ὡς ὑπὸ τῶν πατέρων ἐκλήθησαν τούτοις ἐπιθυμοῦντες. νομίζω ἢ καὶ ἡρόδοτον τὸν ἁλικαρνασέα ὀρθῶς τοῦτο μετὰ μικρὸν τὸν οἰκοδομήσαντα μέμφιν τεσσαράκοντα καὶ τετρακοσίους βασιλέας αἰγυπτίων ἡγεῖσθαι λέγοντα, μὴ δηλῶσαι αὐτῶν τὰ ὀνόματα, ὅτι φαραὼθ ἐκαλοῦντο. καὶ γὰρ μετὰ τὴν τούτων τελευτὴν γυναικὸς βασιλευούσης λέγει τοὔνομα νικαύλεω καλῶν. δῆλον, ὡς τῶν μὲν ἀρρένων βασιλέων τὴν αὐτὴν προσηγορείαν ἔχειν δυναμένων, τῆς ἢ γυναικὸς οὐκ ἔτι κοινωνεῖν ἐκείνης, καὶ διὰ τοῦτο εἰπεῖν αὐτῆς τὸ φύσει δέσποιναν ὄνομα. ἐγὼ ἢ καὶ ἐν τοῖς ὑπομνηματικοῖς ἡμῶν βιβλίοις δύο ἔφην, ὅτι μετὰ φαραὼθ τὸν σολομῶνος πενθερὸν, οὐκ ἔτι οὐδεὶς τοῦτο τὸ ὄνομα βασιλεὺς αἰγυπτίων ἐκλήθη. καὶ ὅτι ὕστερον ἦκε πρὸς σολομῶνα ἡ προειρημένη γυνὴ βασιλεύουσα τῆς αἰγύπτου καὶ τῆς αἰθιοπίας. πρὸ μὲν οὖν ταύτης, μετ' ὀλίγον δηλώσομεν. νυνὶ ἢ τούτων ἐπεμνήσθην, ἵνα μάθησθε τὰ ἡμέτερα βιβλία, καὶ τὰ παρ' αἰγυπτίοις πρὸ πολλῶν ὁμολογούμενα. ὁ ἢ βασιλεὺς σολομὼν, τοὺς ὑπὸ τῶν χαναναίων οὐχ ὑπακούοντας (οἱ ἐν λιβάνῳ διέτριβον ὄρει καὶ μέχρι πόλεως ἀμμάθης) ὑποχειρίους ποιησάμενος, φόρον αὐτοῖς προσέταξε, καὶ πρὸς τὸ θητεύειν αὐτῷ καὶ τὰς οἰκετικὰς χρείας ἀντελεῖν, καὶ πρὸς γεωργίαν κατ' ἔτος ὑπ' αὐτῷ ἐξελέγετο. τῶν γὰρ ἑβραίων οὐδεὶς ἐδούλευεν, οὐδ' ἦν δοῦλον ἔθνη πολλὰ τῷ θεῷ δεδωκότος αὐτοῖς ὑποχείρια, δέον ἐκ τούτων ποιεῖσθαι τὸ θητικὸν, ἐκείνους καταγαγεῖν εἰς τοῦτο τὸ χρῆμα. ἀλλὰ πάντες ἦσαν ὁπλῖται καὶ ἱππεῖς στρατηγούμενοι, μᾶλλον ἢ δουλεύοντες δήπου. τῶν ἢ χαναναίων, οὓς εἰς τὴν ἱκετείαν ἀπήγαγον, ἀρχοντας ἀπέδειξε πεντακοσίους καὶ πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν, οἳ τὸ ὅλον αὐτῷ ὑπερεφάνων εἰληφεισαν παρὰ βασιλέως, ὡς τε διδάσκειν αὐτοὺς τὰ ἔργα καὶ ταῖς πραγματείαις ἐφ' ἃς ἂν αὐτῷ ἔχρηζεν. ἐναυπηγήσατο ἢ ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ ἐρυθρᾷ καλουμένῃ κόλπῳ σκάφη πολλὰ, τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν τινι τόπῳ λεγομένῳ ἀσιωγγάβερ. αὕτη γὰρ βερενίκη καλεῖται, ἐσχάτη πόλεως, ἣ χώρα τὸ πρὸς ἰουδαίων ἐρυθρᾶς. ἔτυχε ἢ καὶ τῆς ἁρμοζούσης εἰς τὰς ναῦς ὕλης. ἔδαφος εἰρώμου τῶν πλοίων βασιλέως. ἄνδρας γὰρ αὐτῷ κυβερνήτας καὶ τῆς θαλάσσης ἔμπειρους ἐπέμψαν ἱκανοὺς ὡς σκάλδους, πλεύσαντας μετὰ τῶν ἰδίων οἰκετῶν εἰς τὴν πάλαι μὲν σωφείραν, νῦν δὲ χρυσῆν γῆν καλουμένην, τῆς ἰνδικῆς ἐστὶν αὕτη, χρυσὸν ἄπλετον κομίσαι. καὶ σωθέντες ὡς τετρακόσια τάλαντα, πάλιν ἀνεχώρησαν πρὸς τὸν βασιλέα. τὴν ἢ τῆς αἰγύπτου καὶ αἰθιοπίας τότε βασιλεύουσαν γυναῖκα,

A à quodam rege nomine desumptò: operæpretium existimo eorum ignorantiæ mederi, & manifestam huius appellationis causam reddere. Pharao regem Ægyptis sonat. Opinor autem ipsos à pueritia nominibus aliis discretos, quamprimùm reges creati fuerint, potestatis eius nomen patriæ linguæ vernaculum assumere. Nam & Alexandrini reges aliis priùs nominibus vocati, post assumptum regnum vocati sunt Prolemæi à primo eius vrbis rege: B & Romanorum imperatores alioquin gentilia nomina habentes, Cæsares appellantur, principatus & honoris vocabulo, posthabito illo priore quod à parentibus hæreditarium in eos demanauit. Et hinc est, ni fallor, quòd Herodotus Halicarnasseus cùm ccccxx. reges post Minæum Memphis conditorem deinceps successisse dixerit, nomina eorum non recensuit, quia Pharaones vocati sint omnes. Cùm enim post hos mulier imperium arripuisset, nomen eius ponit Nicaulen: nimirum ea de causa, C quòd soli mares huius appellationis essent capaces, & non etiam fœmina, oportuit peculiare ipsius nomen dicere. Ego verò in nostræ gentis commentariis reperi, quòd post Solomonis socerum Pharaonem, nemo Ægyptiorum regum ampliùs hoc nomine sit vocatus: & quòd post illum venerit ad Solomonem iam dicta mulier, quæ tum Ægypti simul ac Æthiopiæ regnum obtinebat. Sed de hac paulo pòst dicemus: nunc verò ideo hæc memoraui, vt ostenderem nostros libros & Ægyptiorum in multis consentire. Solomon autem D rex reliquias Chananæorum quæ Libanum montem vsque ad vrbem Amathen colebant, & imperium eius detrectabant, sub ditionem suam redactas tributa pendere coegit, & per singulos annos certum numerum seruorum & colonorum qui per agros distribuerentur exegit. Hebræorum enim nemo ad seruiles operas adigebatur: nec erat æquum, vt cùm tam multas gentes Deus sub eorum imperium subdidisset, ex his potius quàm deuictis eiusmodi conditionis homines censerentur: sed omnes arma & currus atque equos & rem militarem E tractare malebant. Chananæis verò quos ad seruitutem abduxit, sexcentos præfectos præposuit, qui procuratores essent regij, & sua cuique opera atq; negotia præscriberent. Quin & classem rex in Ægyptio sinu ædificauit, in quodam loco ad mare rubrum, qui nominatur Asiongaber. Hæc nunc Berenice vocatur, nõ procul ab Elana vrbe, quæ regio tum in Hebræorum ditione censebatur. Et in hac quoq; classe munificentia Iromi regis amici fuit vsui. Viros enim gubernatores & nauticæ rei peritos ei misit quotquot voluit, qui nauigantes cum regiis procuratoribus in regionem Indiæ, olim Sophiram, nunc Auream terram nominatam, aurum illi adferrent. hi collectis circiter quadringentis talentis retro ad regem sunt reuersi. Interim ad Ægypti Æthiopiæque reginam, F 3. Reg. 10.

mulierem ſapientiæ ſtudioſam, & cæterą quo- A
que egregiam, Solomonis virtute ac ſapien-
tiæ fama delata, cupiditas eam inceſſit coràm
hominem viſendi: ſic enim fore vt experimen-
to, non rumoribus crederet, qui ſæpenumero
falſi, eum quòd toti à fide renunciantium pen-
deant, paulo pòſt euaneſcunt: decreuítque ſuſ-
cepta longinqua peregrinatione illius ſapien-
tia perfrui, & de rebus arduis cum eo diſſerere.
Venit igitur Hieroſolyma ſplendido & opulẽ-
to apparatu. Adducebat enim ſecum camelos B
onuſtos auro & variis aromatibus lapillíſque
precioſis. Rex verò honorificentiſſimè excep-
tam, & in cæteris comiter ac liberaliter ha-
buit, & propoſitiones illius pro ſua prudentia
facilè explicans, opinione citius diſſoluebat.
At illa ſtupebat ad regis ſapientiam, tanto ma-
iorem experta quàm audierat: magíſque etiam
admirabatur regiam tam elegantem ac magni-
ficam, & tam bellè diſpoſitum ędificiorum or-
dinem, quòd hîc quoque ingenium regis con- C
templaretur. Sed nihil magis mirata eſt quàm
aulam, cui cognomen Saltus Libani, & quoti-
dianos conuiuiorum ſumptus tam dapſiles, ap-
paratúmque miniſterij. nam & cultu erant de-
centiſſimo, & perquam ſcitè omnia miniſtraba-
bant. Nec minor fuit admiratio dum quoti-
diana ſacrificia videret, quantáque cura & re-
ligione ſacerdotes ac Leuitæ circa ea verſarentur. Hæc quotidie contemplando vehementer
admirabatur, id quod nec diſſimulare potuit, D
ſed apud regem ingenuè falſa eſt, quantoperè
huiuſmodi ſpectaculis afficeretur. Omnia, in-
quit, rex, quæ auditu percipiuntur, cunctantiùs
credere ſolemus: ſed de tuis bonis, quæ vel in-
tra te ſunt repoſita, ſapientia videlicet ac pru-
dentia, vel tam amplum regnum tibi ſuppe-
ditat, non vana fama ad nos perlata eſt: ſed
quum eſſet vera, non reſpondiſſe tamen eam
tuæ felicitati nunc præſens video. Quamuis e-
nim auribus perſuadere conabatur, non po- E
tuit tamen res ita pro dignitate repræſentare
ficut nunc oculis noſtris ſubiiciuntur. de me
quidem fatendum eſt, quòd cùm de fide eius
hæſitaſſem, ne fortè aliquid affingeret, nunc
longè maiora eis conſpexi. Macti tanta felici-
tate Hebræi, macti amici ac familiares tui,
quibus perpetuo ſapientia tua frui datum eſt.
Laudandus Deus qui regionem hanc & habi-
tatores eius adeò dilexit, vt te regem eis præ-
ficeret. Nec contenta verbis indicaſſe quanti F
regem faceret, etiam muneribus ſuam erga il-
lum obſeruantiam teſtari voluit. Viginti enim
auri talenta ei donauit, & aromatum vim ma-
gnæ æſtimationis, lapillorúmque precioſiſſi-
morum. Aiunt etiam quòd baſſami plantam,
cuius hodiéque ferax eſt noſtra regio, illius
reginæ munificentiæ ferri acceptam oporteat.
Nec minora fuêre quæ ipſa à rege recepit, o-
ptione etiam illi permiſſa, nihil enim roganti
negatum eſt, ſed libentiùs quàm illa peteret G
largiens, inſignem præ ſe tulit liberalitatem.

σοφίᾳ διαπεποτημένον καὶ τἄλλα θαυμαστὸν, ἀκούσαν τὸν σολομῶνος ἀρετὸν καὶ φήμην, ἐπιθυμία δ' ὄψεως αὐτοῦ καὶ τῆς ὁσημέραι πρὸς τὴν ἀκοὴν λεγομένων πρὸς αὐτὸν ἤγαγε. πειθὼ γὰρ ὑπὸ τῆς πείρας, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῆς ἀκοῆς, ὡς εἰκὸς ὄντι καὶ ψευδῆ δόξη συγκαταπίπτειν καὶ μεταπεῖσαι πάλιν, ὅλη γὰρ ὅτι τοῖς ἀπαγγέλλουσι κεῖται, θέλουσα πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν διέγνω, μάλιστα καὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ βουλομένη λαβεῖν πεῖραν, αὐτῷ προσπίνασα, καὶ λύσαι τὸ ἄπορον τῆς διανοίας δυνηθεῖσα. ἦκεν οὖν εἰς ἱεροσόλυμα μετὰ πολλῆς δόξης καὶ πλούτου παραδοξοῦς. ἐπηγάγετο γὰρ καμήλους χρυσίου μεστὰς, καὶ ἀρωμάτων ποικίλων καὶ λίθου πολυτελοῦς. ὡς δ' αὐτῷ ἀφικομένῳ ἡδέως ὁ βασιλεὺς προσεδέξατο, τά τε ἄλλα πρὸς αὐτῷ φιλότιμος ὢν καὶ τὰ προβαλλόμενα σοφίσματα ῥᾳδίως τῇ συνέσει καταλαμβανόμενος, θαῦμον ἡ προσευδώκησε τὸν ἐπελύετο. ἤδη δ' ἐξεπλήσσετο μὲν καὶ τὴν σοφίαν τοῦ σολομῶνος ὅσην ὑπερβάλλουσαν αὐτῷ καὶ παρὰ δόκουμένην τῇ πείρᾳ κρείττω καταμαθοῦσα. μάλιστα δ' ἐθαύμαζε τὰ βασίλεια τοῦτε κάλλους καὶ τοῦ μεγέθους. οὐχ ἧττον ἢ τῆς διατάξεως τῶν οἰκοδομημάτων. καὶ γὰρ ἐν αὐτῇ πολλὴν τοῦ βασιλέως καθέδραν φέρουσιν. ὑπερεξέπληττε δ' αὐτὴν ὅτε οἶκος δρυμῶν ἐπικαλούμενος λιβάνου, καὶ ἡ τῶν καθημέραν δείπνων πολυτέλεια, καὶ τὰ τῆς παραδοσκοῦς αὐτοῦ καὶ διακονίας. ἥτε τῶν ὑπηρετούντων ἑσθὴς, καὶ τὸ μετ' ὄψης ἡμῖν αὐτῶν περὶ τὴν διακονίαν εὐπρεπές. οὐχ ἥκιστα ἢ καθ' ἡμέραν ὑπερβαλλόμενα τὰ θεῖα θυσίαι, καὶ τὸ τῶν ἱερέων καὶ λευιτῶν περὶ αὐτὰς ὑπηρεσίας. ταῦθ' ὁρῶσα καθ' ἡμέραν ὑπερεθαύμαζε, καὶ καταχεῖν ὑ δυνηθεῖσα τὴν ἔκπληξιν τῶν βλεπομένων, φανερὰν ἐποίησεν αὐτὸν θαυμασικῶς διακειμένην. πρὸς γὰρ τὸν βασιλέα προσῆλθε λόγοις εἰπεῖν ὑφ' ὧν ἠλέγχθη σφόδρα τὴν διάνοιαν ὑπὸ τῶν προφρημένων ἡττημένη. πάντα μὲν γὰρ εἶπεν ὡς βασιλεῦ τὰ δι' ἀκοῆς εἰς γνῶσιν ἐρχόμενα, μετ' ἀπιστείας παραγίνεται. τῷ ὄντι σὺν ἀγαθῶν ὢν αὐτὸς τε ἔχεις ἐν σαυτῷ, λέγω δὴ τὴν σοφίαν καὶ τὸν θεόν, καὶ ὧν ἡ βασιλεία σοι δίδωσιν, ὑ ψευδὴς ἄρα ἡ φήμη πρὸς ἡμᾶς διῆλθεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῆς, πολὺ καταδεεστέραν τοῦ δυσαμονίαν ἀπέφηνεν ἧς ὁρῶ νυῦ παροῦσα. τὰς μὲν γὰρ ἀκοὰς πείθειν ἐπεχείρει μόνον. τὸ δὲ ἀξίωμα τῆς προαγμάτων, ὑκ ἔστιν ἐποίει γνώριμον, ὡς ἡ ὄψις αὐτὸ καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς εἶδ σωίσησιν. ἔγωγ' οὖν, ὑδὲ τοῖς ἐπαγγελλομένοις διὰ πλῆθος καὶ μέγεθος ὧν ἐπιστευθανόμην πιστεύουσα, πολλῷ πλείω τούτων ἱστόρησα. καὶ μακαριόν τε τῆς εὐσεβεστάτων λαὸν εἶδ κρίνω, δούλους τε τοὺς σοὺς καὶ φίλους, οἳ καθ' ἡμέραν τ σῆς σοφίας ἀκροώμενοι διατελοῦσιν. εὐλογήσειεν αὖτις τὸν θεὸν ἀγαπήσαντα τήνδε τὴν χώραν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικοῦντας ἥτινος ὡς τε σε ποιῆσαι βασιλέα. παραστήσω δ' καὶ διὰ τῶν λόγων, ὡς αὐτὸν διέθηκεν ὁ βασιλεὺς, ἔτι καὶ ταῖς δωρεαῖς τὴν διάνοιαν αὐτῆς ἐποίησε φανεράν. εἰκοσι μὲν γὰρ αὐτῷ τάλαντα ἔδωκε χρυσίου. ἀρωμάτων τε πλῆθος ἀσυλλόγιστον, καὶ λίθον πολυτελῆ. λέγουσι δ' ὅτι καὶ τὴν τοῦ βαλσάμου ῥίζαν ἐν γῇ ἡμῖν ἡ χώρα φέρει, δούσης ταύτης τῆς γυναικὸς ἔχομεν. ἀντεδωρήσατο δ' αὐτὴν σολομὼν πολλοῖς ἀγαθοῖς. καὶ μάλιστ' ὧν κατ' ἐπιθυμίαν ἐξελέξατο, ὑδὲν γὰρ ὧν τι δεηθεῖσα λαβεῖν ὑ παρέσχεν, ἀλλ' ἑτοιμώτερος ὢν αὐτὸς καὶ τὴν οἰκείαν ἐκαιρίζετο προαίρεσιν, ἅπερ σπεῦσαι τυχεῖν ἄξιον προσιέμενος τὴν μεγαλοφροσύνην ἐπεδείκνυτο,

Ἐπὶ μὲ

καὶ ἡ μὲν τῆς Αἰγυπτίων καὶ τῆς αἰθιοπίας βασίλισσα, A
ὧν παρεσκήψατο τυχοῦσα, καὶ μεταδοῦσα πάλιν τῆς
βασιλείας τῆς παρ' αὐτῆς, εἰς τὴν οἰκείαν ὑπέστρεψεν. κατ'
ἐκεῖνον καιρὸν κομιδέντων ἀπὸ τῆς χρυσῆς καλου-
μένης γῆς λίθων πολυτελοῖς τοῦ βασιλέως, καὶ ξύλων
πρίνων, τοῖς ξύλοις εἰς ὑποστηρίγματα τοῦ ναοῦ
τῆς βασιλείων κατεχρήσατο, καὶ παρὸς τὴν μουσι-
κῶν ὀργάνων κατασκευὴν, κιννύρας τε καὶ ναύλας, ὅπως
ὑμνῶσιν οἱ λευῖται τὸν θεόν. πάντων ὧν τῆς πώποτε κομι- B
σθέντων αὐτῷ, κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐνεχθέντα, καὶ
μεγέθει καὶ κάλλει διέφερεν. ὑπολάβοι δ' ἂν τις ὅτι
τοῦ τῆς πρίνης ξύλα τοῖς νεῷ εἰσὶ λεγομένοις, καὶ ταύ-
την ὑπὸ τῶν πανταχόθεν τὴν περιοικούντων τὴν περιηγησίαν ὅτι καὶ
συμπλήξει τῆς ἀνθρώπων λαμβάνουσι ἔφοδος πλάνης.
ἐκεῖνα γὰρ τὴν μὲν εἰδέαν ἐμφερῆ τοῖς συνήθεσι γίνεται.
λευκότερα δ' ὄντα καὶ σίλβοντα πολύ. τοῦτο μὲν παρὸς τὸ
μηδένα τὴν διαφορὰν ἀγνοῆσαι. μηδὲ τὴν φύσιν τῶν ἀλη-
θοῦς πρίνης, ἐπεὶ διὰ τὸ τῆς βασιλέως χρείαν ἐμπεσεῖν C
μὴν αὐτῆς, δι' ἣν ἔσπευδον καὶ φιλανθρώπων δηλῶσαι νο-
μίσαντες εἰρήκαμεν. ὁ γὰρ τοῦ χρυσοῦ σταθμὸς τῶν κομι-
σθέντος αὐτῷ, τάλαντα ἑξακόσια καὶ ἑξήκοντα καὶ ἓξ, μὴ
συγκαταριθμουμένων τῶν ὑπὸ τῶν ἐμπόρων καὶ
τῶν ναυκλήρων, μηδ' ὧν οἱ τῆς ἀραβίας τοπάρχαι καὶ βασιλεῖς ἔ-
πεμπον αὐτῷ δωρεῶν. ἐχώνευσε δὲ τὸν χρυσὸν εἰς διακο-
σίων κατασκευὴν θυρεῶν ἀνὰ σίκλους ἑξακοσίους ἕκαστον.
ἐποίησε δὲ καὶ ἀσπίδας ἑκατοσίας, ἀνὰ μνᾶς ἑξακό- D
σιας χρυσᾶς ἑκάστης. ἀνέθηκε δὲ ταῦτα φέρων εἰς τὸν οἶ-
κον τὸν δρυμώνα λιβάνου καλούμενον. ἐκ μέν, ἀλλὰ καὶ τὰ
σκεπάσματα διὰ χρυσοῦ καὶ λίθου τὰ πρὸς τὴν ἐστίασιν
ὡς ἕνι μάλιστα φιλοτέχνως κατεσκεύασε καὶ τὴν ἄλλην
τῆς σκευῆς ἁπάσης πολυτέλειαν χρυσῆν ἅπασαν ἐμηχανήσα-
το. ἀργὸν γὰρ ἐν οὐδὲν ὅτι τις ἀργύρου ὑπ' αὐτοῦ ἐποιήθη.
ἐπολλαὶ γὰρ ἦσαν ναυσὶ, ἃς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ ταρσι-
κῇ λεγομένῃ θαλάττῃ κατασήσας, ἀπέστειλεν εἰς τὰ ἐν-
δοτέρω τῆς ἐθνῶν παντοίαν ἐμπορίαν προστάξας. ὧν E
ἐξεμπολωμένων, ἄργυρος καὶ χρυσὸς ἐκομίζετο τῷ
βασιλεῖ. καὶ πολὺς ἐλέφας ἀθίοπές τε καὶ ἰνδικοὶ. τὸν γὰρ
πλοῦν ἀπῆσαί τε καὶ ἐπανερχόμενοι ἔτεσιν
ἐνιαυτοῦ. φήμη γὰρ λαμπρὰ πᾶσαν ἐν κύκλῳ τὴν χώραν
προῆρχετο διαβοῶσα τὴν σολομῶνος ἀρετὴν καὶ σο-
φίαν, ὡς τοὺς τε πανταχῆ βασιλέας ὀπιπτεύειν εἰς ὄ-
ψιν αὐτοῦ προθυμεῖσθαι, τοῖς λεγομένοις δ' ἐμβολὴν
ἀπισουμένους, καὶ δωρεᾶς μεγάλας προσεμφανίζειν F
τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτῶν. ἐπέμπον γὰρ αὐτῷ, σκεύη χρυ-
σᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἀλουργεῖς ἐσθῆτας, καὶ ἀρωμάτων
ὄψιν πολλὰ, καὶ ἵππους καὶ ἅρματα, καὶ τῆς ἀχθοφόρων
ἡμιόνων, ὅσους καὶ ῥώμη καὶ κάλλει τὸ τοῦ βασιλέως
ὄχλον δι' ἀθήσεων ἐπελέγετο, ὡς τε τοῖς ἔσιν αὐτῷ
προτερεῖν ἅρμασι καὶ ἵπποις ἐν τῇ πεμπομένων προ-
σθέντα παῖσαι τὴν ἁρμάτων ἀριθμὸν, τετρακοσίοις
προϊστορεῖν. ἦν γὰρ αὐτῷ προτερεῖν, χίλια, ὑπῆρχον G
γὰρ αὐτῷ διαμύριοι ἵπποι. ἦσαν δὲ ὅτοι, πρὸς δι-
μορφίαν καὶ τάχος, ὡς μήτ' ἐκφερεστέρους ἄλλους
εἶναι συμβαλεῖν αὐτοῖς, μήτε ὠκυτέρους, ἀλλὰ καλλίους τε πάντων ὁρᾶσθαι, καὶ ἀναβαμίλλητον αὐτῷ εἶναι
τὴν ὀξύτητα. ἐκεκόσμηνο δ' αὐτοὺς καὶ οἱ ἀναβαίνοντες, νεότητι μὲν πρώτων ἀνθούντων, ὑπερπε-
σάτη, τὸ δ' ὕψος ὄντες πρεπώδεις, καὶ πολὺ τῆς ἄλλων ὑπερέχοντες, μηρίσιν μὲν καθειμένοις χλαί-
νας, ἐσθῆσι δὲ χιτῶνας τῆς τυρίας πορφύρας. ὑφῆναι δὲ χρυσίου καθ' ἡμέραν αὐτῷ ἐπέσπενδον ταῖς
κόμαις, ὡς σίλβειν αὐτῷ τὰς κεφαλὰς τῆς αὐγῆς τοῦ χρυσίου πρὸς τὸν ἥλιον ἀπαναπλωμένης.

Atque ita Ægyptiorum regina, datis simul & acceptis ampliſſimis muneribus in patrium ſolum reuertitur. Per idem tempus allatis ex Aurea ſicut vocant terra gemmis & lignis pineis, ex hac materie rex fulcra templi ac regiæ fecit, eiuſque parte vſus eſt ad inſtrumenta muſica, cinnyras & nabla, quibus Leuitæ diuinos hymnos ſolent accinere. nunquam enim antehac tam elegans apportata fuerat. Sed nemo ſic cogitet, quæ nunc pinea ligna vocantur, quæve ad alliciendos emptores hac appellatione mangonizant negociatores, illis eſſe ſimilia. illa enim aſpectu ficulneam materiem referunt, niſi quòd candidiora ſunt & fulgentiora: id quod admonere officij noſtri duximus, ne quis per ignorantiam in his diſcernendis fallatur, quandoquidem res Solomonis in huius materiei mentionem nos induxerunt. Eadem claſſis attulit regi auri talenta DCLXVI. non annumerato quod priuatim negociatores mercati ſunt, nec eo quod toparchæ & reges Arabiæ dono illi miſerunt. Ex eo fecit ducenta ſcuta fuſilia ſingula ſexcentos ſiclos pendentia, & trecentos clypeos, quorum ſinguli trecentas minas penderent, atque hæc omnia in aula Saltus Libani vocata repoſuit. Sed & pocula ex auro ſolido parauit, & è lapide precioſo, & in vſum conuiuij ſingulari arte fabrefacta, reliquámque omnem ſuppellectilem regiam ex auro fieri curauit. Nullum enim tum argento in commerciis erat precium. Multa enim nauigia rex in mari quod vocatur Tarſicum habuit, quæ ad remotas gentes merces varias deferre iuſſit, pro quibus exportatis aurum & argentum regi ferebant, multumque eboris, & mancipia Æthiophica & ſimias. Eà nauigatio in itu ac reditu triennium integrum abſumebat. Fama etiam celeberrima per omnes circumquaque regiones de Solomonis virtutibus ac ſapientia diuagabatur: qua exciti plerique reges, quò certiores de iam dictis fierent, viſendi eius cupidine flagrabant, & exquiſita munificentia ſtudioſos eius ſe declarabant. Mittebantur vaſa tam aurea quàm argentea, & veſtes purpureæ, & omne genus aromata: equi præterea curruſque & muli ſubuehendis ſarcinis, qui vel robore vel pulchritudine regi placituri videbantur: vt ad eum equorum ac curruum numerum, quem iam antè habuerat, ex donaticiis quadringenti currus accederent. Habuit enim priùs currus mille, equorum viginti millia. hi cum pulcherrimi fuère, tum ad curſum exercitatiſſimi, vt collati ad cæteros omnes poſt ſe relinquerent. His decus addebant equites, flos inuentutis, procera ſtatura, promiſſoque capillitio conſpicui, & tunicas è ſarrana purpura induti. ad hæc ramentis auri capillum quotidie ſpargebant, vt ad ſolarium radiorum contactum fulgor à capitibus eorum reflecteretur.

VII.

Hi armati & pharetris succincti regium currum stipabant, quo sublimis inuectus, & amictus veste candida, mane solebat vrbem egredi. Aberat ab Hierosolymis duorum schœnorum spacio prædium nomine Hettan, hortis & inductis fontibus amœnum simul ac opulentum. in eum locum vectari delectabatur. Diuina autem quadam diligentia ac prouidentia rebus in omnibus vtebatur, & cùm esset elegantiarum amator, ne viarum quidem curam prætermisit, sed & harum quotquot Hierosolyma regiæ sedem ducebant, silice constrauit, tum vt vltro citróque commeantibus essent faciles, tum ad ostentandam hac quoque parte principatus sui magnificentiam. Distributisque oppidatim curribus, & in singula certo numero ad alendum præfinito, circa se quidem paucos reseruauit: loca verò vbi alebantur, curruum oppida appellauit. Argenti etiam tantam copiam Hierosolymis esse fecit, quanta fuit saxorum: & cedros arbores antehac nunquam in Iudæa visas, in campis eius adeò multiplicauit, vt Moros numero æquarent. Mandauit etiam negociatoribus Ægyptiacis vt equos venales ad se adducerent, in singulas bigas sexcentarum argenti drachmarum precio constituto: quos deinde ad Syriæ reges & transeuphratenses mittere solebat. Cumque esset omnium regum gloriosissimus & piissimus, & opibus ac prudentia omnes superasset, qui ante illum rem Hebræorum administrauerant, deterior factus est ante obitum: & à patriis moribus descisciendo, indignum antè gestis rebus vitæ exitum habuit. Nam insaniens in mulieres, & in rebus venereis immodicus, non contentus suæ regionis mulieribus, multas externæ originis duxit, Sidonias, Tyrias, Ammanitidas, Idumæas: atque ita contemptis semel Moysi institutis, quæ non nisi gentis eiusdem coniuges permittebant, illarum deos colere cœpit, amori earum hoc tribuens. Atqui hanc ipsam rem legislator præcauere voluerat, ne per hanc occasionem peregrinis implicarentur ritibus, néve relicto patrij numinis cultu, ad illarum religiones se transferrent. Sed hæc Solomon contempsit, voluptate irrationabili victus: ductísque vxoribus è principibus virísque illustribus prognatis septingentis numero, & concubinis trecentis, & in his Ægyptiorum regis filia adeò consuetudine earum est captus, vt ritus earum imitaretur, quo magis illis hoc argumento fidem amoris ac beneuolentiæ faceret. ætate deinde prouectior, & mente iam paulatim senescente, magis etiam patriæ religionis oblitus cultum Dei sui neglexit, & mulierum exterarum ritibus assueuit: quamuis iam antè quoque à præscripto legum discesserat, quando æreas boum effigies basi maris illius addiderat, sicut solio suo leonum pòst apposuit. Nam neque illa fas erat facere. Cumque domesticum haberet exemplum pulcherrimum parentis virtutem, & gloriam quam propter pietatem ad posteros reliquerat,

3. *Reg.* 11.

A Τούτων δὲ αὐτὸν ὄντων ὁ βασιλεὺς καθοπλισμένων τὴν τάξιν ἐξηρτημένων, ἐφ' ἅρματος αὐτὸς ὀχήμενος, Ϲ λαμπρὸν ἠμφιεσμένος ἐσθῆτα, πρὸς ἕω ἔθος εἶχεν ἐξορμᾶν. ἦν δέ χωρίον τι ἀπὸ δύο σχοίνων ἱεροσολύμων ὃ καλεῖται μὲν Ἠττὰν, εὐδαιμόνους δὲ καὶ ναμάτων ὑπερρύσεις ὑπερπεσὲς ὁμοῦ καὶ πλέθριον. εἰς τοῦτο τὰς ἐξόδους ἱερούμενος ἐποιεῖτο. θεία δὲ πάντα πρόμηθος ὑπνοίᾳ τε Ϲ σπουδῇ, Ϲ λίαν ὢν φιλόκαλος, ἐδὲ τῆς ὁδῶν ἠμέλησεν, ἀλλὰ καὶ τούτων τὰς ἀγούσας εἰς ἱεροσόλυμα βασίλειαν ἅπασαν, λίθῳ κατέστρωσε μέλανι, πρός τε τὸ ῥᾴδιον εἶναι τοῖς βαδίζουσιν, καὶ πρὸς τὸ δηλοῦν τὸ ἀξίωμα τοῦ πλούτου καὶ τῆς ἡγεμονίας. διαμείσας δὲ τὰ ἅρματα καὶ διατάξας, ὡς τε ἐν ἑκάστῃ πόλει τούτων ἀριθμὸν ὡρισμένον ὑπάρχειν, αὐτὸς μὲν ἐδὲ αὐτὸν ἐτήρησεν ὀλίγα. τὰς δὲ πόλεις ταύτας, ἁρμάτων πρόσκηρόυσε. τὸ δ' ἀργυρίου πλῆθος ἐποίησε τοσοῦτον ἐν ἱεροσολύμοις ὁ βασιλεὺς, ὅσον λίθων καὶ τῆς λίθων, καὶ τῆς κεδρίνων ξύλων ἀφθόνου ὄντων ὥσπερ καὶ τῆς σικαμίνων πλήθει τὰ τῆς ἰουδαίας πεδία. προσέταξε δὲ καὶ τοῖς ἐμπόροις ἀργύριον κομίζουσιν αὐτῷ, παρέχειν, τὸ μὲν ἅρμα σὺν ἵπποις δυσὶν ἑξακοσίων δραχμῶν ἀργυρίου. αὐτός τε τοῖς τῆς συρίας βασιλεῦσιν καὶ τοῖς πέραν εὐφράτου διέπεμπεν αὐτούς. ἡγούμενος δὲ πάντων βασιλέων ἐνδοξότατος καὶ θεοφιλέστατος, καὶ φρονήσει καὶ πλούτῳ διενεγκὼν τῆς πρὸ αὐτοῦ τιμῆς ἐβραίων ἀρχῆς ἁπάντων, οὐκ ἐπέμεινε τούτοις ἄχρι τελευτῆς. ἀλλὰ καταλιπὼν τὴν τῆς πατρίων ἐθισμῶν φυλακὴν, ἐκ εἰς ὅμοιον οἷς προεῤῥήκαμεν αὐτοῦ τέλος κατέστρεψεν. εἰς δὲ γυναῖκας ἐμμανεὶς καὶ τῆ τῶν ἀφροδισίων ἀκρασίᾳ, ὑπὲρ τὰς ὑπαρχούσας μόνον ἠρέσκετο, πολλὰς δὲ καὶ ἐκ τῆς ἀλλοτρίων ἐθνῶν γάμους, σιδωνίας Ϲ τυρίας, καὶ ἀμμανίτιδας, καὶ ἰδουμαίας, παρέβη μὲν τοὺς μωυσέως νόμους, ὃς ἀπεῤῥήσε συνοικεῖν ταῖς ἐκ ὁμοφύλοις, ζηλοῖ δ' ἐκείνων ἥρξατο θρησκεύειν θεούς, ταῖς γυναιξὶ καὶ τοῖς περὶ αὐτὰς ἔρωτι χαριζόμενος. τοῦτ' αὐτὸ ὑπεισδυομένου τοῦ νομοθέτου προεῤῥήσε μὴ γαμεῖν ταῖς ἀλλοτριοχώροις, ἵνα μὴ τοῖς ξένοις ἐκπλανέντες ἐθεσι τοῖς πατρίοις ἀκολουθῶσι, μηδὲ τοὺς ἐκείνων σέβωνται θεούς, παρέντες τιμᾶν τὸν ἴδιον. ἀλλὰ τούτων μὲν κατημέλησεν ὑπενεχθεὶς εἰς ἡδονὴν ἀλόγιστον ὁ σολομών. ἀγαγόμενος δὲ γυναῖκας ἀρχόντων καὶ διασήμων θυγατέρας ἑπτακοσίας τὸν ἀριθμὸν, καὶ παλλακὰς τριακοσίας, πρὸς δὲ ταύτῃς καὶ τοῖς τοῦ βασιλέως τῆς αἰγυπτίων θυγατέρα, δῶρα μὲν ἐκομίσατο πρὸς αὐτῆς ὡς τε μιμεῖσθαι τὰ παρ' ἐκείνοις, Ϲ τῆς δυσοίας καὶ φιλοσοφίας ἐπιλαγκάζετο παρέχειν αὐταῖς δεῖγμα τοῦ βιοῦν ὡς αὐταῖς πάτριον ἦν. προβαινούσης δὲ τῆς ἡλικίας καὶ τοῦ λογισμοῦ διὰ τὸν χρόνον ἀσθενοῦντος αὐτέχειν πρὸς τοῖς μιμήμασι τῆς ἐπιχωρίων ἐπιτηδευμάτων, ἔτι μᾶλλον τοῦ ἰδίου θεοῦ κατολιγώρησε. τοῖς δὲ τῆς γάμων τῆς ἐπεισάκτων τιμῆς διετέλει. Ϲ πρὸ τούτων δὲ ἁμαρτεῖν αὐτὸν ἔτυχε καὶ σφαλῆναι πρὸς τοῖς φυλακὴν τῆς νομίμων. ὅτε τῆς χαλκῶν βοῶν ὁμοιώματα κατεσκεύασε τὰ ὑπὸ τῇ θαλάττῃ εἰσάθημα, καὶ τῆς λεόντων τῆς πρὸς τὸ θρόνον τὸν ἴδιον. ἐδὲ γὰρ αὐτὰ ποιεῖν ἔσιον. κάλλιστον δ' ἔχων καὶ οἰκεῖον παράδειγμα τῆς ἀρετῆς τὸν πατέρα, καὶ τοῖς ἐκείνου δόξαν, ἵν' αὐτῷ συνέβη καταλειπεῖν δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν θεὸν εὐσέβειαν.

B

C

D

E

F

G

ὑ μι-

οὐ μιμησάμενος αὐτὸν, ἢ ταῦτα πρὸς αὐτὸν τῷ θεῷ κ) A
τοῖς ὕστερον φανέντος Ϲ τὸν πατέρα μιμεῖσθαι παραινέσαντος, ἀκλεῶς ἀπέθανεν. ἦκεν οὖν ὁ προφήτης ὑπὸ τοῦ θεοῦ πεμφθεὶς, ὅτε λανθάνειν αὐτὸν ὅλη τοῖς πατρομήμασι λέγων, ὅτ' ὅλη πολὺ χαρήσειν τοῖς προτερήμασι ἀπειλῶν, ἀλλὰ ζῶντος μὲν οὐκ ἀφαιρεθήσεσθαι τὴν βασιλείαν, ἐπεὶ τῷ πατρὶ Δαβὶδ ἢ τὸ θεῖον αὐτὸν ὑπέσχετο διάδοχον ποιήσειν ἐκείνου. τελευτήσαντος δ' τὸν υἱὸν αὐτοῦ ταῦτα διαθήσειν, οὐκ ἀπαν- B
τα μὲν τὸν λαὸν ἀποστήσας αὐτοῦ, δέκα δὲ φυλαὶς μόνας ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ τῷ δούλῳ, δύο δ' καταλειπὼν τῷ ὑιωνῷ τῷ Δαβίδου, δι' αὐτὸν ἐκεῖνον ὅτι τὸν θεὸν ἠγάπησεν, ἢ διὰ τὴν πόλιν ἱεροσόλυμα, ἐν ᾗ ναὸν ἔκτισεν ἐβεβλήθη. ταῦτα ἀκούσας σολομὼν, ἤλγησε, καὶ σφοδρῶς συνεχύθη, πάντων αὐτῷ κεδνὸν ἀγαθῶν ἐφ' οἷς ζηλωτὸς ἦν, εἰς μεταβολὴν ἐρχομένων πονηράν. οὐ πολὺς δ' ἐπῆλθε χρόνος ἀφ' οὗ κατήγγειλεν ὁ προ- C
φήτης αὐτῷ τὰ συμβησόμενα, καὶ πόλεμον ἐπ' αὐτὸν διὰ τοῦτο ἤγειρεν ὁ θεὸς, ἄδεσμον μὲν ὄνομα. τὴν δ' αἰτίαν τῆς ἔχθρας, λαβόντα τοιαύτην. παῖς ἦν ἐκ Ἰδουμαίου, γένους ὢν βασιλικῶν ἀπερμάτων. καταφυγόντος δ' τὴν Ἰδουμαίαν ἰωάβου τοῦ Δαβίδου στρατηγοῦ, καὶ πάντας τοὺς ἐν ἀκμῇ καὶ φέροντας ὅπλα διαμυθίους ἀφανίσαντος μετὰ ἓξ μῆνας, φυγὼν ἦκε πρὸς τὸν Φαραώνα τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα. ὁ δ' φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξάμενος, οἶκον τε αὐτῷ δίδωσι καὶ χώ- D
ραν εἰς διατροφήν. καὶ γνόμενον ἐν ἡλικίᾳ, λίαν ἠγάπα. ὡς καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς αὐτῷ δοῦναι πρὸς γάμον τὴν ἀδελφὴν, ὄνομα Θαφίνην. ἐξ ἧς υἱὸς αὐτῷ γνόμενος, τοῖς τῶν βασιλέως παισὶ συναυξάνεται. ἀκούσας οὖν τὸν Δαβίδου θάνατον ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸν Ἰωάβου, προσελθὼν ἐδεῖτο τοῦ Φαραώνος ὑπερθέσθαι αὐτῷ βαδίζειν εἰς τὴν πατρίδα. τοῦ δ' βα- E
σιλέως ἀνακείναντος, τίνος ἕνδειάν ὧν ἢ τι παθὼν ἐπιποθεῖ καταλιπεῖν αὐτὸν, ἐνοχλῶν πολλάκις καὶ ἀδημονῶν, τότε μὲν οὐκ ἀφείθη. κατ' ἐκεῖνον δ' τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἤδη σολομῶνι τὰ πράγματα κακῶς ἔχειν ἤρχετο διὰ τὰς προειρημένας ἀθυμίας, καὶ τὴν ὀργὴν τὴν ἐπ' αὐταῖς τοῦ θεοῦ, συγχωρήσαντος τοῦ θεοῦ φαραώνι, ὁ ἄδεσμος ἦκεν εἰς τὴν Ἰδουμαίαν. καὶ μὴ δυνηθεὶς αὐτὴν ὑποχεῖσθαι τοῦ σολο- F
μῶνος, κατεῖχετο γὰρ φρουραῖς πολλαῖς καὶ οὐκ ὀλίγαις δι' αὐτὰς οἱ ἐπ' ἀδείας ὁ νεωτερισμὸς, ἄρας ἐκεῖθεν, εἰς τὴν Συρίαν ἀφίκετο. συμβαλὼν δ' ἐκεῖ τινὶ Ῥαζάρῳ μὲν ὀνόματι, τὸν δ' τῆς σωφυλίης ὑποδεδραμότι βασιλέα ἀδεάζοντα δεσπότην ὄντα, καὶ λῃσάμενον τὴν χώραν εἰς φιλίαν αὐτῷ συνάψας, ἔ- χοντι πρὸς αὐτὸν σίφος λῃστικὸν, ἀναβαίνει. καὶ κατασχὼν τὴν ἐκεῖ Συρίαν, βασιλεὺς αὐτῆς ὑποδείκνυται. καὶ καταστρέχων τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν γῆν, ἐποίει κακῶς, Ϲ διήρπαζε σολομῶνος ἔτι ζῶντος. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ ἄδεσμος συνέβαινε πάσχειν τοῖς ἐβραίοις. ὑπετίθεται δὲ σολομῶνι, καὶ τῶν ὁμοφύλων τὸν ἱεροβόαμος ὑὸν ναβάτου, κατὰ προφητείαν πάλαι γνωσθεῖσαν αὐτῷ τοῖς προτέροις ἐπελπίσας. παῖδα γὰρ ὑὸν τοῦ πατρὸς καταλειφθέν-

discedens ab eius imitatione, idque bis in somnis monitus sequi paterna vestigia, mortem inglorius oppetiit. Venit itaque ad illum propheta missus à Deo, dicens neque clàm esse eius impietatem, neque diutius impunitam fore: viuo tamen regnum non auferendum, quando patri eius diuinitus sit promissum non alium successorem futurum: sed post hunc defunctum, filium pœnas daturum: ita tamen vt non vniuersum regnum deficeret, sed decem solæ tribus seruo ipsius cederent, reliquæ duæ penes nepotem Dauidis remanerent, idque ipsius aui respectu, & vrbis Hierosolymorum, in qua Deus templum sibi elegisset. His auditis Solomon vehementer perturbatus indoluit, omni felicitate, qua hactenus suspiciebatur, in contrarium vergente. Nec multum temporis post hanc prophetæ denunciationem est elapsum, dum hostis ei Deo sic volente exortus est, cui nomen Aderus, regi infensus ob causam hanc. Idumæus fuit genere, & è regio stemmate. Cúmque Ioabus copiarum Dauidis Imperator Idumæam subigeret, omnibus eius gentis qui per ætatem arma ferre possent internecione intra semestre deletis, hic etiamnum adolescentulus ad Pharaonem Ægyptiorum regem euasit, ab eo comiter exceptus, & domum & agros ex quorum reditibus viueret, munificentiam illius est consecutus: & postquam adoleuit tam carus ei factus est, vt rex coniugis suæ sororem, nomine Taphinem, nuptum ei traderet: ex qua filius natus, cum regis liberis est educatus. Porrò accepto in Ægypto de Dauidis & Ioabi morte nuncio, regẽ adiuit rogans vt sibi in patriã reuerti permitteret. Rege autem percontante quid illi deesset, quáve sua iniuria prouocatus relinquere amicum benemeritum cuperet, & si non semel id petitum, impetrare tamen tunc nequaquam valuit. Sed cùm iam res Solomonis labare inciperent, Deo impietatem eius non amplius ferente, cuius nutu Pharao difficilem se hactenus præbuerat, Aderus impetrato à suo rege commeatu Idumæam reuertitur. & cùm non posset gentem suam ad defectionem à Solomone perpellere, eo quòd validis præsidiis impositis in officio contineretur, nec liceret impune res nouas ibi moliri, profectus inde in Syriam se contulit. Vbi cùm incidisset in quendam Razarum, qui desciuerat à Sophenæ rege Adrazaro, & eas terras cum latronum manu incursionibus populabatur, societatem cum homine iniit: cuius ope occupata ea parte Syriæ, rex declaratus, Israelitarum ditionem crebrò irrumpendo, viuo adhuc Solomone rapinis omnia miscebat & cædibus. Et quasi parum esset Hebræis vnus hostis externus, domi extitit qui Solomonem infestaret Hieroboamus Nabatæi filius, veteri quodam oracolo ad res nouandas excitatus. Cùm enim patre orbatus adolescens adhuc à matre educaretur, Solomon animaduersa generosa eius indole, præfecit eum fabricæ murorum, quando Hierosolyma mœnibus cingebat.

τα, καὶ ὑπὸ τῇ μητρὶ παιδευόμενον, ὡς εἶδε γενναῖον καὶ τολμηρὸν σολομὼν ὄντα τὸ φρόνημα, τῆς τῶν τειχῶν οἰκοδομίας ὑπεμελητὴν κατέστησεν, ὅτε τοῖς ἱεροσολύμοις τὸν κύκλον περιέβαλεν,

Eius operis curam tanta solertia gessit, vt rex comprobata hominis industria, præmio dignum ducens, eum Ioſephi tribui præficeret. Ad quam dum Hieroſolymis egreſſus iter faceret, obuiam ei fit prophetа nomine Achia, Silunte oppido oriundus. Is ſalutatum eum de via paulùm ſeduxit in rus quoddam diuertens, in quo tum nemo alius aderat: ſciſſoq; in duodecim fruſta pallio, quo ipſe amiciebatur, iuſſit Hieroboamum decem inde ſumere, præfatus Deum hoc iubere. Ille, inquit, ſciſſo imperio Solomonis, eius filio, propter promiſſionem Dauidi factam, tribum vnam cum altera ei contigua daturus eſt: tibi verò decem propter Solomonis peccatum, qui mulieribus & diis earum totum ſe deuouit. Quare ſciens cauſam propter quam Deus ab illo eſt alienatus, iuſtitiam colito, & legum perpetuus cuſtos ac cõſeruator eſto, cùm pietatis ac religionis præmium maximum tibi ſit propoſitum, nimirum vt tantus euadas, quantum ſcis Dauidem priùs fuiſſe. His prophetæ verbis erectus ad ſpes magnas Hieroboamus, cùm eſſet alioqui ambitioſo & inquieto ingenio, quamprimum in ſuam prouinciam peruenit, non immemor præſagij prophetici ſolicitare populum cœpit, vt a Solomone deficeret, ipſiq́ue principatum deferret. Cuius conatibus & inſidiis cognitis Solomon volebat eum comprehenſum occidere. At ille ad Suſacum Ægypti regem profugus & præſens periculum euaſit, & manendo illic vſque Solomonis obitum regno ſe Iſraëlitico incolumen ſeruauit.

A B C D

Cap. III.

Solomone defuncto populus à Roboamo eius filio deficiens, Hieroboamum decem tribuum regem fecit.

Solomon autem iam admodum ſenex moritur, exactis regni annis octoginta, vitæ verò nonaginta quatuor: ſepelitúrque Hieroſolymis, omnium regum feliciſſimus & opulentiſſimus atque prudentiſſimus, excepto peccato ad quod iam ſeneſcens à mulieribus eſt pertractus, de quo & conſecutis mox Hebræorum calamitatibus ſatis dictum eſt. Cæterùm defuncto Solomone, & ſuccedente in principatum eius filio Roboamo quem è Noma Ammanitici generis muliere ſuſceperat, mox quidam è proceribus in Ægyptum miſerunt, qui Hieroboamum reuocarent, qui cùm ad eos in vrbem Sicima veniſſet, etiam Roboamus eodem peruenit. Placuit enim conuentu Iſraelitarum illic habito, regnum de populi conſenſu accipere. Accedunt itaque illum principes populi vnà cum Hieroboamo, rogantes vt aliquid de ſeruitio remitteret, & patre ſuo vellet eſſe mitior. Graui enim illius iugo ſe preſſos fuiſſe. Sic enim firmius ei fore imperium, ſi amari mallet quàm metui. Ille poſt triduum ad poſtulata reſponſurum ſe pollicitus, ſtatim in ſuſpicionem venit, quòd ſine mora votis eorum non annuiſſet.

VIII. 3. Reg. 12.

E F G

Κεφάλαιον γ'.

Ὡς τελευτήσαντος σολομῶνος, ὁ λαὸς ἀποστὰς τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ῥοβοάμου, τὰς δέκα φυλὰς ἱεροβοάμου ἀποδείξει βασιλέα.

Ἀποθνήσκει δὴ ὁ σολομὼν ἤδη γηραιὸς ὤν. βασιλεύσας μὲ᾽ ὀγδοήκοντα ἔτη, ζήσας δ᾽ ἐνενήκοντα τέσσαρα. θάπτεται δ᾽ ἐν ἱεροσολύμοις. πάντας ὑπερβάλλων δυναμένους τε καὶ πλούτῳ καὶ φρονήσει ζῆς βασιλεύσαντας, εἰ μὴ ὅσα γε πρὸς γῆρας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀπατηθεὶς, παρεωράθη. ὥστε ὧν καὶ τῶν δι᾽ αὐτὰ κακῶν συμπεσόντων ἑβραίοις, εἰς καιρὸν ἕτερος ἐδόξε μοι διασαφῆσαι. μετὰ δὲ τὸν σολομῶνος τελευτὴν, διαδεξαμένου τὸν παῖδα αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ῥοβοάμου, ὃς ἐκ γυναικὸς ἀμμανίτιδος ὑπῆρχεν αὐτῷ γεγονὼς, νοόμας τοὔνομα, πέμψαντες οἱ τῶν ὅλων ἄρχοντες, ἐκάλουν τ᾽ ἱεροβόαμον. ἀφικομένου δὲ πρὸς αὐτοὺς εἰς σίκιμα πόλιν, καὶ ῥοβόαμος εἰς αὐτὸν παρεγένετο. ἐδέδοκτο γὰρ αὐτῷ ἐκεῖσε συνελθοῦσι τοῖς ἰσραηλίταις, ἀποδείξαι αὐτὸν βασιλέα. προσελθόντες οὖν οἵτε ἄρχοντες αὐτῷ τοῦ λαοῦ, καὶ ἱεροβόαμος, παρεκάλουν λέγοντες αὐτῷ τι τῆς δουλείας αὐτοῖς, καὶ χρηστότερον τοῦ πατρὸς. βαρὺν γὰρ ὑπ᾽ ἐκείνῳ ζυγὸν αὐτοὺς ὑπενεγκεῖν. δυνάσεσθαι δ᾽ ἔσεσθαι πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀγαπήσειν τὴν δουλείαν διὰ τὸ ὠφελεῖσθαι, ἢ διὰ τὸν φόβον. ὁ δὲ μὴ ξεῖς ἡμέρας εἰπὼν αὐτοῖς ὑποκρίνεσθαι πρὸς ὧν ἀξιοῦσιν, ὕποπτος μὲ᾽ αὐτοῖς γίνεται, μὴ πρόχρημα ὑπνώσας αὐτοῖς τὰ πρὸς ἡδονήν. πρὸ-

προχειρον γὰρ ἠξίουν εἶ τὸ χρηςὸν καὶ φιλάνθρωπον, καὶ τῶτ' ἐν νέῳ. ἐδόκει δ' ὅμως καὶ τὸ βελτίωσθαι τ μὴ παραυτίκα ἀπειπεῖν ἀγαθῆς ἐλπίδος ἔχεσθ. συγκαλέσας ὁ τοὺς πατρῴους φίλους, ἐκοινοπέστο μετ' αὐτῶν, πολυπλοκὴ δεῖ ποιήσασθ τ ὑπόκρισιν πρὸς τὸ πλῆθος. οἱ δ' ἅπερ εἰκὸς τοὺς δύνοις καὶ φύσιν ὄχλων εἰδότας, παρήνουν αὐτῷ φιλοφρόνως ὁμιλῆσαι τῷ λαῷ, καὶ δημοτικώτερον, ἢ κῇ βασιλείας ὄγκον. χειρώσεσθαι γὰρ ὕτως εἰς δύνοιαν αὐτὸν, φύσει τῷ ὑπηκόων ἀγαπώντων τὸ πρωτεύειν καὶ πολὺ μικρὸν ἰσότιμον τῷ βασιλέων. ὁ δ' ἀγαθὼ ὕτως καὶ συμφέρουσαν ἴσως πρὸς τὸ παῦ, εἰ ἦ μὴ πρὸς γε τὸν τότε καιρὸν ὅτε δεῖ ἡγεῖσθαι βασιλέα, γνώμην ἀπεσείφη, τῷ θεῷ ποιήσαντος οἶμαι καταλειθῆναι τὸ συμφέρον ὑπ' αὐτῶ. καλέσας ἦ τὰ μειράκια τὰ συντεθραμμένα, καὶ τὴν πρεσβυτέρων αὐτοῖς συμβουλίαν εἰπών., τί δοκεῖ ποιεῖν αὐτοῖς ἐπέλθοι λέγειν. τὰ ἦ, ὅτε γὰρ ἡ νεότης, ὅτε ὁ θεὸς ἠφῆ νοεῖν τὰ κρείττω, παρήνεσαν ὑποκρίνεσθαι τῷ λαῷ, τὸν βραχύτερον αὐτῶ δάκτυλον τῆς τ πατρὸς ὀσφύος εἶ παχύτερον, καὶ εἰ σκληροτέρας ἐπειρῶθησαν ἐκείνου, πολὺ μᾶλλον αὐτῶ λήψεσθ πείρας δυσκόλε, καὶ εἰ μάστιξιν αὐτοὺς ἐκεῖνος ἐνεθύτει, σκορπίοις τῦτο ποιήσειν αὐτὸν προσδοκᾶν. τούτοις ἡδεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ δόξας πρέπειν τῇ τῆς ἀρχῆς ἀξιώματι τ ὑπόκρισιν, ὡς σωπῆλθεν ἀκροσόμενον τὸ πλῆθος τῇ ζήτη τῷ ἡμερῶν, μετεώρου τὲ λαὸ παντὸς ὄντος λέγοντος ἀκῦσαί τι τὲ βασιλέως ἐπιεικεστέρου, οἰομένου δεῖν καὶ φιλάνθρωπον, τιὰ τῷ μειρακίων αὐτοῖς συμβουλίαν παρεὶς τιὰ τῷ φίλων ἀπεκρίνετο. ταῦτα δ' ἐπράττετο καὶ τιὰ τὲ θεὲ βέλησιν, ἵνα λάβῃ τέλος ἃ προεφήτευσεν ἀχίας. πληγέντες ὑπὸ τῷ λόγων, ὡς ὑπὸ σιδήρου Ϲ ἀλγήσαντες, ὡς δὴ πεῖρα τοῖς εἰρημένοις ἠγανάκτησαν, καὶ μέγα πάντες ἐμβοήσαντες ἐκέτι ἠδέν αὐτοῖς εἶ συγγνῶς πρὸς δαβίδην καὶ τὲς ἀπ' αὐτῶ μετ' ἐκείνου ἔφασαν τιὰ ἡμέραν. ὥδ' ἀναχωρεῖν δ' αὐτῷ μόνον τ ναὸν, ὃν ὁ πατὴρ αὐτῶ κατεσκεύασεν εἰπόντες, καταλείψειν ἠπείλησαν. ὕτως δ' ἔχον πικρῶς Ϲ τιὰ ὀργὴν ἐτήρησαν, ὡς πέμψαντος αὐτὸ τὸν ἐπὶ τῷ φόρων ἀδωνίραμον ἵνα συγγνόντας τοῖς εἰρημένοις, εἶτ' ἐπιτρέψῃ ὑπὸ νεότητος καὶ δύσκολον ἰδεῖν αὐτοῖς, πείσειν μαλακωτέρως, ἐκ ὑπέμειναν, ἀλλὰ βαλόντες αὐτὸν λίθοις, ἀπέκτειναν. τῦτ' ἰδὼν ροβόαμος, καὶ νομίσας αὐτὸν βεβλῆσθαι τοῖς λίθοις οἷς τὸν ὑπηρέτιν ἀπέκτεινεν αὐτῶ τὸ πλῆθος, δείσας, μὴ καὶ ἔργῳ πάθῃ τὸ δεινὸν, ἐμβὰς δίφρε δρόμου, ἔφυγεν εἰς ἱεροσόλυμα. καὶ ἡ μὲν ἰούδα φυλὴ, καὶ ἡ βενιαμὶς, χειροτονῦσιν αὐτὸν βασιλέα. τὸ ἦ ἄλλο πλῆθος, ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας τῷ δαβίδου παίδων ὄντος αἰ, τ ἱεροβόαμον ἀπέδειξε τῷ προγμάτων κύριον. ροβόαμος ὁ σολομῶνος παῖς, ἐκκλησίαν ποιήσας τ δύο φυλῶν, ἃς εἶχεν ὑπηκόους, οἷς τε ἐκ λαβὼν ὀκτωκαίδεκα μυριάδας ἐπιλέκτους, ἐξελθεῖν ἐπὶ τ ἱεροβόαμον καὶ τ λαὸν, ὅπως πολεμήσας, ἀναγκάσῃ δουλεύειν αὐτῷ. κωλυθεὶς ὑπὸ τῦ θεῦ δι' τὸ προφήτε ποιήσασθαι τ στρατείαν, ἐ γὰρ εἶ δίκαιον τοὺς ὁμοφύλους πολεμεῖν, ἔφη ἔλεγε. καὶ ταῦτα καὶ τ τ θεῦ προαίρεσιν τ τὸ πλήθους ὅσος ἀστεως γεγυμνωμένης, ἐ κατεξῆλθε. διηγήσομαι ἦ πρῶτον ὅσα ἱεροβόαμος ὁ τῷ ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς ἐπραξεν, εἶτα δὲ, τούτων ἐχόμενα τὰ ὑπὸ ροβοάμου τὸ τῷ δύο φυλῶν βασιλέως γεγυμνῶσθαι δηλώσομεν. φυλαχθεὶς γὰρ αὖ ὕτως ἔχει παντὸς τῆς ἰσορείας τὸ ἀκριβὲς

Decere enim eius ætatem putabant procliuem esse ad benemerendum. non nihil tamen spei suberat: quòd non statim essent repulsam passi. Interim ille conuocatis paternis amicis consultabat quale responsum populo dari oporteat. qui quum bene ipsi cuperent, & vulgi naturam probè callerent, suaserunt vt comiter populum alloqueretur, & posito aliquantisper fastu regio ad captandam multitudinis gratiam se accommodaret. hac enim arte captos facilè illum amaturos, quòd natura ita comparatum sit, vt subiecti delectentur regibus mansuetis, & de suo fastigio nonnihil se demittentibus. Ibi Deus sine dubio mentem ademit homini, cui tam vtilis in omne tempus sententia, certè ad præsens ambienti regnum necessaria, non probabatur: sed accitis æqualibus suis iuuenibus, & exposito seniorum consilio, quid ipsis videretur, proferre iussit. Illi, quia nec per ætatem poterant, nec Deus sinebat vtiliora cernere, authores ei fiunt sic ad populum respondendi: minimum digitum ipsius crassiorem esse quàm patris lumbi fuerint: & si ab illo duriter habitos se putarent, duriùs etiam in posterum tractandos esse: & si ab illo scuticis cæsi fuissent, expectandum vt ab ipso scorpionibus flagellarentur. His delectatus rex, & ratus decere maiestatem principatus tale responsum, postquam tertia die populus ad audiendum conuenit, omnibus expectatione suspensis, & existimantibus benignum aliquid sibi proponendum, omisso amicorum consilio ex iuuenum sententia respondit, non sine Dei voluntate, vt Achiæ vaticinium suus euentus sequeretur. Icti enim velut ferro tam duris verbis, non secus ac si à minis ad rem iam esset peruentum, per indignationem vno ore exclamant, nihil sibi futurum ampliùs cum Dauidis progenie, haberet ipse templum quod pater extruxisset, manifestè defectionem præ se ferentes. Adeoque pertinax ira fuit, vt Adoramum quæstorem regium, missum ad excusandam iuuenilis linguæ petulantiam, placandó.q; concitati vulgi animos, ne auditum quidem lapidibus obruerint. Quo facto Roboamus ratus, id quod erat, se in famulo saxis impetitum, veritúsque ne conceptum semel odium in ipsius caput effunderetur, trepidè conscenso curru quantum potuit Hierosolyma properauit. Et Iudæ quidem ac Beniamis tribus communibus suffragiis, regem eum eligunt: reliqua verò multitudo, ex illo die alienata à progenie Dauidis, Hieroboamo imperium detulit. id Roboamus ægrè ferens, conuentu duarum tribuum sibi subditarũ indicto, & delectu CLXXX. millium habito, conaturus erat reliquas decem vi ad officium retrahere, nisi Deus per prophetam intercessisset, admonens nefas esse ciuile bellũ mouere, præsertim cùm Deo volente populus ab eo defecisset. Nunc prius Hieroboami Israelitarum regis gesta, ac tum demum res Roboami duarum tribuum regis dicemus, serie narrationis ita postulante.

Ergo Hieroboamus regia Sicimis constructa, A inibi domicilium optauit: nec eo contentus, apud Phanuelam vrbem aliud ædificauit. Nec multo pòst instante Scenopegia, cogitans secum, quòd si permitteret populo Hierosolymitanam profectionem, & festi illic celebrandi potestatem faceret, populus captus religione templi & ceremoniis, facile mutata voluntate, séque relicto ad priorem regem accedere posset, idque non dominationi suæ tantùm, verumetiam vitæ periculosum foret, statuit hoc B modo rebus suis consulere. Duas vitulas ex auro fecit, & constructis totidem delubris, altero apud Bethela, altero apud Danam, quod oppidum situm est ad minoris Iordanis fontem, effigies illas vtrobique consecrauit: & conuentu indicto decem tribuum quibus ipse præerat, pro concione in hunc modum eas est allocutus: Viri populares, notũ vobis existimo, quòd nullus locus Deo est vacuus, & quòd is nullo certo loco includitur: sed vbique vota exaudit, vbique cultores suos respicit. Quare non placet C mihi, hoc tempore vos Hierosolyma vrbem infensam longo itinere proficisci religionis ergò. Homo illud templum statuit, quemadmodum & ego duas aureas vitulas consecraui, alteram in Bethelis, alteram in Dana, vt pro locorum opportunitate ex propinquioribus oppidis ad eas confluentes, illic Deum ritè adoretis. Nec deerunt sacerdotes ac Leuitæ ex vobis per me designati, ne quid Leuiticam tribum & Aaronis progeniem desideretis. Ergo quicunq; ex vobis sacerdotium ambit, vitulum & arietem D Deo mactet, quo ritu ferunt etiam primum sacerdotem Aaronem creatum esse. His verbis populũ decepit, autor ei factus patriæ religionis deserẽdæ: quæ causa fuit Hebræis omnium calamitatum, vt bello ab exteris gentibus deuicti, postremò in captiuitatẽ abducerẽtur, sicut suo loco dicetur. Porrò appetente iam septimi mensis festiuitate, volens & ipse apud Bethela eam celebrare, sicut à duabus tribubus Hierosolymis celebrabatur, ante vitulam altare po- E suit: móxque assumpta pontificis persona cum suis sacerdotibus ad illud ascendit. Cúmq; iam holocautomata in conspectu totius populi pararet incendere, Deo mittẽte superuenit à Hierosolymis propheta nomine Iadon. Is in mediam multitudinem progressus, audiente rege ad altare sermonem vertit. Altare, altare, hæc 3. *Reg.* 13. dicit Dominus. Exorietur quidam de genere Dauidis, Iosias nomine, is mactabit super te falsos sacerdotes illius temporis, & impostorum F ad impietatem populum seducentium ossa super te incendet. Et vt nemini dubium sit prædictionem hanc non esse vanam, prodigio confirmabitur. Rumpetur altare hoc, & adipes victimarum in eo congesti in humum effundentur. His prophetæ verbis irritatus rex, intendit in eum manum, iubens hominem comprehendi: móxque sideratum brachium diriguit, vt reducere manum non posset, torpente membro haud secus quàm si esset ex- G anime. Altare quoque diruptum impositas victimas effudit, ita vt vates Dei prædixerat.

ὁ τοίνυν ἱεροβόαμος, οἰκοδομήσας βασίλειον ἐν σικίμῃ πόλει, ἐν ταύτῃ τῳ διαιταν εἶχε. κατεσκεύασε ϗ ἐν φανουήλα πόλει λεγομένῃ. μετ' ὀλίγον ϗ τῆς σκηνοπηγίας ἑορτῆς ἐνίστασθαι μελλούσης, λογισάμενος ὡς ἐὰν ἐπιτρέψῃ τῷ πλήθει προσκυνῆσαι τῷ θεῷ εἰς ἱεροσόλυμα πορευθέντι, καὶ ἐκεῖ τῳ ἑορτῳ διαγαγεῖν, μεταπέσοιεν ἴσως, ϗ ἀπολέσειαν ὑπὸ τε ναυ ϗ τῆς θρησκείας ἃ ἐν αὐτῷ τῷ θεῷ, καταλείψει μὲν αὐτὸν, προσχωρήσει ϗ τῷ πρώτῳ βασιλεῖ, ϗ κινδυνεύσεται ἀποκτανθῆναι ὑπ' αὐτῶν ὁμοφύλων τὸν ψυχῳ ἀποβαλεῖν, ὅπερ ἐγένετο τοῖς ἐκείνου. δύο ποιήσας δαμάλεις χρυσᾶς, ϗ οἰκοδομήσας ναΐσκους τούτοις, ἕνα μὲν ἐν βηθήλῃ πόλει, τὸν ἕτερον ἐν δάνῃ, ἡ δὲ ὅτι πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ μικροῦ ἰορδάνου, πέμψας τὰς δαμάλεις ἐν ἑκατέρᾳ τῶν ἐν τῇ περιμέσῃ πόλεσι ναΐσκῳ. καὶ συγκαλέσας τοὺς δεκαφυλαιτῶν αὐτὸς ἦρχεν, ἐδημηγόρησε, τούτοις ποιησάμενος τοὺς λόγους, ἄνδρες ὁμόφυλοι, γινώσκειν ὑμᾶς νομίζω τοῦτο, ὅτι πᾶς τόπος ἔχει τὸν θεὸν, ϗ οὐκ ἔστιν ἐν ὡρισμένον χωρίον ἐν ᾧ πάρεστιν. ἀλλὰ πανταχοῦ ἀκούει ϗ τοὺς θρησκεύοντας ἐφορᾷ. ὅθεν ἐμοὶ δοκεῖ νῦν ἐπείγειν ὑμᾶς εἰς ἱεροσόλυμα πορευθέντας εἰς τὸν τῶν ἐχθρῶν πόλιν μαχαιρᾶ ὥστε ὁδὸν προσκυνεῖν. ἀνθρώπου ϗ κατεσκεύασε τὸν ναὸν, ἀνθρώπινα ϗ κἀγὼ δύο χρυσᾶς δαμάλεις ἐπωνύμους τοῦ θεοῦ, ϗ τὸν μὲν ἐν βηθήλῃ πόλει καθιέρωσα, τὸν ϗ ἐν δάνῃ, ὅπως ὑμῶν οἱ τούτων ἔγγιστα τῶν πόλεων κατοικημένοι προσκυνήσωσιν εἰς αὐτὰς ἀπερχόμενοι τὸν θεόν. ὑστερεῖν δέ τινας ὑμῶν ϗ ἱερεῖς ἐξ ὑμῶν ϗ λευίτας, ἵνα μὴ χρείαν ἔχητε τοῦ λευίτιδος φυλῆς ϗ τοῦ ἀαρῶνος γένους. ἀλλ' ὁ βουλόμενος ὑμῶν ἱερεὺς εἶναι, προσερχέσθω μόσχον τῷ θεῷ ϗ κριὸν, ἃ ϗ τὸν πρῶτον ἱερέα φασὶν ἀαρῶνα ποιῆσαι. τοῦτ' εἰπὼν, ἐξηπάτησε τὸν λαὸν, ϗ τὸ παλαιὸν θρησκείας ὑπερβάντας τοὺς νόμους. ἀρχὴ κακῶν ἐγένετο τοῦτο τοῖς ἑβραίοις, ϗ τῶ πολέμῳ κρατηθέντας ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων αἰχμαλωσίᾳ περιπεσεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ϗ χρόνῳ δηλώσομεν. συνάσης ϗ τῆς ἑορτῆς ἑβδόμῳ μηνὶ, βουλόμενος ϗ αὐτὸς ἐν βηθήλῃ ταύτην ἀγαγεῖν, ὡσαύτως ἑώρταζον ϗ αἱ δύο φυλαὶ ἐν ἱεροσολύμοις, οἰκοδομεῖ μὲν θυσιαστήριον πρὸ τοῦ δαμάλεως. γενόμενος δ' αὐτὸς ὁ ἀρχιερεὺς ὅτι τὸν βωμὸν ἀναβαίνει σὺν τοῖς ἰδίοις ἱερεῦσι. μέλλοντος δ' ὑπιφέρειν τὰς θυσίας, ϗ τὰς ὁλοκαυτώσεις ἐν ὄψει τοῦ λαοῦ παντὸς, προσήνεγκε πρὸς αὐτὸν ἐξ ἱεροσολύμων προφήτης, ἰαδὼν ὄνομα, τοῦ θεοῦ πέμψαντος. ὃς παθεὶς ἐν μέσῳ τῷ πλήθει τοῦ βασιλέως ἀκούοντος, εἶπε τάδε, πρὸς τὸ θυσιαστήριον πεποιημένος τοῖς λόγοις, ὁ θεὸς ἔσεταί τινα προλέγει ἐν τῇ δαβὶδ δουλοις ἰωσίαν ὄνομα, ὃς ὅτι σοῦ θύσει τοῖς ψευδιερεῖς τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν θυσιομένους, ϗ τὰ ὀστᾶ τῶν λαοπλάνων τούτων ϗ ἀποστατῶν, ϗ ἀσεβῶν, ὅτι σοῦ καύσει. ἵνα μὴ τοῖς πιστεύσωσι ὅτοι τοῦθ' ἕτως ἔξειν, σημεῖον αὐτοῖς προφέρω γενησόμενον. ῥαγήσεται τὸ θυσιαστήριον παραχρῆμα, ϗ πᾶσα ἡ ἐπ' αὐτοῦ πιμελὴ τῶν ἱερείων, ὅτι χυθήσεται. ταῦτ' εἰπόντος τοῦ προφήτου, παροξυνθεὶς ὁ ἱεροβόαμος, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα κελεύων συλλαβεῖν αὐτόν. ἐκτεταμένη δ' ἡ χεὶρ, αὐθις παρείθη, ϗ οὐκ ἔτι ἴσχυεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν ἀναγαγεῖν. ἀλλὰ νενάρκηκεν ϗ νεκρὰν εἶχεν ἀπηρτημένην. ἐῤῥάγη ϗ τὸ θυσιαστήριον, ϗ κατηνέχθη πᾶσα ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς προεῖπεν ὁ προφήτης.

μαθὼν

μαθὼν ὁ ἀληθῆ τὸν ἄνθρωπον καὶ θείαν ἔχοντα προγνω- A
σιν, παρεκάλεσεν αὐτὸν δεηθῆναι τοῦ θεοῦ ἀναζωπυρῆσαι
τὴν δεξιὰν αὐτοῦ. καὶ ὁ μὲν ἱκέτευσε τὸν θεὸν τοῦτ' αὐτῷ πα-
ραχωρῆσαι. ὁ δὲ τὴν χεῖρα τὸ κατὰ φύσιν ἀπολαβέσης, χαίρων
ἐπ' αὐτῇ τὸν προφήτην παρεκάλει δειπνῆσαι παρ' αὐτοῦ.
ἰάδων δὲ ἔφη, οὐχ ὑπομένω εἰσελθεῖν πρὸς αὐτόν, οὐδὲ
γεύσασθαι ἄρτου καὶ ὕδατος ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. τοῦτο γὰρ
αὐτῷ τὸν θεὸν ἀπειρηκέναι, καὶ τὴν ὁδὸν ἣν ἦλθεν ὅπως μὴ
δι' αὐτῆς ποιήσῃ τὴν ὑποστροφήν, ἀλλὰ δι' ἄλλης ἔφα- B
σκε. τοῦτον μὲν οὖν ἐθαύμαζεν ὁ βασιλεὺς τῆς ἐγκρατείας.
αὐτὸς δὲ ἦν ἐν φόβῳ, μεταβολὴν αὐτοῦ τῶν προσμάτων
ἐκ τῶν προφημένων, οὐκ ἀγαθὴν ὑπονοῶν. ἦν δέ τις ἐν
τῇ πόλει πονηρὸς ψευδοπροφήτης, ὃν εἶχεν ἐν τιμῇ ἱε-
ροβόαμος, ἀπατώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὰ πρὸς ἡδονὴν λέ-
γοντος. ἔκειτο τότε μὴν κληνήρης ἦν δὲ ἀπὸ τοῦ γήρως
ἀσθένειαν. τοῦ δὲ παίδων αὐτοῦ δηλωσάντων τὰ περὶ τὸν
παρόντος τῆς ἱεροσολύμων προφήτου, καὶ τῶν σημείων τῶν
γενομένων, καὶ ὡς παρθεῖσαν αὐτῷ τὴν δεξιὰν ἱεροβόα- C
μος, δύναμιν πάλιν ἐκείνης ζῶσαν ἀπολάβοι. δείσας
μὴ παροδοκήσειεν αὐτὸν ὁ ξένος ὡς δὴ τοῦ βασιλέως,
καὶ πλείονος ἀπολάβοι τιμῆς, προστάξε τοῖς παισὶν
ὑφ' οἷς ὑπισχῶαι τὸν ὄνον, καὶ ἕτοιμον πρὸς ἔξοδον αὐτῷ
ποιῆσαι. τοῦ δὲ ἀναβάντων ὃ προστάξαν,
ὑπιβαὶς ἐδίωξε τὸν προφήτην. ὁ καταλαβὼν ἀναπαυ-
όμενον ὑπὸ δένδρῳ βαθεῖ καὶ σκιὰν ἔχοντι δρυὸς ὑμε-
γέθους ἠσπάσατο πρῶτον. εἶτα ἐμέμφετο, μὴ παρ' αὐτὸν D
εἰσελθόντα καὶ ξενίων μεταλαβόντα. φήσαντος κε-
κωλύσθαι πρὸς τοῦ θεοῦ γεύσασθαι ὡδί τινι τῶν ἐν ἐκείνῃ
τῇ πόλει, ἀλλ' ἐκεῖ παρ' ἐμοὶ πάντως ἀπεγόρδικέ σοι
τὸ θεῖον ὡδαθέσθαι ξάπτειλαν ἔφη. προφήτης γὰρ εἰμὶ
κἀγώ, καὶ τὰ αὐτῆς σοι κοινωνὸς πρὸς αὐτὸν θρησκείας.
καὶ πάρειμι νῦν ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεὶς ὅπως ἀγάγω σὲ
πρὸς ἐμαυτὸν ἑστιασόμενον. ὁ δὲ, ψευσαμένῳ πειθεὶς,
ἀπέστρεψεν. ἀριστόντων δ' ἐπὶ τῷ φιλοφρονεμένων, ὁ θεὸς
ὑπεφαίνετο τῷ ἰάδωνι. καὶ ὡδαβάντα τὰς ἐντολὰς αὐ- E
τοῦ, πιμωρίαν ὑφέξειν ἔλεγε. καὶ ποδαπὸν, ἐδήλου. λέοντα
γὰρ αὐτὸν καὶ τὴν ὁδὸν ἀπερχομένῳ, συμβαλεῖν ἔφασεν,
ἀφ' οὗ διαφθαρήσεσθαι, καὶ τὸν ἐν τοῖς πατρώοις μνήμασι
ταφῆς ἀμοιρήσειν. ταῦτα δ' ἐγίνετο οἶμαι κατὰ τοῦ θεοῦ
βούλησιν, ὅπως μὴ πρόσχοι τοῖς τοῦ ἰάδωνος λόγοις ἱε-
ροβόαμος ἐληλεγμένῳ ψεύδος. πορευομένῳ τοίνυν τῷ
ἰάδωνι πάλιν εἰς ἱεροσόλυμα, συμβάλλει λέων. καὶ κα-
ταπατάσας αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κτήνους, ἀπέκτεινε. καὶ τὸν μὲν ὄνον F
οὐδὲν ὅλως ἔβλαψε. παρακαθεζόμενος δ', ἐφύλαττε
κἀκεῖνον, καὶ τὸ τοῦ προφήτου σῶμα, μέχρις ἂν τινες τῶν ὁ-
δοιπόρων ἰδόντες ἀπήγγειλαν ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν τῷ
ψευδοπροφήτῃ. ὁ δὲ, τοὺς υἱοὺς πέμψας ἐκόμισεν εἰς τὴν
πόλιν τὸ σῶμα, καὶ πολυτελῆ μὲν κηδείας ἠξίωσεν, ἐν-
τειλάμενος τοῖς παισὶ καὶ αὐτὸν ὑποθανόντα, συνθάπτειν
ἐκείνῳ. λέγων, ἀληθῆ μὲν εἶπε πάντ' ὅσα προεφήτευσε
κατὰ τὸν πόλεως ἐκείνης, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τῶν ἱερέων, G
καὶ τῶν ψευδοπροφητῶν. ὑβριεσθήσεσθαι δ' αὐτὸς μὲν
τοῦτο τελευτὴν ἐδέησεν συνθάπτειν ἐκείνῳ. ταφεὶς, τῶν ὀστῶν ἐγνω-
σθησομένων. κηδεύσας γὰρ τὸν προφήτην, καὶ ταῦτα
ἐντειλάμενος τοῖς ἰδίοις, πονηρὸς ὢν καὶ ἀσεβὴς προσέ-
σχε τῷ ἱεροβοάμῳ καὶ τὰ δόξαντα ἐκ τοῦ προφήτου ἐτεράχθης εἶπεν ὑπὸ τῶν τοῦ ἀνδρὸς λόγων; ὡς δὲ καὶ τὸ θυσιαστήριον
αὐτοῦ καὶ τὰ αὐτοῦ χείρα, διηπόρησατο ὁ βασιλεὺς, θεῖον ἀληθῶς καὶ προφήτου ἄξιον ὑποκαλῶν, ἤρξατο ταύτην
αὐτοῦ τὴν δόξαν ἀναλύειν κακυργῶν, καὶ πιθανοῖς τοῖς γεγυμνασμένοις χρώμενος λόγοις ἐλαττῶσαι αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν.

Ibi rex videns hominem veridicum esse ac diuinum, rogauit eum, vt Deum exoraret, quò affectæ dextræ vigorem pristinum redderet. quod cùm ita factum esset, lętus recepta sanitate, rogabat prophetam vt cum eo prandere dignaretur. excusauit Iadon negans se in ea vrbe panem aut vinum sumpturum. id enim sibi cõtra interdictum Dei non licere. vetitum etiam ne per eandem viã reuertatur qua venerat. Rex autem miratus viri continentiam, eo magis de se cœpit esse solicitus, ex his quæ viderat & audierat, parum felicem rerum suarum exitum augurans.

Erat in ea vrbe malus quidam pseudopropheta, quem Hieroboamus in honore habebat seductus ab illo omnia ad gratiam loquente. hic tum decumbebat, quòd esset senio languidus, cúmque audisset à filiis de aduẽtu prophetæ à Hierosolymis, & prodigiis per eum patratis, & quòd Hieroboamus emortuam dextram ad illius preces sanam recepisset: veritus ne rex de hospite melius quàm de se opinaretur, mandauit filiis vt eueſtigio asinum stratum ad iter sibi expedirent. quibus impigrè iussa executis conscenso iumento per vestigia prophetæ properabat. quem assecutus interquiescentem sub quercu patula & vmbrosa primò salutauit: deinde expostulauit cum eo quòd non ad se diuertisset, hospitalitate fruiturus. quo referẽte vetitum se à Deo, ne apud quenquam in ea vrbe cibum sumeret. Certè apud me, inquit, licuit sumere, nam ego quoque propheta sum eiusdẽ cuius tu cultor numinis. & nunc ipsius iussu venio, te ad nos adducturus, & prandio hospitali excepturus. Tum vates mentienti credens reuertitur. Adhuc autem illis prandentibus, & familiari sermone se oblectantibus, Deus apparuit Iadoni, pœnam inobedientiæ, pœnæq; modum denuncians. Fore enim vt in itinere à leone discerpatur, nec in paternũ monumentũ inferatur. Hæc autem Deo volente contigisse opinor, quo minus apud Hieroboamum Iadonis verba fidem inuenirent, de mendacio suspecti. Nam redeunti Hierosolymam leo factus obuiã detractum de iumẽto necauit, nihil lęso asino; imò & illum & prophetę cadauer seruabat accubans, donec viatores quidam rẽ visam pseudophrophetæ renunciauerunt. Tum ille filiis in hoc missis corpus eius in vrbem reportauit, inibíque magnificè sepeliit, monitis filiis vt se quoq. post mortẽ in idẽ monumẽtũ inferrent. Vera. n. esse quæcũq. ille præcecinisset, de vrbe illa & altari, & sacerdotibus ac pseudoprophetis. ad se autem nullam post mortem iniuriam peruenturam, propter communem cum illo sepulturam confuso ossium discrimine. Post iusta funebria prophetæ reddita, & iniuncta filiis mandata, cùm esset vir malus & impius, Hieroboamum adit: & quid ita, inquit, istius fatui turbatus es sermonibus? Illo verò de altari & sua ipsius manu referente, ac verè hominem Dei vatémque optimum vocitante, cœpit hanc eius opinionem malitiosè labefactare, & probabilibus rationibus rei veritatem offuscare.

IX.

Aiebat enim præ laſſitudine manum eius obtorpuiſſe, dum altari infert victimas, ac deinde poſt quietem priſtinum vigorem recepiſſe. Altare quoque recẽtis etiam tum ſtructurę, quòd tot ac tantarum victimarum molem non ferret, diſruptum concidiſſe. Poſtremò vatis mortem indicat, à leone eſſe necatum: adeò nihil diuinum nec in vita nec in verbis eius fuiſſe. His dictis regi perſuaſit, & mentem eius à Deo & iuſtis ac piis operibus in totum auerſam in extremam impietatem præcipitauit. In tantum enim poſthac contra omne ius ac fas debacchatus eſt, vt nihil aliud quęreret, quàm quomodo in dies magis ac magis ſemetipſe nouis ſceleribus ſuperaret.

Sed hoc omiſſo de Solomonis filio Roboamo iam dicendum. Is duarum tribuum regno potitus, vrbes munitas & magnas cõdidit, quarum nomina hæc: Bethleem, Ethame, Thecos, Bethſur, Socho, Odolam, Ipa, Mareſa, Ziphа, Adorem, Lachis, Azeca, Saræm, Elom, Hebron, omnes in tribu Iudæ ſitæ. Alias deinde æquè magnas in Beniamitica ſorte muniuit, ſingulisq́ue ſua præſidia & præfectos impoſuit, frumẽto, vino, oleo, cæterisq́ue commeatibus abundè inſtructis. Scutorum etiam & lancearum tantum numerum fabricari curauit, quantus multis millibus ſufficeret. Ad hunc Hieroſolymis degentem è tota Iſraelitarum ditione confluxerunt ſacerdotes & Leuitæ, quotquot è reliqua plebe erant boni ac iuſti patrias ſuas relinquebant, vt Hieroſolymis Deum colere liceret, offenſi Hieroboami tyrannyde, qui eos ad ſuarum vitularum adorationem vi adigere volebat. quo factum eſt vt Roboami regnum integro triennio talibus acceſſionibus creſceret. Qui cùm ex priore matrimonio cognatæ cuiuſdam mulieris tres liberos ſuſcepiſſet, ſuperduxit poſtea cognatam aliam, Macham è Thamare Abeſalomi filia primogenitam, ex qua Abiæ pater factus eſt, & quamuis etiam ex aliis vxoribus liberos haberet, prę omnibus tamẽ amauit Macham. erant enim ei legitimæ vxores octodecim, concubinæ verò triginta: & ex his viginti octo filij, filiæ verò ſexaginta. Abiam verò Machę filium ſucceſſorem ſibi deſignauit, eiusque fidei theſauros ſuos & munitiſſimas quaſque vrbes credidit. Sed vt plerunque ſolẽt mortales fortuna blandiẽte corrumpi, Roboamo quoque idem accidit. Videns enim ſui regni tanta incrementa, ad iniuſtas & impias actiones deflexit, factus contemptor veræ religionis, ita vt etiam populum in imitationem ſui pertraheret: quandoquidem ea eſt rerum humanarum natura, vt cùm principum ac magiſtratuum moribus etiam ſubditi deprauẽtur, quorum modeſtia ceu norma corrigi debebãt, & pro virtutibus vitia eorum ſequantur: alioquin niſi eadem quæ reges faciant, improbare facta illorum videntur: ſicut ſub Roboamo cõtigit, populo leges ac pietatem egregiè cõtemnente, ne iuſtitiæ ſtudiis regem ſuum offenderet.

δπιχρεῖ γὰρ πείθειν αὐτὸν ὡς ὑπὸ κόπου μὲν ἡ χεὶρ αὐτοῦ ναρκήσειε βασάζουσα τὰς θυσίας. εἶτ' ἀναθεῖσα πάλιν, εἰς τὴν αὐτὴν ἐπανέλθοι φύσιν. τὸ δὲ θυσιαστήριον ὃν καινὸν καὶ δεξάμενον θυσίας πολλὰς καὶ μεγάλας, ῥαγῆναι καὶ πεσεῖν διὰ βάρος τῶν ἐπενεγκθέντων. ἐδήλου δ' αὐτοῦ καὶ τὸν θάνατον τὰ σημεῖα ταῦτα προφητικώτερος, ὡς ὑπὸ λέοντος ἀπολοῖτο. ἔτους δὲ ἓν ἔτι εἶχεν, ὅτ' ἐφθέγξατο προφητεύσας ταῦτ' εἰπὼν, πείθει τὸν βασιλέα, καὶ τῶν ἄλλων αὐτὸ τελέως ὑποστρέψας ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν δικαίων καὶ θείων ἔργων ὅλη τὰς ἀσεβεῖς προῆξεις παρώρμησεν. ἔτους δ' ἐξύβρισεν εἰς τὸ θεῖον καὶ παρηνόμησεν, ὡς οὐδὲν ἄλλο καθ' ἡμέραν ζητεῖν, ἢ τί καινὸν καὶ μιαρώτερον τῶν ἤδη τετολμημένων ἐργάσηται. καὶ τὰ μὲν περὶ ἱεροβοάμου, ὅτι τὸ παρέχοντος ἡμῖν διηλώθω. ὁ δὲ σολομῶνος υἱὸς ῥοβόαμος, ὁ τῶν δύο φυλῶν βασιλεὺς ὡς προεφήκαμεν, ᾠκοδόμησε πόλεις ὀχυρὰς τε καὶ μεγάλας, βηθλεέμ, καὶ ἠταμὲ, καὶ θεκὼε, καὶ βηθσὺρ, καὶ σοχὼ, καὶ ὀδολὰμ, καὶ εἰπὰν, καὶ μῶρησὰν, καὶ ζιφὰ, καὶ ἀδωραὶμ, καὶ λαχεῖς, καὶ ζηκὰ, καὶ σαραὶμ, καὶ ἠλὼμ, καὶ χεβρῶνα, ταύτας δὲ ἐν τῇ ἰούδα κληρυχίᾳ πρώτας ᾠκοδόμησε. κατεσκεύασε δὲ καὶ ἄλλας μεγάλας, ἐν τῇ βενιαμίδι κληρυχίᾳ. καὶ τείχισας, φρουρὰς τε κατέστησεν ἐν ἁπάσαις καὶ ἡγεμόνας, σῖτον τε πολὺν καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, πάντα ἄλλα πρὸς διατροφὴν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων δαψιλῶς ἀπέθετο, πρὸς δὲ τούτοις θυρεοὺς καὶ σιδηρᾶς εἰς πολλὰς μυριάδας. συνῆλθον δὲ οἱ πᾶσι τοῖς ἱερεῖς ἱερεῖς πρὸς αὐτὸν εἰς ἱεροσόλυμα καὶ λευῖται, καὶ εἴ τινες ἄλλοι τῶν πλήθους ἦσαν ἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι. κατέλειπον τὰς αὐτῶν πόλεις ἵνα θρησκεύσωσιν ἐν ἱεροσολύμοις τὸν θεὸν, ὑφ' οὗ ἠδέως εἶχον προσκυνεῖν αἱρούμενοι τὰς δαμάλεις ἃς ἱεροβόαμος κατεσκεύασε. καὶ ἠύξησαν τὴν ῥοβοάμου βασιλείαν ἐπ' ἔτη τρία. γήμας δὲ συνῆλθέ τινα καὶ τρεῖς ποιησάμενος ἐξ αὐτῆς παῖδας, ἤγετο ὕστερον τὴν ἐκ τοῦ ἀβεσαλώμου θυγατρὸς θαμάρης, μαχαίλου ὄνομα καὶ αὐτὴν ὖσαν συνῆλθε. καὶ παῖς ἄρρην ἐξ αὐτῆς αὐτῷ γίνεται, ὃν ἀβίαν προσηγόρευσε. τέκνα δὲ εἶχεν ἐξ ἄλλων γυναικῶν, πλείονα. πασῶν δὲ μᾶλλον ἔστεργε τὴν μαχαί. εἶχε δὲ, τὰς μὲν νόμῳ συνοικούσας αὐτῷ γυναῖκας, ὀκτωκαίδεκα. παλλακὰς δὲ, ξιάκοντα. καὶ υἱοὶ μὲν αὐτῷ γεγόνεισαν, ὀκτὼ καὶ εἴκοσι. θυγατέρες δὲ ἑξήκοντα. διάδοχον δὲ ἀπέδειξε βασιλείας, τὸν ἐκ τῆς μαχαίης ἄβιαν. καὶ τοὺς θησαυροὺς αὐτοῦ καὶ τὰς ὀχυρωτάτας πόλεις ὅπως ἔσεσθαι. ἄπιστον δ' οἶμαι πολλάκις γίνεται κακῶν καὶ ἀδικίας τοῖς ἀνθρώποις τὸ τῶν πραγμάτων μέγεθος, καὶ ἡ πρὸς τὸ βέλτιον αὐτῶν τροπή. τότε δὲ βασιλείαν αὐξανομένην ὅτε βλέπων ῥοβόαμος, εἰς ἀδίκους καὶ ἀσεβεῖς ἐξεζάπτη πράξεις, καὶ τῶν τοῦ θεοῦ θρησκείας καταπεφρόνηκεν, ὡς καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ λαὸν μιμητὰς γενέσθαι τῶν ἀνομημάτων. συνέβαινε δὲ τοῦτο τῶν ἀρχομένων ἤθη, τοῖς ἡγεμόνων τρόποις. καὶ ὡς ἔλεγχον τῶν ἐκείνων ἀσελγείας τοῦ αὐτῶν σωφρονεῖν ὠφελοῦντας, ὡς ἀρετῇ ταῖς κακίαις αὐτῶν ἐπόντας. ἐπὶ γὰρ ἔτεσιν ὀκτὼ δέκα ἔσχεν ὁ τὰ τῶν βασιλέων ἔργα, μὴ ταῦτα προῃρεῖτο πράττειν τοῖς τότε πειθόμενος τεταγμένοις, ἀσεβοῦσι τε αὐτῷ καὶ ἀνόμοις, οὐδὲν μὴ προσηκούσης τῷ βασιλεῖ θέλοντες εἶναι δίκαιοι.

Κεφα-

Κεφάλαιον ΚΔ'.

Σύσακις ὁ αἰγυπτίων βασιλεὺς, στρατεύσας ἐπὶ τὰ ἱεροσόλυμα, καθεῖλε πᾶν πολίτευμα αὐτῆς εἰς αἴγυπτον μεταπέμψας.

A

CAP. IV.

Susacus Aegyptiorum rex captis Hierosolymis diuitias eius vrbis in Aegyptum transportauit.

ΤΙμωρὸν ἦν τῷ εἰς αὐτὸν ὕβρεων ὁ θεὸς ἐπιπέμπει τὸν αἰγυπτίων βασιλέα σύσακον. ὃν καὶ ὁ πλανηθεὶς ἡρόδοτος τὰς ἀφορμὰς αὐτῷ συσύρει ἀφοσιάμενος. ἔτει γὰρ ὁ σύσακος, πέμπτῳ ἔτει τῆς ῥοβοάμου βασιλείας, ἐπιστρατεύει μὲν πολλῶν αὐτῷ μυριάδων. ἅρματα μὲν γὰρ αὐτῷ χίλια καὶ διακόσια τὸ ἀριθμὸν ἐξηκολούθει. ἱππέων ἦν μυριάδες ἑξήκοντα. πεζῶν ἦν μυριάδες τεσσαράκοντα. τούτων τοὺς πλείστους λιβύας ἐπήγετο καὶ αἰθίοπας. ἐμβαλὼν οὖν εἰς τὴν χώραν τῶν ἑβραίων, καταλαμβάνεται τὰς ὀχυρωτάτας τῆς ῥοβοάμου βασιλείας ἀμαχητί. καὶ ταύτας ἀσφαλισάμενος, ἔρχεται ἐπὶ τοὺς ἱεροσολύμους. ἐγκεκλεισμένου δὲ τοῦ ῥοβοάμου καὶ τοῦ πλήθους ἐν αὐτοῖς διὰ τὸν σισάκην στρατιὰν, καὶ τὸν θεὸν ἱκετευόντων, δῆναι νίκην καὶ σωτηρίαν, ἀλλ' οὐκ ἔπεισαν τὸν θεὸν ἀγαθίαν μετ' αὐτῶν. ὁ δὲ προφήτης σαμαΐας ἔφησεν αὐτοῖς τὸν θεὸν ἀπειλεῖν ἐγκαταλείψειν αὐτοὺς, ὡς καὶ αὐτοὶ τὴν θρησκείαν αὐτοῦ κατέλειπον. ταῦτ' ἀκούσαντες, λύθησαν τὰς ψυχάς καὶ ἐπτοήθησαν. καὶ μηδὲν ἔτι σωτήριον ὁρῶντες, ἐξομολογοῦνται πάντες ὥρμησαν, ὅτι δικαίως αὐτοὺς ὁ θεὸς ὑποβρύχιους ποιεῖ καὶ αὐτὸν ἀσεβεῖς, καὶ συγχέοντας τὰ νόμιμα. καταδὼν δ' αὐτοὺς ὁ θεὸς ὅτως διακειμένους, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐθομολογουμένους, οὐκ ἀπολέσειν αὐτοὺς εἶπεν διὰ τὸν προφήτην. ποιήσειν μέντοι γε τοῖς αἰγυπτίοις ὑποχειρίους, ἵνα μάθωσι πότερον ἀνθρώπῳ δουλεύειν ὀξὺν ἀπονώτερον, ἢ θεῷ. παραλαβὼν ὁ σύσακος ἀμαχητὶ τὴν πόλιν, δεξαμένου ῥοβοάμου διὰ τὸν φόβον, οὐκ ἐπέμενε τὴν ὑμομένους σωθήσεως, ἀλλ' ἐσύλησε τὸ ἱερὸν, καὶ τοὺς θησαυροὺς ἐξεκένωσε τοῦ θεοῦ καὶ τοὺς βασιλικούς, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου μυριάδας ἀναριθμήτους βαστάσας, καὶ μηδὲν ὅλως ὑπολιπών. ὤφειλε δὲ καὶ τοὺς χρυσοῦς θυρεοὺς καὶ τὰς ἀσπίδας ἃς κατεσκεύασε σολομὼν ὁ βασιλεύς. οὐκ εἴασε δὲ καὶ τὰς χρυσᾶς φαρέτρας, ἃς ἀνέθηκε δαβίδης τῷ θεῷ, λαβὼν ὁδῷ τὸν σοφήνης βασιλέως. καὶ τοῦτο ποιήσας, ἀνέστρεψεν εἰς τὰ οἰκεῖα. μέμνηται δὲ ταύτης τῆς στρατείας καὶ ὁ ἀλικαρνασσεὺς ἡρόδοτος ὤφελε μόνον τοῦτο βασιλέως πλανηθεὶς ὄνομα, καὶ ὅτι ἄλλοις τε πολλοῖς ἐπῆλθεν ἔθνεσι καὶ τῶν παλαιστίνων συχνὰ ἐδουλώσατο, λαβὼν ἀμαχητὶ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐν αὐτῇ. φανερὸν δ' ὅτι τὸ ἡμέτερον ἔθνος βούλεται δηλοῦν κεχειρωμένον ὑπὸ τοῦ αἰγυπτίου. λέγει γὰρ ὅτι σπίλας κατέλειπεν ἐν τῇ τῶν ἀμαχητὶ ἁλόντων αὐτοὺς αἰδοῖα γυναικῶν ἐγχράψας. ῥοβοάμος δ' αὐτῷ παρέδωκεν ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς, ἀμαχητὶ τὴν πόλιν. φησὶ γὰρ καὶ αἰθίοπας παρ' αἰγυπτίων μεμαθηκέναι τὴν αἰδοίων ἀποτομήν. φοίνικες γὰρ καὶ σύριοι οἱ ἐν τῇ παλαιστίνῃ, ὁμολογοῦσι παρ' αἰγυπτίων μεμαθηκέναι. δῆλον δὲν ὅτι μηδένες ἄλλοι ἀποτέμνουσι τὰ ἐν παλαιστίνῃ σύρων, ἢ μόνοι ἡμεῖς. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἕκαστοι λεγέτωσαν ὅτι αὐτοῖς δοκεῖ. ἀναχωρήσαντος δὲ σισάκου, ῥοβοάμος ὁ βασιλεὺς, ἀντὶ μὲν τῶν χρυσῶν θυρεῶν καὶ τῶν ἀσπίδων χαλκᾶς ποιήσας, τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν παρέδωκεν τοῖς τῶν βασιλέων φύλαξιν. αὐτὸς δὲ τὸν μὲν στρατηλάτης διαφανοῦς, καὶ ἐν τοῖς περιττοῖς λαμπρότητος διάγειν, ἐβασίλευσεν ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ καὶ δίκῃ, πάντα τὸν χρόνον ἐχθρὸς ὢν ἱεροβοάμῳ. ἐτελεύτησε δὲ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα καὶ ἑπτά,

Hanc contumeliam Deus per Susacum Ægyptiorum regem vltus est, cuius res gestas Herodotus per errorem Sesostri adscribit hic enim Susacus quinto anno Roboami regni numerosissimum exercitum contra illum adduxit: in quo fuisse ferunt currus MCC. equitũ LXM. peditum CCCCM. eius miles maximè ex Afris constabat ac Æthiopibus. Irrumpens igitur in Hebræorum regionẽ, munitissimas Roboami vrbes sponte deditionem facientes in fidem suam recepit, quibus præsidio firmatis postremo Hierosolyma est aggressus. Roboamus verò vnà cũ suis à Susaci exercitu obsessus, versus ad supplicationes exorare Deum nõ potuit, vt victoriã annueret. Samæas quoque propheta eos terruit, dicens Deum minari defecturum se illos qui cultum ipsius priores deseruerant: quamobrem consternati, & videntes nullã salutis spem reliquam, omnes confiteri cœperũt, iure se à Deo propter impietatem ac legum neglectum destitutos. Deus autem videns eos sic affectos, & peccata sua cõfitentes, per prophetam denuntiauit, nolle se eos perdere, subditurum tamen Ægyptiis, vt experiantur vtrum cõmodius sit, Deo seruire an homini. Susacus autem Roboamo propter metum dedente vrbem, conditiones non seruauit: sed deprædatus templum, thesauros tum Deo sacros tum regios expilauit, exportata innumera auri atque argenti multitudine, ac ne scrupulo quidẽ relicto. Detraxit etiam aurea scuta & clypeos, quos Solomon rex fecerat: ac ne pharetras quidem aureas reliquit, quas Dauid dedicauerat, à Sophenę rege acceptas: atque ita cum opima præda domũ est reuersus. Meminit autẽ huius expeditionis etiam Halicarnassensis Herodotus, in nomine tantũ errans, & quòd peruasis multis aliis gentibus etiam Palæstinam Syriam subiugarit, hominibus non expectata vi deditionem facientibus. Apparet autem satis quòd nostram gentẽ dicere velit ab Ægyptio subactam. narrat enim hunc columnas reliquisse apud eos qui prius quàm Martẽ experirẽtur deditionẽ fecissent, in quibus pudẽda muliebria insculpta fuerint. Roboamus aũt is fuit rex noster, qui vrbẽ antequã oppugnaretur dedidit. Idem ait Aethiopas quoque ab Ægyptiis circumcisionem virilium didicisse. Phœnicas enim & Syros Palæstinos fateri se hanc ab Ægyptiis accepisse. Constat autem quòd nulli alij circuncidantur in Palæstina Syriæ præterquam nos. Sed de his quisque suo arbitratu sentiat. Post Susaci discessum Roboamus pro scutis & clypeis aureis parem æreorum numerum refecit, eaque scutariis & excubitoribus suis assignauit: & sine vlla memorabili expeditione, aut præclaro facinore, quietus regni sui tempora elabi passus est, metu cohibente, eò quòd perpetuum illi esset cum Hieroboamo dissidium. Vixit annos LVII. ex quibus decem & septem in principatu exegit,

vir arrogans ac insipiens, vt qui propter spretũ paternorum amicorum consilium tantam ditionem amisit. Sepultus est Hierosolymis in regiis conditoriis. In regnum paternum Abias successit octauum iam supra decimum agens annum, Hieroboamo apud decem tribus regnũ obtinente.

XL. Et quoniam huius regis exitum diximus, superest vt quis Hieroboami finis fuerit consequenter subnectamus. Is nullum neque modum neque finem impietatis faciens, singulis diebus aras in excelsis lucis extruebat, & sacrificos his è vulgo assignabat. Hanc suam contumeliam, dignámque tanta impietate pœnam, non multo pòst Deus in caput ipsius atque familiæ vertit. Cúmque filius eius Obimes illo tempore ægrotaret, iussit vxorem suam mutato cultu, sumptóque priuato habitu, ad Achiam prophetam proficisci. esse enim hunc virum in prædicendis futuris mirificum, à quo ipse olim regnum sibi deberi cognouisset. mandauítque vt quasi peregrina de filio percontaretur, essétne præsentem morbum euasurus. Illa habitu mutato, ita vt à marito iussa fuerat, in Siluntem vbi tum Achias degebat, peruenit. Iámque aduentante ad illius ædes muliere, cæcutiẽti præsenio Deus apparuit, indicans & quòd Hieroboami vxor ad eum veniret, & quid ad interrogata respondendum sit. Et cùm iam prosoribus esset priuatam hospitem simulans, exclamat: Ingredere Hieroboami coniux, quid teipsam celas? Deum certè latere non potes, qui me de aduentu tuo præmonuit, mandauítque quid tecum locui debeam. Vade igitur ad maritum, & hæc Dei verbis ei renuncia. Quoniam te magnum è paruo & nihili reddidi, & abscisso à Dauidis familia regno, tibi illud dedi: tu contrà immemor horum beneficiorum fusiles deos quàm me colere maluisti: ideò delebo te & tuum genus, & cadauera vestra à canibus atque alitibus deuorabuntur. constituam enim regem super populum meum, qui neminem è Hieroboami genere superstitem est relicturus. Nec populus erit expers vltionis, sed excidet è terra bona hac, & in transeuphratenses regiones dispergetur, quia regis impietatem est imitatus, & deos ab illo factos adorat, relictis meis ceremoniis. Tu verò mulier ad maritum propera, hæc illi renunciatura. Filium enim mortuum reperies. nam te vrbem ineunte, ille è vita exiturus est: sepelieturque defletus à toto populo, & publico luctu honoratus. Solus enim hic è Hieroboami familia bonus existit. Hoc oraculo mulier territa se proripit, & toto itinere futuram filij mortem iam tum deplorans, plangénsque misera properat propter maritum eadem opera filio fatum accelerans, quem non nisi mortuum visura erat: reuersáque domum illum quidem ita vt propheta prædixerat, exanimem reperit, regi verò cuncta ordine renuntiauit.

3. Reg. 14.

A βασιλεύσας δ' αὐτῷ, ἐπτακαίδεκα. τὸν τρόπον ἀλαζὼν ἀνὴρ & ἀκόσμητος, καὶ ὥστε τὸ μὴ θεοσεβεῖν τοῖς πατρώοις φίλοις, τ' ἀρχὴν ἀπολέσας. ἐτάφη δ' ἐν ἱεροσολύμοις ἐν ταῖς θήκαις τ' βασιλέων. διεδέξατο δ' αὐτὸν τ' βασιλείαν, ὁ υἱὸς ἀβίας, ὀγδοον ἤδη καὶ δέκατον ἔτος ἱεροβοάμου τὴν δεκαφυλῶν βασιλεύοντος. καὶ ταῦτα μέν, τοιοῦτον ἔχει τέλος. τὰ δ' ὀφείλοντα ἱεροβοάμου ἀπόλυσθαι τέτων ἑχομένως πῶς κατέστρεψε τὸν βίον διεξελθεῖν. ἐπεὶ γὰρ ἐκλιπὼν ἁπλῶς ἠρέμησεν εἰς τὸν θεὸν ἐξυβρίζων, ἀλλὰ καθημέραν ὅλοις τοῖς ὑψηλοῖς βωμοὺς ἀΐσσας, καὶ ἱερεῖς ἐκ τ' πλήθους ἀποδείκνυς διετέλει. ταῦτα δ' ἐμελλεν ἐκ εἰς μακρὰν τ' ἀσεβήματα καὶ τ' ἐπ' αὐτῷ δίκλω εἰς τ' αὐτ' κεφαλὴν, καὶ πάσης αὐτ' τ' γυναῖκας ζῆλον τὸ θεῖον. κάμνοντος δ' αὐτ' κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῷ παιδὸς ὃν ὀβίμελον ἐκάλουν, τὴν γυναῖκα αὐτ' θεοσέταξεν, τ' σολὼν ἀποθεμένην, & χῆμα λαβοῦσαν ἰδιωτικὸν, παραδῦναι πρὸς ἀχίαν τὸν προφήτην. ἦν γὰρ θαυμαστὸν ἀνδρα, περὶ τ' μελλόντων προφητεῦν. καὶ γὰρ περὶ τῆς βασιλείας αὐτ' τέτον διεσαφήνει. ταῦτα μηνυομένην δ' ἐκέλευσε περὶ τ' παιδὸς ἀκριβεῖσθαι ὡς ξένην, εἰ διαφθείξεται τὴν νόσον. ἡ δ' μεταχηματισαμένη, καθὼς αὐτῇ προσέταξεν ὁ ἀνὴρ, ἦκεν εἰς σιλὼ πόλιν. ἐκεῖ γὰρ διέτριβεν ὁ ἀχιας. καὶ μέλλουσα εἰς τὴν οἰκίαν αὐτ' εἰσιέναι, τὰς ὄψεις ἠμαυρωμένην δέκα τὸ γῆρας, ὑπέφανεις ὁ θεὸς, ἀμφότερα αὐτ' μηνύει, τήν τε ἱεροβοάμου γυναῖκα πρὸς αὐτὸν ἀφιγμένην, καὶ τί δεῖ περὶ ὧν πάρεστιν ὑποκρίνασθαι. παρεισέρχεται δ' ἡ γυναικὸς εἰς τὴν οἰκίαν ὡς ἰδιώτης καὶ ξένης, αἰσθόμενος, εἴσελθε ὦ γύναι ἱεροβοάμου, τί κρύπτεις σαυτήν; τὸν γὰρ θεὸν ἐ λανθάνεις, ὃς ἀφιγμένην τε μοι φανεὶς ἐδήλωσε, καὶ προσέταξε τίνας ποιήσομαι τοὺς λόγους. ἀπελθοῦσαν οὖν πρὸς τὸν ἄνδρα, ἔφραζεν αὐτῷ ταῦτα λέγειν. ἐπεὶ σὲ μέγαν ἐκ μικροῦ & μηδενὸς ὄντος ἐποίησα, & ἀποχίσας τὴν βασιλείαν ἀπὸ τῆ δαβίδου γένους σοὶ ταύτην ἔδωκα. σὺ δ' τούτων ἠμεμόνησας, καὶ τὴν ἐμὴν θρησκείαν καταλιπὼν, χωνεύς θεοὺς κατασκευάσας ἐκείνους ἐτίμας. ἔτως σε πάλιν καθαιρήσω. καὶ πᾶν ἐξολοθρεύσω σε τὸ γένος, καὶ κυσὶ καὶ ὄρνισι βορὰν ποιήσω γενέσθαι. βασιλεὺς γὰρ ἐξαιρήσεται τ' ὑπ' ἐμοῦ λαὸς παντὸς, ὃς νῦν ἀπολείψει τῆς ἱεροβοάμου γένους. μαθέξει δ' τῆς τιμωρίας καὶ τὸ πλῆθος ἐκπεσὸν τῆς ἀγαθῆς γῆς, καὶ διασπαρὲν εἰς τοὺς πέραν Εὐφράτου τόπους, ὅτι ζοῖς τῆ βασιλέως ἀσεβήμασι κατηκολούθησε, καὶ ζοὶ ὑπ' αὐτ' γενομένοις θεοσεβεῖ θεοὺς, τὴν ἐμὴν θυσίαν ἐγκαταλελοιπόν. σὺ δ' ὦ γύναι, ταῦτα μαθοῦσα ἀπόδραθι πρὸς τὸν ἄνδρα. τὸν δ' υἱὸν καταλήψῃ τεθνηκότα. σοῦ γὰρ εἰσιόντος εἰς τὴν πόλιν, ἀπολείψει τὸ ζῆν αὐτόν. ταφήσονται δ', κλαυσθεὶς ὑπὸ τῆ πλήθους παντὸς, κοινῆ τιμηθεὶς σὺν θεῖ. & γὰρ μόνος τ' ἐκ τῆ ἱεροβοάμου γένους ἀγαθὸς εὑρεθήσεται. ταῦτα οὖν θεοφητεύσαντος, ἐκπηδήσασα ἡ γυνὴ τεταραγμένη, καὶ τῷ θεσπισμένῳ παιδὸς θανάτῳ θρηνώδης, θρηνοῦσα διὰ τῆς ὁδοῦ, ἠ τὴν μέλλουσαν τῆ τέκνε κηδεμόνα τελευτὴν, ἆθλια τοῖς παιδὸς ἐπείγετο κακοῖς ἀμηχάνοις, ἠ ἀτυχὴ μὲ αὐτυχεῖ χεωμένη διὰ τ' ὁδὸν. ἔμελλε γὰρ αὐτὸν ἐπειχθεῖσα θεάσεσθαι νεκρὸν, ἀναγκαία δ' διὰ τ' ἀνδρα, ἠ θεραπευομένη, τὸν μὲ ἀπατηθεῖσαν καθὼς εἶπεν ὁ θεσπίτης κρῦψαι, τῷ δ' βασιλεῖ, πάντα ἀπήγγελε.

Κεφάλαιον έ.

Στρατεία ἱεροβοάμου ὅπι τὸν υἱὸν ῥοβοάμου, καὶ νίκη, καὶ ὅτι βασάκης τῶν ἱεροβοάμου γραῖαν ἀφθείρας, αὐτὸς τὴν βασιλείαν ἔσχεν.

ΙΕροβόαμος ὁ ὑὸς νεβὰτ τούτων φρονήσας, πολλῷ ἀριθμήσας στρατιὰν, ὅπι τὸ ῥοβοάμου παῖδα τῶν δύο φυλῶν τὴν βασιλείαν τῷ παρὸς ἀφηλικίαν ἐκδεξάμενον ἀβίαν ἐξεστράτευσε πολεμήσων. κατεφέρει γὰρ αὐτὸν ἀφ' ἡλικίαν. ὁ δ' ἀκούσας τῶν ἔφοδον τοῦ ἱεροβοάμου, πρὸς αὐτῶν ἐκπλαγή, γιγνόμενος δ' ἐπάνω τοῦ νεότητος τῆς φρονήματι καὶ τῆς ἐλπίδος τῶν πολεμίων, στρατιὰν ὁπλέξας ἐπὶ τῶν δύο φυλῶν, ἀπιώτησε τῆς ἱεροβοάμου εἰς τόπον τινὰ καλούμενον ὄρος σαμάρων. καὶ στρατοπεδευσάμενος ἐγγὺς αὐτοῦ τὰ πρὸς τὸν μάχιμα ἠυξέπιζεν. ἦν δ' ἡ δύναμις αὐτοῦ, μυριάδες τεσσαράκοντα. ἡ δὲ τοῦ ἱεροβοάμου στρατιὰ, διπλασίων ἐκείνης. ὡς δὲ τὰ στρατεύματα πρὸς τὰ ἔργα ἦσαν καὶ τοὺς κινδύνους ἀντεπαρετάσσετο καὶ συμβαλεῖν ἔμελλε, στὰς ἐφ' ὑψηλῶ τινος τόπου ἀβίας, καὶ τῇ χειρὶ κατασείσας, τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἱεροβόαμον ἀκούσαι πρῶτον αὐτοῦ μετ' ἡσυχίας ἠξίωσε. θορυβούμενος δὲ σιωπῆς, ἤρξατο λέγειν, ὅτι μὲν τὴν ἡγεμονίαν ὁ θεὸς δαβὶδ καὶ τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ κατένευσεν εἰς ἅπαντα χρόνον, δῆλοι ὑμεῖς ἐστε, θαυμάζω δὲ πῶς ἅπαντες τῷ μὲν παρὸς, τῷ δούλῳ ἱεροβοάμου προσέθεσθε καὶ μετ' ἐκείνου πάρεστε νῦν ὅπι τοῖς ὑπὸ τοῦ θεοῦ βασιλεύειν κεκριμένοις πολεμήσοντες, καὶ τὴν ἀρχὴν ἁρπασόμενοι τὴν ὑπάρχουσαν. τὸ μὲν γὰρ πλεῖον μέχρι νῦν ἱεροβόαμος ἀδίκως ἔχει. ἀλλ' οὐκ οἰόμενος αὐτὸν ἀπολαύσειν ὅπι πλείονα χρόνον, ἀλλὰ δοὺς καὶ τοῦ παρελπλυθότος δίκην τῷ θεῷ, παύσει τὴν ὠμότητα, καὶ τὴν ὕβρεων ἃς ἐξελέλοιπεν εἰς αὐτὸν ὑβρίζων, καὶ ταῦτα ποιεῖν ὑμᾶς ἀναπεπεικώς. οἳ μηδὲν ἀδικηθέντες ὑπὸ τοῦ μὲν παρὸς, ἀλλ' ὅτι μὴ πρὸς ἡδονὴν σκληρότερον ὁμίλησεν, ἀνθρώπων πονηρῶν συμβουλείᾳ πεισθεὶς, ἐγκατελείπετε μὲν τὸν δεσπότην ὑπ' ὀργῆς ἐκεῖνον, τῇ δὲ ἀληθείᾳ αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἐκείνου νόμων ἀπεστατήσατε. καί τοι συνεγνωκέναι καλῶς εἶχεν ὑμᾶς, εἰ λόγων μόνων δυσκόλων, ἀνδρὶ νέῳ καὶ δημαγωγίας ἀπείρῳ, ἀλλ' εἰ μὴ πρός τι δυσχερὲς ἡ νεότης αὐτὸν, καὶ ἡ ἀμαθία τῶν πατρῴων ὄζῃ ἤθους ἔργον, δίκαι τε σολομῶντα τὸν πατέρα, καὶ τὰς εὐεργεσίας ἐκείνου. παραίτησιν γὰρ ἔχει τῶν ἐγκλημάτων ἀμαρτίας τὰς τῶν πατέρων δύποιας. ὑμεῖς δ' ἐδὲν τούτων ἐλογίσασθε, ὅτε τότ' ὅτε νῦν. ἀλλ' ἤκετε στρατὸς ἐφ' ἡμᾶς τοσοῦτος. τίνι καὶ πεποιθότως πρὸς τὴν νίκην; ἢ τοῖς χρυσοῖς θαμάλεσι, καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν ὀρῶν βωμοῖς, ἃ δείγματα τῆς ἀσεβείας ἐστὶν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ τῆς θρησκείας; ἢ τὸ πλῆθος ὑμῶν δ' ἐλπίδας ἀπεργάζεται, τῶν ἡμετέραν στρατιὰν ὑποβάλλον; ἀλλ' ἐ δή τις οὐκ ἴοιτ' μυριάδων στρατῷ μὴ ἀδικημάτων πολεμουμένου. ἐν γὰρ μόνῳ τῷ δικαίῳ καὶ εἰς τὸ θεῖον εὐσεβεῖ τὴν βεβαιοτάτην ἐλπίδα τοῦ κρατεῖν τῶν ἐναντίων ἐκτοπεῖσθαι συμβέβηκεν. ἥτις ἐστὶ παρ' ἡμῖν τετηρημένη ἀπ' ἀρχῆς τὰ νόμιμα, καὶ τὸν ἕνα θεὸν σεβομένοις. οὐ δὲ χεῖρες ἐποίησαν ἐξ ὕλης φθαρτῆς, δι' ὅπινοια πονηροῦ βασιλέως ὅπι τῇ τῶν ὄχλων ἀπάτῃ κατεσκεύασεν, ἀλλ' ὃς ἔργον ἐστὶν αὐτὸς καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος τῶν ἁπάντων. συμβουλεύω τοιγαροῦν ὑμῖν ἔτι καὶ νῦν μεταγνῶναι, καὶ λαβόντας ἀμείνω λογισμὸν, παύσασθαι τοῦ πολεμεῖν. καὶ τὰ πάτρια καὶ τὸ πρέπον ὑμᾶς ὅπι τοσοῦτο μέγεθος δυνάμεως γνῶναι.

CAP. V.

Hieroboami contra Abiam filium Roboami expeditio & clades, & quòd Basanes Hieroboami generis extirpator, ipse regnum occupauerit.

AT Hieroboamus nihil his motus, magnis delectibus habitis contra Abiam filium Roboami, duarum tribuum regem, qui tum patri succesſerat, duxit exercitum, propter ætatem eius non satis administrandis rebus maturam, sperans se facilem victoriam reportaturum. Ille verò audito aduentu Hieroboami haudquaquam est perterritus, sed supra ætatem, & supra quàm hostis sperauerat, impigrè collecto è duabus tribubus exercitu, occurrit Hieroboamo in quodam loco qui appellatur mons Samaron, & prope illum castra metatus ad prælium se & suos parabat. Habebat autem in castris quadraginta millia militum: Hieroboami copiæ duplo numerosiores fuêre. Vt verò pugnandi studio acies instructæ ex aduerso cõstitêre, Abias occupato editiore quodam loco, manu mota silentium ab hoste petiit. Quo impetrato, sic orsus est dicere: Quòd Dauidi atque eius posteris regnum in multas ætates duraturum diuinitus sit concessum, ne ipsi quidem ignoratis: quo magis miror cur deserto meo patre, Hieroboamo eius seruo adhærere malueritis, & nunc ab illo contra nos stetis iusto Dei suffragio principatum obtinentes, impugnaturi nos & reliqua regni parte repulsuri. maiorẽ enim eius partem Hieroboamus iam nunc iniusta vi occupat. Sed non diu fruetur sua tyrannide, dabit Deo pœnas perpetratorum scelerũ, qui finem imponet eius nefariis facinoribus, quandoquidem ipse non vult imponere atque etiam vos ad omnem iniquitatem incitare non desinit. Hoc enim autore nulla iniuria prouocati à meo patre, tantum quia malis consiliis seductus, parum comiter vos allocutus est, irati deseruistis non tam illum quàm Deum optimũ maximum, legésque eius omnium quæ vnquã fuêre sanctissimas. Atqui æquum erat veniam dedisse non solùm verbi durioris homini iuueni & concionandi non admodum perito, sed etiam si re aliquid per ætatẽ peccasset, vel propter Solomonem patrem, & illius in hanc gentem beneficia. Par enim est parentum meritis posterorum errata condonari. Vos verò nullam eorum rationem habuistis, ac ne nunc quidem habetis, sed tam numeroso exercitu contra nos venitis. qua quæso re freti? num aureis illis vitulis, & aris ac lucis celsioribus, quæ non religionis sed impietatis vestræ argumẽta sunt? An fortè multitudo qua potiores estis, spem vobis facit victoriæ? At nihil pollet quãtũlibet innumera vis exercitus, pro iniustitia cõtra ius arma ferentis. In sola enim pietate ac iustitia spes victoriæ sita est, quę profectò penes nos est, qui cõstãter in seruãdis legibus & veri numinis cultu perseueramus: quẽ nõ manus artificis è materia fragili sculpserũt, nec; sceleſtus rex commẽtus est ad imponẽdũ vulgo ignobili: sed qui cõditor est omniũ, & principiũ huius vniuersitatis simul & finis. Quãobrẽ nũc quoque suadeo vt resipiscatis, & secuti meliora consilia desinatis contra instituta patria bellum gerere, per quæ ad tantam felicitatem peruenistis.

Deum in hanc sententiam Abias verba facit ad Israeliticum populum, interim à Hieroboamo pars copiarum occultè missa à tergo Abianorũ conspicitur: qui circumuentos se videntes non mediocriter sunt territi. Ibi Abias bono animo suos esse iubet, omnémque inducias in Deo ponere. illum certè nullis hominũ insidiis circumueniri. Ad hanc regis vocem redditus est militi animus: & inuocata ope numinis, ad sacerdotum classica ingenti clamore sublato alacritatis indice in hostem irruunt. Nec defuit cæleste auxilium, quod hostium vigorem retudit, Abianis longè præpollentibus. Tantam enim stragem ediderunt, quanta in nullis vel Græcorum vel Barbarorum inuenitur commentariis. Cæsis enim quingentis millibus memorabilem apud omnes posteros victoriam retulerunt: & vrbes eorum munitissimas vi captas deripuerunt, Bethlen cum sua ditione, Iemque Ianam & huic coniunctam ditionem. Post eam cladem Hieroboami vires omnino fractæ fuêre, quandiu Abia fuit superstes. Defunctus enim est non multo post victoriam, exacto tertio principatus sui anno: sepultúsque est Hierosolymis in maiorum suorum conditoriis, relictis filiis viginti duobus, filiabus sexdecim. is liberorum numerus è mulieribus XIV. ei susceptus est. In regnum successit filius Asanus, matre Machæa genitus, quo regnante Israelitarum regio decenni pace potita est. Atque hæc sunt quæ de rebus Abiæ sunt prodita. Mortuus est deinde etiam Hieroboamus rex decem tribuum, cùm regnasset annis viginti duobus, secundo iam anno regni Asanici exacto. Eius loco imperauit filius Nadabus paternæ malitiæ ac impietatis æmulus, eóque in principatu biennium exegit. Quo tempore ducto exercitu ad Gabatho Palæstinorum vrbẽ putabat se eam obsidione posse capere. Interim quidam è domesticis eius amicis Baanes Macheli filius insidiis interceptum occidit, & arrepto regno totam eius stirpem excidit, euenitque iuxta prophetæ vaticinium, vt qui ex Hieroboami cognatis in vrbe trucidabantur, a canibus laniati absumerentur: qui verò in agris, ab alitibus. Atque in hunc modum Hieroboami familia debitas impietatis & scelerum pœnas exoluit.

A Ταῦτα μ̀ ἀβίας διελέχθη πρὸς τὸ πλῆθος. ἔπι δ' αὐτοῦ λέγοντος, λάθρα τινὰς τῶν στρατιωτῶν ὁ ἱεροβοάμης ἐπεμψε περικυκλωσομένους τ' ἀβιαν ἐκ τινων ἀφανερῶν τὸ στράτευμα δὲ μερῶν. μέσοι δ' αὐτοῦ περιληφθέντες τῶν πολεμίων, ἡ μ̀ στρατιὰ κατέδεισε, καὶ ζωὶς ψυχῆς ἀνέπεσεν. ὁ δ' ἀβιας παρεθάρρυνε Ϲ τὰς ἐλπίδας ἐχειν ἐν τῷ θεῷ παρεκάλει. τοῦτον γὰρ ἐκ κύκλῳ πρὸς τ' πολεμίων. οἱ γ̀ ὁμῶ πάντες ὑπικαλεσάμενοι τ' παρὰ τ' θεῦ συμμαχίαν, τῷ ἱερέων τῇ σάλπιγγι σημανάντων, ἀλαλάξαντες ἐχώρησαν ὅπι τοὺς πολεμίους. Ϲ τῷ μ̀, ἔθραυσε τὰ φρονήματα, καὶ τὰς ἀκμὰς αὐτῶν ἐξέλυσεν ὁ θεὸς. τὼ γ̀ ἀβία στρατιὰ, ἰσχυροτέραν ἐποίησεν. ὅσους γὰρ οὐδέποτε ἐμνημονεύθη φόνους ἐν πολέμῳ γεγονέναι, οὔθ' ἑλλήνων οὔτε βαρβάρων, τοσούτους ἀποκτείναντες τ' ἱεροβοάμου δυνάμεως, θαυμασιὼ Ϲ ὀλιγοπόν νίκην θεῦ λαβεῖν ἠξιώθησαν. πεντήκοντα γὰρ μυριάδας τ' ἐχθρῶν κατέβαλον, καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν διήρπασαν τὰς ὀχυρωτάτας ἑλοντες κατακράτος, τήν τε βηθήλιν καὶ τ' ὑπαρχίαν αὐτ', καὶ τ' ἰσανὰν, καὶ τ' ὑπαρχίαν αὐτῆς. Ϲ ἱεροβοάμης μ̀, οὐκ ἐτι μετ' αὐτὴν τ' ἥτταν ἴσχυσεν ἐφ' ὅσον ἀβίας περιῆν χρόνον. τελευτᾷ δ' ὀλίγον τῇ νίκῃ χρόνον ὑπερήσας, ἔτη βασιλεύσας ξία. καὶ θάπτεται ὡς ἐν ἱερουσαλύμοις, ἐν ταῖς προγονικαῖς θήκαις. ἀπολείπει γ̀ υἱοὺς μ̀ δύο Ϲ εἴκοσι. θυγατέρας γ̀ ἑξκαίδεκα. πάντας γ̀ τούτους ἐκ γυναικῶν δεκατεσσάρων ἐτεκνώσατο. διεδέξατο δ' αὐτοῦ τ' βασιλείαν ὁ υἱὸς ἀσανος. καὶ ἡ μητὴρ τῇ νεανίσκῳ, μαχάμη ὄνομα. οὗτος κρατήσας, ἀπέλαυσεν ἡ χώρα τῆς ἰσραηλιτῶν εἰρήνης, ὅπι ἐτη δέκα. καὶ τὰ μ̀ ὡς ἀβίαν τ' ροβοάμου τὸ σολομῶνος, ἕως παρελήφαμεν. ἐτελεύτησε γ̀ καὶ ἱεροβοάμης ὁ τῶν δέκα φυλῶν βασιλεὺς, ἄρξας ἐτη δύο καὶ εἴκοσι. διαδέχεται δ' αὐτὸν ὁ παῖς νάδαβος, δεύτερον ἔτος ἤδη τ' βασιλείας ἀσάνε διελθυθότος. ἦρξε γ̀ ὁ τῦ ἱεροβοάμου παῖς ἔτη δύο, τῷ πατρὶ τ' ἀσέβειαν καὶ τ' πονηρίαν ἐμφερὴς ἀν. ἐπ γ̀ τούτοις ταῖς δυσὶν ἔτεσι στρατευσάμενος ὅπι γαβαθὼ πόλιν παλαιστίνων ὄσαν πολιορκίᾳ λαβεῖν αὐτὴν προσέμβαλεν. ὑπβελυθεὶς γ̀ ἐκεῖ ὑπὸ φίλου τινὸς βασάμου ὄνομα, μαχείλου γ̀ παιδὸς, ἀποθνήσκει. ἐς μ̀ τὼ τελευτὴν αὐτοῦ τ' βασιλείαν ὠδαλαβών, ἅπαν τὸ ἱεροβοάμου γένος διέφθαρε. Ϲ σωίβη καὶ τῷ θεῦ προφητείαν, τοὺς μ̀ ἐν τῇ πόλει τῷ ἱεροβοάμου συγγενῶν ἀποθνήσκοντας ὑπὸ κυνῶν ἀπαραχθῆναι Ϲ δαπανηθῆναι, τοὺς δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς, ὑπ' ὀρνίθων. ὁ μὲν οὖν ἱεροβοάμου οἶκος, τ' ἀσεβείας αὐτοῦ καὶ τῶν ἀνομημάτων ὑπέσχεν ἀξίαν δίκην.

B

C

D

E

F

Cap. VI.

Aethiopum irruptio in Hierosolymitanum agrum sub Asano, & exercitus eorum interitus.

Κεφάλαιον ς'.

Αἰθιόπων ἐπιστρατεία τῆς ἱεροσολύμων βασιλεύοντος ἀσάνου, καὶ διαφθορὰ τῶν ἐκείνου.

hospitij iure primùm receptus, deinde per nostram bonitatem in tanto honore habitus, vt patris appellatione eum dignaremur, & adorari iuberemus, atque secundum post nos locum obtinere, felicitatem suam ferre non potuit, neque sobria mente magnitudinem honoris metiri: sed regno meo struxit insidias, & eo cui vitam & imperium debeo, benefactore ac seruatore Mardochæo ptiuare me voluit, simúlque vitæ ac regni socia Esthere, malis artibus petitis ad interitum. Sic enim orbato mihi hominibus amicissimis, imperium postremò voluit adimere. Ego verò quoniam à scelesto homine destinatos neci Iudæos non malos esse compertum habeo, sed optimis institutis viuere, ac Deum colere eum qui & maioribus meis & mihi largitus est & seruat hoc imperium, non solùm absoluo eos à pœna quæ prioribus continetur literis, per Amanem ad vos transmissis, quibus mentem adhibere non debetis: verumetiam volo vt eos omni honore persequamini, nam eum qui his perniciem molitus est, cum tota familia pro portis Susorum in cruces suffixi, omnipotente Deo iustissimas pœnas à scelesto exigente. Iubeóque vt transcriptis in plurima exemplà & per totam nostram ditionem vulgatis his literis, Iudæos sinatis suis legibus in pace viuere: cíisque sitis auxilio, vt possint pœnas sumere de illis qui eorum aduersis temporibus iniurias eis facere ausi sunt: idque decimatertia die mensis duodecimi qui est Adar: quandoquidem Deus eam diem per internecina salutarem eis esse voluit: quæ quidem felix sit iis qui nobis bene cupiunt, & monumentum vltionis de insidiarum machinatoribus. Notum esse volo omnibus & vrbibus & gentibus, quòd quæcunque aliquid ex his quæ nunc mandamus per inobedientiam facere neglexerit, ferro & igni vastabitur. atque hæ literæ proponantur per vniuersam nostram ditionem, & accingant se vtique in præscriptam diem, vt se de inimicis suis vindicent. Cum his literis continuò veredarij per omnes vias dimissi sunt. Mardochæum verò cultu regio coronáque aurea & torque ornatum è palatio prodeuntem vt videre Iudæi, felicitatem eam sibi quoque communem interpretati sunt. Ingens præterea gaudium, quasi noua salutis luce oborta, dum per singulas vrbes proponuntur regiæ literæ, Iudæos omnes quotquot vel oppida vel agros habitarent occupauit: ita vt multi aliarum gentium, metu eorum circuncidentes verenda, securitatem sibi hoc pacto quærerent. Nam ad decimamtertiam diem mensis duodecimi, qui Hebræis Adar, Macedonibus Dystrus dicitur, perlatæ literæ regiæ animabant Iudæos, vt qua die ipsis imminebat exitium, ea in inimicos impune sæuirent. quo factum est vt procuratores, magistratus, satrapæ, tyranni, reges in precio Iudæos haberent, omnibus modestiam indente metu ex Mardochæo. post diuulgatas enim vbique regias literas,

etiam apud Susa interfecerunnt Iudæi ex inimicis suis circiter D. homines: & cùm rex coniugi indicaret cæsorum inter mœnia numerum: nã incompertum esse quantus sit in aliis ciuitatibus, rogarétque ecquid amplius vellet, potiturã enim cupitis: rogauit illa vt permitteret Iudæis sequenti quoque die in reliquias inimicorum ad eundem modum desæuire, & decem Amani filios in crucem agere: & id quoque Iudæis concessum est, rege nolente Estheri in vlla re contradicere. At illi rursum cateruatim decimaquarta Dystri discurrentes, occiderunt fermè trecentos ex aduersariis, ne minimum quidem attingendo ex eorum facultatibus: per alia verò oppida eodem Iudæorum incursu perierunt LXXV. millia eorum qui pro inimicis sunt habiti: quæ cædes decimatertia die patrata est, sequentem verò festis attribuerunt epulis. apud Susa quoq; quartamdecimam sequentis mensis per festos cœtus celebrauerunt: vnde hodie quoque per totum orbem Iudæis hi dies festi sunt, & partes de conuiuiis sibi mittunt inuicem. Scripsitque Mardochæus omnibus sub Artaxerxis dominio degentibus Iudæis, vt vniuersi hos dies festos agerent, & posteritati quoque traderent, vt sempiternum id festum ad perpetuam rei memoriam maneat. Æquum nanque esse, vt cùm per eos dies dolis Amanis in salutis discrimen adducti sint, tam suæ liberationis, quàm de inimicis vindictæ memoriã celebrẽt, & pro tanto beneficio Deo agant gratias. Quamobrem ea festa per eos dies obseruant, Phuræa vocantes, quasi conseruatoria. Cæterùm Mardochæus illustri loco apud regem fuit, vir præpotens, regi administrationis, reginæ verò etiam vitæ socius: quorum opera Iudæorum res floruerunt suprà quàm vel spetare poterant. Atque hæc ferè sunt quæ sub hoc rege genti nostræ euenêre memorabilia.

CAP. VII.

Bagoses, penes quem Artaxerxis iunioris exercitus fuit imperium, multis iniuriis Iudæos affecit.

VII. POst Eliasibi autem pontificis obitum, sacerdotium eius Iudas filius iure suscepit hæreditario: & huic quoque defuncto successit Ioannes filius, qui in causa fuit, vt Bagoses Artaxerxis copiarum imperator templum pollueret. idem dux etiam tributa Iudæis imposuit, vt prius quàm quotidianas hostias offerrẽt, in singulos annos ex publico quinquaginta drachmas penderent: idque ita ob hanc causam accidit. Erat Ioanni frater Iesus. huic quòd amicus esset Bagoses, pontificatum se daturum est pollicitus. hac fiducia Iesus cùm liberiùs cum fratre in templo altercaretur, re vsq; rixam progressa, tantam bilem mouit fratri vt ab eo per iram interficeretur. quæ quidem impietas fuit longè maxima, præsertim in homine sacerdote: & quod grauius est, nullum tale impietatis exemplũ extat vel apud Græcos vel apud Barbaros.

ὡς τε καὶ τοὺς ἐν σούσοις ἰουδαίους ἀποκτεῖναι τῶν ἐχθρῶν ἀφελὲ πεντακοσίους. τῇ δὲ βασιλίσσῃ τῇ δοκολωλότων ἐν τῇ πόλει δηλώσαντος τὸν ἀριθμὸν ἑαυτῷ, καὶ ἀφελὲ τῇ δὲ τί δ' χώρας τί ποτ' εἴη γεγονὸς ἐξαπερωτῶντος, καὶ εἴτι πρὸς τούτοις ἐπ' αὐτοῖς χρῄζοι βέλτιον πεῦσθαι ἀπομένω προσχθήσεσθαι δὲ, παρεκάλεσεν ὁπῶς ἀπολιπόντες τοῖς ἰουδαίοις καὶ τὴν ὁπῶσιν ἡμέραν ἐπιχειρήσασθαι τοῖς ὑπολειπομένοις τῶν ἐχθρῶν, καὶ τοὺς δέκα τοῦ ἀμάνου παῖδας ἀπαγαυρῶσαι. καὶ τοῦτο μὲν προστάξει τοῖς ἰουδαίοις ὁ βασιλεὺς, μηδὲν αὐτὴν λέγειν ἑαυτῇ βελόμενος. οἱ δὲ πάλιν συγγραφέντες τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ δύστρου μηνὸς, ἀνῃρέθησαν τῶν ἐναντίων ὡς τετρακοσίους. ἐν ἰουδαίοις τῶν ἑαυτῶν ὑπαρχόντων ἥψαντο κτημάτων. ἀπίθανον δὲ καὶ τοῦ ἐν τῇ χώρᾳ καὶ τοῖς ἄλλαις πόλεσιν ἰουδαίους, τῶν ἐχθρῶν αὐτοῖς, πεντακισμύριοι καὶ πεντακισχίλιοι. ἐν τούτοις μὲν ἀνῃρέθησαν τῇ δεκαπεντεκάτῃ τοῦ μηνὸς, τῇ δὲ ἐχομένῃ ἑορτάσιμον ἐποίησαν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἐν τοῖς σούσοις ἰουδαῖοι τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἐχομένου τοῦ μηνὸς, σωαθεσιδέντες διωχήθησαν. ὅθεν ἐν πᾶσι πάντες οἱ ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἰουδαῖοι τὰς ἡμέρας ταύτας ἑορτάζουσι δεκαπεμπόμενοι μερίδας ἀλλήλοις. ἔγεφθε δὲ μαρδοχαῖος τοῖς ἐν τῇ ἀρταξέρξου βασιλείᾳ ζῶσιν ἰουδαίοις, ταύτας ἀφαφυλάσσειν τὰς ἡμέρας, καὶ ἑορτὴν ἄγειν αὐτὰς, καὶ τοῖς ἐκγόνοις ἀφαδιδοῦναι, τοῦ μὴ πάντα δεδιέναι τὸν χρόνον τὴν ἑορτὴν, ἵνα τοῦ καὶ μὴ λήθῃ ἀφανίζεται. μελλησάντων δὲ αὐτοῖς ἐν ταύταις διαφθείρεσθαι ταῖς ἡμέραις ὑπὸ ἀμάνου, δίκαιον ποιῆσαι, οἱ διαφυγόντες μὲν τὸν κίνδυνον ἐν αὐταῖς, τοὺς δὲ ἐχθροὺς τιμωρησάμενοι, παρατηρῆσαι αὐτὰς δύνασθαι τοῦ θεοῦ. διὰ ταῦτα μὲν ἰουδαῖοι τὰς προειρημένας ἡμέρας ἑορτάζουσι, προσαγορεύοντες αὐτὰς φουρείους. ὁ δὲ μαρδοχαῖος, μέγας τε ἦν καὶ λαμπρὸς ἀφὸ τοῦ βασιλέως. καὶ συνδιῆπεν αὐτοῦ τοῦ ἀρχοῦ, δοκολαίων ἅμα ἐν τῇ κοινωνίᾳ τοῦ βίου τῇ βασιλίσσῃ. ἦν δὲ καὶ τοῖς ἰουδαίοις τὰ πράγματα δι' αὐτοὺς ἀμείνω πάσης ἐλπίδος. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτο; βασιλεύοντος ἀρταξέρξου συμβαίνει τῷ ἔθνει τὸν τρόπον.

Κεφάλαιον ζ'.

Ως βαγώσης, ὁ ἀρταξέρξου τοῦ νεωτέρου στρατηγὸς, πολλὰ εἰς τοὺς ἰουδαίους ἐξύβρισεν.

Ἀποθανόντος δὲ τοῦ ἀρχιερέως ἐλιασίβου, τοῦ ἀρχιερωσύνην ἰούδας ὁ παῖς αὐτοῦ διαδέξασθαι. τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου τοῦ τιμοῦ ὁ ἰωάνης ἦν ὢν αὐτοῦ παράλαβε, δι' ὃν καὶ βαγώσης ὁ στρατηγὸς τοῦ λαοῦ ἀρταξέρξου, τὸν ναὸν ἐμίανε. καὶ φόρους ἐπέταξε τοῖς ἰουδαίοις, πεντὴ τοὺς καθημερινὰς ἀπαφέρειν θυσίας, ἐὰν δὲ ἀρνὸν ἱκάστου τελεῖν αὐτοὺς δημόσια δεκαμνὰς πεντήκοντα. τούτου δὲ τοῦ αἰτίου ἑαυτοῦ συνίστη χρείας. ἀδελφὸς δὲ τοῦ ἰωάνη ἦσσος. τούτῳ φίλος τυγχάνοντι ὁ βαγώσης ὑπέσχετο τοῦ ἀρχιερωσύνην παρέξειν. ἀπὸ ταύτης οὖν ὁ πεποιθήσεως ἦσσος ἐν τοῦ ναοῦ διενεχθεὶς τοῦ ἰωάνη, παρώξυνε τὸν ἀδελφὸν, ὡς τε αὐτὸν ἀπελεῖν ἐν τῷ ἱερῷ. τηλικοῦτον δὲ ἀσέβημα ἐφάνη κατ' ἀδελφοῦ τὸν ἰωάνην ἱερωμένον, δεινὸν δὲ. καὶ τὸ δεινότερον, οὐκ μήτε παρ' ἕλλησι, μήτε παρὰ βαρβάροις ἄλλο ἔστι τοιοῦτο ἀσεβὲς ἔγκλημα γεγονός.

τὸ μὲ

τὸ μὴ τοι θεῖον ἐκ ἠμέλησεν, ἀλλὰ καὶ ὁ λαὸς δι' αὐτὸ τοῦτο τὴν αἰτίαν ἐδουλώθη, καὶ ὁ ναὸς ἐμιάνθη ὑπὸ περσῶν. βαγώσης ὁ στρατηγὸς ἀρταξέρξου γνοὺς ὅτι ὁ ἀρχιερεὺς τῶν ἰουδαίων ἰωάννης τὸν ἴδιον ἀδελφὸν ἰησοῦν ἐν τῷ ἱερῷ ἐφόνευσεν, οὐθὲν ὅπως τοῖς ἰουδαίοις, μὴ θυμοῦ ἤρξατο λέγειν, ἐτολμήσατε ἐν τῷ ὑμετέρῳ ναῷ φόνον ἐργάσασθαι. πειρωμένῳ δ' αὐτῷ εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν ἐκώλυον αὐτόν. ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, πῶς ἐκ ἐγὼ καθαρώτερος εἰμὶ τοῦ ἀπηρημένου ἐν τῷ ναῷ; καὶ τούτοις ποιησάμενος τοὺς λόγους εἰς τὸν ναὸν εἰσέρχεται. ταύτην μὲν οὖν χρησάμενος τῇ διανοίᾳ βαγώσης, τοῖς ἰουδαίοις ἔτεσιν ἑπτὰ ὕστερον ἐπὶ τοσοῦτον μετῆλθε. καταστρέψαντος δὲ τὸν ἰωάννου τὸν βίον, παρεδέχεται τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἰαδδοῦς. ἦν δὲ τούτῳ ἀδελφὸς μανασσῆς ὄνομα, ᾧ σαναβαλλέτης ὁ πεμφθεὶς εἰς σαμάρειαν ὑπὸ δαρείου τοῦ τελευταίου βασιλέως, σατράπης, χουθαῖος τὸ γένος, ἐξ ὧν δὴ καὶ οἱ σαμαρεῖς εἰσὶν, ἐπειδὴ λαμπρὰν ἔσαν πόλιν τὰ ἱεροσόλυμα καὶ πολλὰ τοῖς ἀσυρίοις καὶ τοῖς ἐν τῇ κοίλῃ συρίᾳ κατοικοῦσι τοῖς ἐν αὐτῇ βασιλεῖς πεφάγματα παρέχοντας, ἀσμένως συνῴκισε τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, νικασὼ καλουμένῳ, οἰώμενος τὴν ὁπτασίαν, ὁμαιον αὐτῷ γενήσεσθαι, πρὸς τὸ ὑπὸ τοῦ τῶν ἰουδαίων ἔθνους παντὸς δύνοιαν.

A Deus certè hanc iniuriam non dissimulauit, sed & populus hac de causa libertatem amisit, & templum pollutum est à Persis. Nam Bagoses dux cognito quòd pontifex proprium fratrem in templo interemisset, superueniens Iudæis iratus clamitabat, Ausi estis scelesti in templo vestro cædem perpetrare? & cùm conatus templum ingredi arceretur: Quid, inquit, an me putatis impuriorem quam cadauer quod iacet in templo? & his dictis ingressus est: atque hac occasione per septennium eius cædis pœnas à Iudæis exegit. Mortuo deinde Ioanne, pontificatum accepit filius eius Iaddus. huic quoque frater fuit Manasses nomine: cui Sanaballetes missus in Samariam à Dario rege vltimo satrapa, Chuthæus genere, vnde & Samaritis origo est, sciens insignem esse vrbem Hierosolyma, regésque eius multa negotia tam Assyriis quàm Syris exhibuisse, libenter nuptam dedit filiam Nicaso, ratus connubium hoc ceu vadem futuræ cum Iudæorum gente amicitiæ.

B

C

Κεφάλαιον η'.

Ὅσα ὁ μακεδόνων βασιλεὺς ἀλέξανδρος τοῖς ἰουδαίοις διεπράξατο.

CAP. VIII.

Quanta Alexander Macedonum rex in Iudæos beneficia contulerit.

D

ΚΑτὰ δὴ τοῦτον τὸν καιρὸν, καὶ φίλιππος ὁ τῶν μακεδόνων βασιλεὺς ἐν αἰγαίαις ὑπὸ παυσανίου τοῦ περδίκκου, ἐκ δὴ τῶν ὀρεσῶν γένους δολοφονηθεὶς, ἀπέθανε. παραλαβὼν δ' ὁ παῖς αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ἀλέξανδρος, καὶ διαβὰς τὸν ἑλλήσποντον, νικᾷ μὲν τοὺς E δαρείου στρατηγοὺς, ὅτι γενικῆς συμβαλὼν αὐτοῖς. ἐπελθὼν δὲ τῇ λυδίᾳ, καὶ τὴν ἰωνίαν δουλωσάμενος, καὶ τὴν καρίαν ὁπόσα ἑφεξῆς, τοῖς ἐν παμφυλίᾳ τόποις ἐπέβαλε, καθὼς ἐν ἄλλοις δεδήλωται. οἱ δὲ τῶν ἱεροσολύμων πρεσβύτεροι, δεινοπαθοῦντες ὅτι τῷ τὸν ἰάδδου τοῦ ἀρχιερέως ἀδελφὸν ἀλλοφύλῳ συνοικοῦντα μετέχειν τῆς ἀρχιερωσύνης, ἐσασάλευον πρὸς αὐτόν. ἠγωνιᾶτο γὰρ τὸν τούτου γάμον, ὅπιβάθραν τοῖς F παρανομεῖν πρὸς τὰς τῶν γυναικῶν συνοικήσεις βουλησομένοις γένεσθαι. καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους αὐτοῖς κοινωνίας ἀρχὴν τοῦτο ἔσεσθαι. ὑπῆρχε μέν τοι καὶ πρότερος ἀχμαλωσίας αὐτοῖς καὶ τῶν κακῶν ἄπιον, τὸ πρὸς τοὺς γάμους πλημμελῆσαί τινας καὶ ἀγαγέσθαι γυναῖκας ἐκ βαρβαρείου. ἐπέλθουν οὖν τὸν μανασσῆ ἀναζώγυναι τῆς γυναικὸς, ἢ μὴ προσιέναι τῷ θυσιαστηρίῳ. τῶν δ' ἀρχιερέως ἀναγκαζόντων τὸν ἀδελφὸν τοῦ βωμοῦ, παρασχόμενος ὁ μανασσῆς πρὸς τὸν πενθερὸν σαναβαλλέτην, ἔφασκεν μὲν ἕλεσθαι αὐτῷ τὴν θυγατέρα νικασὼ, τῆς μὲν τι ἱερατικῆς μοίρης ὄσης ἐν τῷ ἔθνει, καὶ τῶν γλυκέων προσομιλούσης, οὐ βούλεσθαι δι' αὐτὴν στέρεσθαι. τῷ δὲ σαναβαλλέτου μὴ μόνον τηρῆσαι αὐτῷ τὴν ἱερωσύνην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν παρέξειν δύναμιν καὶ τιμὴν ὑπαρχούσης, καὶ πάντων ἀποδέξειν ὧν αὐτὸς ἐπῆρχε τόπων ἡγεμόνα, βουλόμενον συνοικεῖν αὐτῷ τῇ θυγατρὶ, καὶ λέγοντος οἰκοδομήσειν ναὸν ὅμοιον ὄντα τῷ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ὅτι τῷ γαριζὶν ὄρει τῷ κατὰ τὴν σαμάρειαν,

Per idem tempus Philippus Macedonum rex apud Ægæas oppidum à Pausania Cerastæ filio ex Orestarum gente insidiis interceptus periit. Eius filius Alexander paternum regnum adeptus traiecto Hellesponto congressus ad Granicum flumen cum Darij ducibus vicit egregiè: subacta deinde Lydia & Ionia, ductóque per Cariam exercitu inuasit in Pamphyliam sicut alibi dictum est. Hierosolymorum autem seniores ægrè ferentes Iaddi pontificis fratrem & quodammodo collegam duxisse externi generis fœminam tumultuabantur, rati gradum factum ad antiquandas patrias leges de connubiis, atque ita fore vt paulatim misceantur profanis gentibus. nam & prioris captiuitatis & malorum quæ secuta sunt causam fuisse, quòd quidam contra legem peccantes duxissent vxores non sui generis. postulabant igitur vt Manasses aut dimitteret vxorem, aut non amplius ad altare accederet. Et cùm pontifex quoque ab altari eum arceret, profectus Manasses ad Sanaballetem socerum, se quidem amare dixit filiam eius Nicaso, nolle tamen propter eam priuari sacerdotio, qui honor & gentilitius sit ipsi, & apud Iudæos semper in maxima existimatione fuerit. Ad hæc cùm Sanaballetes respondisset, se illi non sacerdotium tantùm seruaturum, sed & pontificatum paraturum, & totius suæ prouinciæ principem eum facturum, modò filiã suam vxorem retineat: ædificaturúmque templum Hierosolymitano simile in monte Garizin, qui imminet Samariæ reliquis montibus celsior:

idque polliceretur ex consensu regis Darij se A
facturum: elatus tali spe Manasses mansit apud
socerum, putans se pontificatum dante rege
consecuturum. Iam enim Sanaballetes erat se-
nior. Cúmque multi sacerdotes & Israelitæ in-
tricati essent eiusmodi coniugiis, non leuiter,
turbabatur Hierosolymorum respublica. o-
mnes enim hi defecerunt ad Manassem, Sana-
ballete præbente eis & pecuniam & agros ad
colendum & domicilia, ac modis omnibus ad-
VIII. iutante ambitionem generi. Quo tempore Da- B
rius audito quòd Alexander traiecisset Helle-
spontum, & prælio victis ad Granicum suis sa-
trapis vlterius procederet, contractis tam pe-
destribus quàm equestribus copiis, decreuit
Macedonibus occurrere priusquam totam A-
siam sibi subiiceret. Itaque vltra Euphratem
traducto exercitu, & superato Tauro monte
Ciliciæ, statuit in ea prouincia hostem excipe-
re prælio. Sanaballetes autem lætus defensu C
Darij, aiebat se mox præstiturum Manassi pol-
licita, quàm primùm rex reuerteretur post vi-
ctoriam. persuasum enim erat non ipsi tantùm,
sed & omnibus Asiaticis, ne primùm quidem
congressum expectaturos Macedonas, tanto
inferiores numero: sed longè alius fuit euen-
tus quàm ipsorum opinio. Rex enim collatis
cum Macedonibus signis victus est, & magna
exercitus parte amissa, matre etiam & vxore
cum liberis in hostium potestatem redactis, D
fugit in Persidem. Alexander verò, in Syriam
veniens cepit Damascum, & occupata Sidone
Tyrum quoque oppugnabat: scriptísque ad
Iudæorum pontificem literis petebat auxilium,
& vt forum rerum venalium præberet exerci-
tui: & vt quæ priùs Dario conferre sit solitus,
nunc det Macedonibus, prælata eorum amici-
tia: fore enim vt illum non pœniteat. cúmque
pontifex nuncíis respondisset, sacramento se
obligatum Dario, ne arma contra eum sume- E
ret, idque ratum fore quàm diu ille vixerit: i-
ratus Alexander Tyri quidem oppugnatio-
nem non omisit, qua breui potiturus videba-
tur: minatus est tamen hac capta mox se duc-
turum contra pontificem, vt omnes discant, cui
iusiurandum seruari oporteat. quare non par-
cens labori tandem Tyrum expugnauit, &
constitutis in ea rebus Gazam profectus, in ea
Babemesem Persici præsidij præfectum obse-
dit. Interea Sanaballetes ratus iam adesse tem- F
pus, à Dario defecit: & assumptis octo mil-
libus de sua prouincia, in Alexandri castra se
contulit. cúmque offendisset eum Tyri oppu-
gnationem aggredientem, & suam prouin-
ciam eius fidei commisit, & hunc pro Dario
dominum libenter agnouit. à quo obuiis ma-
nibus exceptus, liberè iã quid vellet elocutus,
ait se generum habere Manassem, laddi Iudæo-
rum pontificis fratrem: eum sequi multos illius G
gentis homines, & velle in sua prouincia tem-
plum extruere. idque fore in rem ipsius regis,

ὁ τῶν ἄλλων ὀρῶν ὄρθιν ὑψηλότατον, καὶ ταῦτα ποιήσειν
ἐπαγγελλομένῳ μὴ ἀ δαρείου γνώμης τῷ βασιλέως·
ἐπαρθεὶς ταῖς ὑποσχέσεσιν ὁ μανασσῆς, παρέμεινε τῷ
σαναβαλλέτῃ, τὴ ἀρχιερωσύνῃ οἰόμενος ἕξειν δαρείου
δόντος. ἐν ᾧ δὲ σωέβαινε τὸν σαναβαλλέτην ἤδη πρεσ-
βύτερον εἶναι. πολλῶν ἦ ἱερέων καὶ ἰσραηλιτῶν τοιούτοις
γάμοις ἐμπεπλεγμένων, κατεῖχεν ἡ μικρὰ ταραχὴ
τοὺς ἱεροσολυμίτας. ἀφίσαντο γὰρ ἅπαντες πρὸς τὸν
μανασσῆ, τῷ σαναβαλλέτου χορηγοῦντος αὐτοῖς καὶ
χρήματα, καὶ χώραν εἰς γεωργίαν καὶ κατοίκησιν ἀπομε-
ρίζοντος, καὶ παντὶ τρόπῳ τῷ γαμβρῷ συμφιλοκα-
λοῦντος. κατὰ ἦ τοῦτον τὸν καιρὸν δαρεῖος ἀκού-
σας, ὅτι τὸν ἑλλήσποντον διέβας ἀλέξανδρος, καὶ
τοὺς σατράπας αὐτοῦ τῇ κατὰ γρανικὸν μάχῃ νικήσας, πορρωτέρω χωρεῖ, στρατιὰν ἱππικὴν τε καὶ πε-
ζικὴν συναθροίζειν, ἀπαντήσας διαγνοῖς τοῖς μακε-
δόσι πεινῆ πᾶσαν αὐτοὺς ὑπόντας καταστρέψασθαι
τὴν ἀσίαν. περαιωσάμενος οὖν τὸν εὐφράτην πο-
ταμόν, καὶ τὸν τίγρην τὸ χιλίαρχον ὄρος ὑπερελθών, εἵ-
στω τῆς χιλιαρχίας τοὺς πολεμίους ὡς ἐκεῖ μαχησόμε-
νος αὐτοῖς, ἐξεδέχετο. ἡθεὶς δὲ τῇ δαρείου κα-
ταβάσει ὁ σαναβαλλέτης δίδυς ἔλεγε τῷ μανασ-
σῇ τὰς ὑποσχέσεις τελεῖν, ὡς αὖ δαρεῖος κρατήσας
τῶν πολεμίων ὑποστρέψῃ. πέπεισο γὰρ οὐκ αὐτὸς μό-
νος, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ ἀσίᾳ, μηδ' εἰς χεῖ-
ρας τοῖς πέρσαις ἥξειν τοὺς μακεδόνας ὑπὲρ τὸ πλῆθος.
ἀπέβη δ' οὐκ ὡς προσεδόκων. συμβαλὼν γὰρ ὁ βασι-
λεὺς τοῖς μακεδόσιν ἡττήθη, καὶ πολλῷ τῆς στρα-
τιᾶς ὑπολείσας, ληφθέντων αἰχμαλώτων αὐτοῦ τε μη-
τρὸς καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων, ἔφυγεν εἰς πέρσας.
ἀλέξανδρος ἦ εἰς συρίαν ὡδηγούμενος, δαμασ-
κὸν αἱρεῖ. καὶ σιδῶνος κρατήσας, ἐπολιόρκει τύρον. ἐ-
ξίου τε ὑποσπόνδους γράμματα πρὸς τὸν τῶν ἰου-
δαίων ἀρχιερέα, συμμαχίαν τε αὐτῷ πέμπειν, καὶ
ἀγορᾶν τῷ στρατεύματι ὠδηγεῖν, καὶ ὅσα δαρείῳ
πρότερον ἐτέλουν δῶρα, τούτῳ διδόναι, τὸν μα-
κεδόνων φιλίαν ἑλόμενον, ἃ γὰρ μετανοήσειν ὑπὲ
τούτοις. τὸ δ' ἀρχιερέως ὑποκεινομένου τοῖς γράμ-
ματοφόροις ὡς ὅρκοις εἴη δαρείῳ δεδωκὼς, μὴ βα-
στάζειν ὅπλα κατ' αὐτοῦ, καὶ τούτοις ἕως ἂν ᾖ δα-
ρεῖος ἐν τοῖς ζῶσι μὴ ὠδηγήσεσθαι φήσαντος· ἀ-
κούσας ἀλέξανδρος παρωξύνθη, καὶ τὸν μὲν τύ-
ρον οὐκ ἔκεινε καταλιπεῖν, ὅσον οὐδέπω μέλλου-
σαν αἱρεῖσθαι. ὠδηγησάμενος ἦ ταύτῃ, ἠπείλη-
σε στρατεύειν ἐπὶ τὸν ἰουδαίων ἀρχιερέα, καὶ διδάξειν
πάντας πρὸς τίνας δὴ αὐτοῖς φυλακτέον τοὺς ὅρκους.
ὅθεν πονικώτερον χρησάμενος τῇ πολιορκίᾳ, λαμ-
βάνει τὸν τύρον. καθαρπάσας ἦ τὰ ἐν αὐτῇ, ἐ-
πὶ τὸν γαζαίων πόλιν ἦλθεν. καὶ τὸν τε γάζαν καὶ τὸν
ἐν αὐτῇ φρούραρχον ὄνομα βαβημήσιν, ἐπολιόρκει.
νομίσας ἦ καιρὸν ἐπιτήδειον ἔχειν ὁ σαναβαλλέτης τὰ
ὅπλα, δαρείου μὲν ἀπέγνω. καὶ λαβὼν ὀκτακισχιλ-
λίους τῶν ἀρχομένων παρ' αὐτοῦ, πρὸς ἀλέξανδρον
ἦκε. καὶ καταλαβὼν αὐτὸν ἀρχόμενον τῆς τύρου πολιορκίας, ὧν τε αὐτὸς ἄρχει τόπων ἔλεγεν αὐτὸν ὠδη-
διδόναι τούτοις, καὶ διατοῦτο αὐτὸν ἔχειν ἥδιον ἀπὸ δαρείου τοῦ βασιλέως. ἀσμένως δ' αὐτὸν προσδέξα-
μένου, θαρρῶν ἤδη πρὸς τὸ προκειμένων ὁ σαναβαλλέτης αὐτῷ λόγους προσέφερε, δηλῶν, ὡς γαμβρὸν μὲ
ἔχοι μανασσῆν, τοῦ τῶν ἰουδαίων ἀρχιερέως ἰαδδοῦ ἀδελφόν. πολλοὺς ἦ καὶ ἄλλους αὐτῷ συμπαρόντας τῶν
ὁμοεθνῶν θέλειν ἱερὸν ἐν τοῖς ὑπ' ἐκείνῳ τόποις ἤδη κατασκευάσαι. τοῦτο δ' εἶ καὶ τῷ βασιλεῖ συμφέρειν,

εἰς δύο

εἰς δύο διαιρεῖσθαι τὴν Ἰουδαίων δύναμιν, ἵνα μὴ ὁμογνῶν A τὸ ἔθνος, μηδὲ σωφρονοῦν εἰ νεοτερίσαί ποτε, χαλεπὸν ἢ τοῖς βασιλεῦσι, καθὼς καὶ πρότερον τοῖς Ἀσσυρίων ἄρξασιν ἐγίνετο. συγχωρήσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου, πᾶσαν εἰσενεγκάμενος σπουδὴν ᾠκοδόμησεν ὁ σαναβαλλέτης τὸν ναόν, καὶ ἱερέα τὸν μανασσῆ κατέστησε, μέγιστον γέρας ἡγησάμενος, τοῖς ἐκ τοῦ θυγατρὸς ἐγγονοις τοῦτ' ἔσεσθαι. μελλόντων δὲ ἐπὶ τὴν τύρον πολιορκίᾳ διελκυσθέντων, καὶ δύο τῇ γάζῃ, ὁ μὲν σαναβαλλέτης ἀπέθανε. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος B ἑξελὼν τὴν γάζαν, ὅπη τὴν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ἀναβαίνων ὁπλιεύσεται. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἰαδδοῦς τοῦτο ἀκούσας, διὰ τὴν ἀγωνίαν καὶ δέει, πῶς ἀπαντήσῃ τοῖς μακεδόσιν ἀμηχανῶν, ὁρμίζομένην τὸν βασιλέως ὅπη τῇ ποτέρων ἀπειθείᾳ, καὶ ἀγγελίας οὐδὲ ἱκεσίας τῶν λαῶν, καὶ θυσίαν μετ' αὐτῶν τῷ θεῷ ποησόμενον, ἐδέετο ὑφαρπάσαι τὰ ἔθνη, καὶ τὸν ἐπερχομένων κινδύνων ἀπαλλάξαι. κατακοιμηθέντι δὲ μετὰ τὴν θυσίαν ἐχρημάτισεν αὐτῷ καὶ τοῖς ὕπνοις ὁ θεὸς θαρρεῖν, καὶ στεφανοῦντας τὰ πύλα C λιν, ἀνοίγειν τὰς πύλας. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις λαμπρᾶς ἐσθῆσιν, αὐτὸν δὲ μετὰ τῶν ἱερέων τὴν νομίμοις στολαῖς ποιεῖσθαι τὴν ὑπάντησιν, μηδὲν ποτοδοκῶντας πείσεσθαι δεινόν, ποτοκυμένην τῷ θεῷ. θαρσήσας δὲ καὶ τῷ ὕπνῳ, ἐχαρέ τε μεγάλως αὐτὸς, καὶ τὸ χρηματισθὲν αὐτῷ πᾶσι μυήσας, καὶ ποιήσας ὅσα κατὰ τοὺς ὕπνους αὐτῷ παρηγγέλη, τὴν τοῦ βασιλέως παρουσίαν ἐξεδέχετο. πυθόμενος δὲ αὐτὸν, ἀπόρρω δὲ πόλεως ὄντα, ποτοῦσι μετὰ τῶν ἱερέων καὶ τοῦ πο- D λιτικοῦ πλήθους, ἱεροπρεπῆ καὶ θαυμαστὴν παρεφέρουσαν τῶν ἄλλων ἐθνῶν ποικίλμον τὴν ὑπάντησιν εἰς τόπον τινὰ σαφὰ λεγόμενον, τὸ δὲ ὄνομα τοῦτο μεταφερόμενον εἰς τὴν ἑλληνικὴν γλῶσσαν σκοπιὰν σημαίνει, τότε δὴ ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ναὸν ἐκεῖθεν συνέβαινεν ἀφορᾶσθαι. τῶν δὲ φοινίκων καὶ τῶν ἀκολουθούντων χαλδαίων, ὅσα βασιλέως ὀργὴν εἰκὸς ὑπερβάλλειν αὐτοῖς, τήν τε πόλιν θαρπάσειν, καὶ τὸν ἀρ- E χιερέα μετ' αἰκίας ἀπολέσειν λογιζομένων, τἀναντία τούτων ἐγίνετο. ὁ δὲ ἀλέξανδρος ἐπὶ πόρρωθεν ἰδὼν, τὸ μὲν πλῆθος ἐν τῇ λευκῇ ἐσθῆσι, τοὺς δὲ ἱερεῖς ποτεστῶτας ἐν τοῖς βυσσίναις αὐτῶν, τὸν δὲ ἀρχιερέα ἐν τῇ ὑακινθίνῃ καὶ θαλασσίνῃ καὶ χρύσῳ στολῇ, καὶ ὅπη τὴν κεφαλὴν ἐχόντα τὸ κίδαριν καὶ τὸ χρυσοῦν ἐπ' αὐτῆς ἔλασμα, ᾧ τὸ τοῦ θεοῦ ἐγγέγραπτο ὄνομα, ποτελθὼν μόνος ποτεκύνησε τὸ ὄνομα, καὶ τὸν ἀρχιερέα πρῶτος ἠσπάσατο. τῶν δὲ ἰουδαίων πάντων ὁ- F μοῦ μιᾷ φωνῇ τὸν ἀλέξανδρον ἀσπασαμένων, καὶ κυκλωσαμένων αὐτὸν, οἱ μὲν συρίας βασιλεῖς καὶ οἱ λοιποὶ τοῦτο ποιήσαντος, κατεπλάγησαν καὶ διεφθάρθαι τῶν βασιλεῖ τὸν διάνοιαν ὑπελάμβανον. παρμενίωνος δὲ μόνου ποτελθόντος αὐτῷ καὶ θυθομένου, τί δήποτε ποτεκυνοῦντων αὐτὸν ἁπάντων αὐτὸς ποτεκυνήσαι τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερέα, τὸν δὲ θεὸν ὃν τοῦ ἀρχιερωσύνῃ αὐτὸς τετίμηται. τοῦτον δὲ καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους εἶδον ἐν τῷ νῦν σχήματι, ἐν Δίῳ τῶν μακε- G δονίας τυγχάνων, καὶ ποὺς ἐμαυτὸν διασκεπτομένῳ μοι πῶς ἂν κρατήσαιμι τῆς ἀσίας παρεκελεύετο μὴ μέλλειν, ἀλλὰ θαρσοῦντα διαβαίνειν. αὐτὸς δὲ ἡγήσεσθαί μοι τῆς στρατείας, καὶ τῶν ποτερῶν καταλύσειν ἀρχήν. ὅθεν ἄλλον μὲν οὐδένα θεασάμενος ἐν τοιαύτῃ στολῇ, τοῦτον δὲ νῦν ἰδὼν καὶ τῆς κατὰ τοὺς ὕπνους ὑπομνησθεὶς ὄψεώς τε καὶ παρακελεύσεως, νομίζω θείᾳ πομπῇ τὴν στρατείαν ποιούμενος, διαρρήδην νικήσειν, καὶ τὴν περσῶν καταλύσειν δυνάμιν, καὶ πάντα ὅσα κατὰ νοῦν ἔσι μοι ποχωρήσειν,

si diuidatur Iudæorum potentia: ne fortè de communi sententia rebellantes multum negotij regibus facessant, quemadmodum soliti sunt Assyriis imperantibus. quod vbi impetratum est omni ope adnitens templum ædificauit, & Manassem eius sacerdotem constituit, amplissimum hunc honorem filiæ suæ posteris relicturum se existimans. Septem autem mensibus in Tyri oppugnatione, & Gazæ duobus absumptis, Sanaballetes fato functus est: Alexãder verò expugnata Gaza Hierosolyma properè petiit. Iaddus verò pontifex postquam hoc audiuit, solicitus hærebat inops consilij, nec inueniens quomodo regem deberet excipere, fratũ eo, quòd antea neglexisset imperata eius facere. Ergo indictis populo supplicationibus, & immolatis Deo victimis, ad opem eius confugit, illi publicam salutem commendans. Proxima deinde post sacrificiũ nocte, in somnis ei Deus apparuit, iubens vt bono esset animo, & coronata vrbe portas aperiret, vtque populus in albis vestibus prodiret obuiam, ipse verò cum reliquis sacerdotibus solenni cultu sui ordinis, securi de Dei prouidentia. Expergrectus autem è somno lætus ciuibus hoc oraculum indicat, & paratis omnibus vt in somnis præmonitus fuerat, regis aduentum præstolabatur: & cùm renunciatum esset eum iam non procul ab vrbe abesse, progressus est cum sacerdotib⁹ & vrbana multitudine pompa quadam noua & venerabili vsque ad locum qui dicitur Sapha, quæ vox speculam significat, quòd ibi & vrbs & tẽplũ in prospectu sit. Et cùm Phœnices ac Chaldæi sperarent sibi licere quicquid iratus rex posset permittere, direptionem vrbis, & pontificis exquisitum supplicium, planè contrarium euenit. Alexander enim vt vidit è longinquo candidatum populum, & sacerdotes ante agmẽ in amictu byssino, pontificémque in stola hyacinthina auro distincta, tiaram in capite gestãtem cum præfixa aurea lamina insculpta Dei nomine: solus ad eum accedens nomen illud adorauit, & salutauit pontificem. Iudæis autem omnibus vno ore Alexandrum consalutantib⁹, & in orbem cingentibus, Syriæ reges & reliqui obstupuerunt, vix credentes regem mentis cõpotem: solus Parmenio propiùs accedens rogauit familiariter, quid ita cùm ipse adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum pontificem. At ille non hunc se adorasse respondit, sed Deo, cuius pontifex esset, honorem eũ exhibuisse, hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipso habitu, cùm adhuc essem in Dio Macedoniæ qui me deliberantem quomodo Asiam possem subigere, hortatus est forti esse animo, & sine mora exercitum traiicere. nam suo ductu potituꝝ me Persarum imperio. Quapropter quia nunc primùm talem habitum vidi, agnoscens hunc & visionis memor quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non sine numine in Darium exercitum ducere, & breui fore victoriæ compotem: & sublato Persarum imperio, cessura mihi omnia ex sententia.

Hæc locutus ad Parmenionem & comiter cõplexus pontificem. deducentibus sacerdotibus in vrbem peruenit. & ascendens in templũ immolauit Deo ex sacerdotis præscripto, ac pontifici quoque suum honorem exhibuit. Ostensóque sibi Danielis libro, in quo Græcum quẽdam Persas debellaturum significat, hunc ipsũ se esse interpretatus, lætus dimisit multitudinẽ. Sequenti verò die vocaris eis iussit vt quicquid vellent peterent. Pontifice autem petente vt patriis legibus viuere sibi liceat, vtque septimo quoque anno concederetur eis tributorum immunitas, concessit omnia. Rogantibus deinde vt eos quoque Iudæos, qui Babyloniam ac Mediam colerẽt, sineret vti institutis propriis, hic etiam postulatis eorum satisfacturũ se est pollicitus. Et cùm fecisset eis potestatem, si qui vellent saluis suis ritibus sequi eius militiam, multi in eam expeditionem dedetunt nomina. Atque his apud Hierosolyma actis, mouit inde in alias propinquas vrbes exercitum. cúmque ab omnibus amicè exciperetur, Samaritæ quorũ tunc caput erat Sicima sita ad mõtem Garizin, & habitata à desertoribus gentis Iudæicæ, vidẽtes quòd Alexander Iudæos tractaret tam magnificè, decreuerunt se quoque Iudæos profiteri. Sunt enim Samaritæ hoc ingenio, vt & ante diximus, in rebus Iudæorum afflictis, negant se cognatos, veritatem tunc dicendo. cùm verò affulgere eis fortunam viderint, confestim in societatem itruũnt, attinere ad se affirmando, & à Ioseph o eiúsque filiis Manasse & Ephræmo seriem generis sui deducendo. Igitur splendido apparatu & magnam alacritatẽ præ se ferentes, regi occurrunt penè in Hierosolymitano agro: collaudatíque ab Alexandro omnibus, Sicimitæ eum adeunt, assumptis secum militibus quos Sanaballetes miserat: rogantes vt inuisat ipsorum vrbem, & illud quoque templum præsentia sua honoret. ille pollicitus est hoc in reditu se facturum. cúmque postularent vt septimi anni tributum sibi remitteretur, nam ne se quidem in eo seminare: quæsiuit quinam essent qui hoc rogarent. illis verò dicentibus, Hebræos quidem se esse, sed Sicimitas vocari à Sidoniis: iterum quæsiuit an Iudæi essent. Negantibus illis: equidem, inquit, Iudæis id concessi, reuersus tamen & re diligentiùs cognita faciam quod æquum videbitur, atque hoc pacto Sicimitas dimisit. Sanaballetis autem milites iussit vt se in Ægyptum sequantur: ibi enim se agros eis diuisurum: id quod paulo pòst fecit in Thebaïde, iussis ei regioni esse præsidio. Post obitum autem Alexandri, imperium quidem eius inter successores est diuisum: templũ verò in Garizin monte situm mansit incolume, & si quis apud Hierosolymitas aut illiciti cibi sumpti, aut violati sabbati, aue similis criminis reus ageretur, ad Sicimitas cõfugiebat, calumniam se passũ dictitans. Eodẽ verò tẽpore etiam Iaddus pontifex obierat, Onia filio successore: atque in eo statu res Hierosolymitanę tũc fuêre.

A ταῦτ' εἰπὼν πρὸς τ παρμενίωνα, καὶ δεξιωσάμενος τ ἀρχιερέα, τῷ ἱερέων πλῆθος θεόντων, εἰς τ πόλιν παραγίνε). καὶ ἀνελθὼν ὅπι τὸ ἱερὸν, θύει μ τῷ θεῷ κ τ τῶ ἱερέως ὑφήγησιν. αὐτὸν ἢ τ ἀρχιερέα ἀξιοπρεπῶς ἐτίμησε. δ ἐχθείσης ἢ αὐτοῖ τ δανιήλε βίβλε, ἐν ᾗ τινα τ ἑλλήνων καθέλυσεν τ περσῶν ἀρχὴν ἐδήλωε, νομίσας αὐτὸς εἶ) ὁ σημαινόμενος, τότε μ ἡσθεὶς ἀπέλυσε τὸ πλῆθος. τῇ ἢ ὑπιούσῃ προσκαλεσάμενος, ἐκέλευσεν αὐτοὺς αἰτεῖσθαι δωρεὰς ἃς αἱ αὐτοὶ θέλωσι. τ δ' ἀρχιερέως αἰτησαμένου, χρήσασθαι τοῖς πατρίοις νόμοις, κ τὸ ἕβδομον ἔτος ἀνεισφορεσν εἶ), συνεχώρησε πάντα. πρσκαλεσάντων δ' αὐτῷ ἵνα κ τοὺς ἐν βαβυλῶνι κ μηδίᾳ ἰουδαίους τοῖς ἰδίοις ὑπερέχῃ νόμοις χρήσασθαι, ἀσμένως ὑπέσχετο ποιήσειν ἅπερ ἀξιοῦσιν. ἐπόνθος δ' αὐτῷ πρὸς τὸ πλῆθος εἴ τινες αὐτῷ βέλον) στρατεύεσθαι τοῖς πατρίοις ἔθεσιν ἐμμένοντες κ κ τ αὐτὰ ζῶντες, ἑτοίμως ἔχειν ἐπάγεσθαι, πολλοὶ τ σὺν αὐτῷ στρατείαν ἠγάπησαν. ὁ μ οὖν ἀλέξανδρος ταῦτα διοικησάμενος ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις, ἐξεστράτευσεν ὅπι τὰς ἐχομένας πόλεις. πάντων δ' αὐτὸν πρὸς οἷς ἀφίκετο φιλοφρόνως ἐκδεχομένων, σαμάρειταν μητρόπολιν τότε τ σίκιμα ἔχοντες, ὁρμήσαντα πρὸ γαριζὶν ὄρ, κ κατῳκημένην ὑπὸ τῷ ὄρος αὐτῷ τ ἰουδαίων ἐθνος, ἰδόντες ὅπι τοὺς ἰουδαίους ἀλέξανδρος ὕπο λαμπρῶς τετίμηκεν, ἐγνωσαν αὐτοὺς ἰουδαίους ὁμολογεῖν. εἰσὶ γὰ οἱ σαμάρεῖς ζηλωτοὶ τ φύσιν, ὡς ἤδη που κ πρότερον δεδηλώκαμεν. ὅτ μ τ συμφορᾶς ὄντας τοὺς ἰουδαίους, ἀρνοῦ) συγγενεῖς ἔχειν, ὁμολογεῖτες τότε τ ἀλήθειαν. ὅταν δέ τι πρὸς αὐτοὺς λαμπρὸν ἴδωσιν ἐκ τύχης, ἐξαίφνης ὑπιππεύσιν αὐτῷ τῇ κοινωνίᾳ, προσήκειν αὐτοῖς λέγοντες, ὡς ἀπ' αὐτῷ ἰωσήπε γλυκαλογοῦντες αὐτοὺς ἐκγόνων ἐφεστίους μαναασσῆ. μ λαμπρότητος οὖν πολλὴν δεικνύμενοι πρὸς αὐτὸν θυμίαν, ἀπλώτησαν τῷ βασιλεῖ, μικροῦ δεῖν ἐγγὺς τ ἱεροσολύμων. ἐπαγέσαντος ἢ αὐτοῖς ἀλεξάνδρου, οἱ σικιμῖται προσῆλθον αὐτῷ πρὸς ὃν λαβόντες κ ὃς σαναβαλλέτης πρὸς αὐτὸν στρατιώτας ἀπέστελε. κ παρεκάλουν ἀγνιζόμενον πρὸς τ πόλιν αὐτῶ τιμῆσαι κ τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερόν. ὁ δ' ἐκείνοις μ οὐδὲν ὑποστρέφων ἤξιν ὑπέσχετο πρὸς αὐτούς. ἀξιούντων δ' ἀφίεναι τ φόρον αὐτοῖς τὸ ἑβδομαδικὸν ἔτος. ὃ ἢ δ' αὐτοὺς ἀπείρειν ἐν αὐτῷ, τίνες ὄντες ταῦτα παρακαλοῦσιν ἐπυνθάνετο. τῷ δ' εἰπόντων, ἑβραῖοι μ εἶ), χρηματίζειν δ' οἱ ἐν σικίμοις σιδώνιοι, πάλιν αὐτοὺς ἐπηρώτησεν εἰ τυγχάνουσιν ἰουδαῖοι. τῷ δ' οὐκ εἶ) φαμένων, ἀλλ' ἔγωγε εἶπεν ἰουδαίοις ταῦτ' ἔθηκα. ὑποστρέψας μὴν ἅτινα κ διδαχθεὶς ὑφ' ὑμῶν ἀκριβέστερον, ποιήσω τὰ δόξαντα. τοῖς μὴν οὖν σικιμίταις οὕτως ἀπεκρίθατο. τοὺς ἢ τ σαναβαλλέτε στρατιώτας ἐκέλευσεν ἕπεσθαι εἰς αἴγυπτον. ἐκεῖ γὰ αὐτοῖς δώσειν κλήρους γῆς. ὁ κμ μετ' ὀλίγον ἐνόησεν ἐν τῇ θηβαΐδι φρουρεῖν πλὴν χώραν αὐτοῖς προσάξας. τελευτήσαντος ἢ ἀλεξάνδρου, ἡ μὴν ἀρχὴ εἰς τοὺς διαδόχους ἐμερίσθη. τὸ δ' ὅπι τ γαριζὶν ὄρος ἱερὸν ἵδρυτ.

εἰ δέ τις αἰτίαν ἔχει πρὸς τοὺς ἱεροσολυμίτας κοινοφαγίας, ἢ τ ἐν τοῖς σάββασι πραγμονίας, ἢ τινος ἄλλου τοιούτου ἁμαρτήματος, παρὰ τοὺς σικιμίτας ἐφυγε λέγων ἀδίκως ἐσκεκλῆσθαι. τετέλεσται ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἰαδδοῦς, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην ὀνίας ὁ παῖς αὐτοῦ παρείληφεν. τοῖς μ δὴ πρὸς τοὺς ἱεροσολυμίτας, ἐν τούτοις ἐτύγχανεν ὄντα.

ΤΑΔΕ

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΔΩΔΕΚΑΤΩ ΛΟΓΩ, ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ἱστοριῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ως πτολεμαῖος ὁ λάγου δόλῳ καὶ ἀπάτῃ καθαλαβὼν τὰ ἱεροσόλυμα, καὶ τὴν ἰουδαίαν, πολλοὺς δὲ αὐτῆς εἰς αἴγυπτον κατῴκησεν. Κεφ. α

Ως ὁ υἱὸς αὐτοῦ πτολεμαῖος ὁ κληθεὶς φιλάδελφος, τοὺς ἰουδαίων νόμους εἰς τὴν ἑλληνικὴν γλῶτταν μετέβαλε, καὶ πολλῶν αἰχμαλώτους ἀπέλυσεν, ἐλεαζάρῳ τῷ ἀρχιερεῖ αὐτοῦ χαριζόμενος, καὶ ἀναθήματα πολλὰ ἀνέθηκε τῷ θεῷ. Κεφ. β

Πῶς ἐτίμησαν οἱ τῆς ἀσίας βασιλεῖς τὸ ἰουδαίων ἔθνος, καὶ πολίτας ἐποίησαν ἐν ταῖς ὑπ' αὐτοῖς κατοικίσαις πόλεσιν. Κεφ. γ

Ἐκ τῆς γλυκυμιδίης ἀτυχίας ἐπανόρθωσις ὑπὸ ἰωσήπου τοῦ ταβίου ποιησαμένου φιλίαν πρὸς πτολεμαῖον τὸν ὄψιφανῆ. Κεφ. δ

Φιλία καὶ συμμαχία λακεδαιμονίων πρὸς ὀνίαν τὸν ἀρχιερέα τῶν ἰουδαίων. Κεφ. ε

Στάσις τῶν δυνατῶν ἰουδαίων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὡς ἐπεκαλέσαντο ἀντίοχον τὸν ὄψιφανῆ. Κεφ. ς

Ὅτι στρατευσάμενος ἀντίοχος ὄψι ἱεροσόλυμα, τὴν τε πόλιν παρέλαβε, καὶ τὸν ναὸν ἐσύλησεν. Κεφ. ζ

Ως ἀντίοχε κωλύσαντος τοῖς παρ' ἑωσὶν νόμοις χρῆσθαι τοὺς ἰουδαίους, μόνος ἀσαμωναίου παῖς ματθίας κατεφρόνησε τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς ἀντίοχε στρατηγοὺς ἐνίκησε. Κεφ. η

Ματθίε τελευτήσαντος γηραιοῦ ἤδη, καὶ δόντος ἢ τὰ πραγμάτων πρᾶσιν τοῖς παισίν. Κεφ. θ

Ως ἀντίοχε στρατηγὸς ἀπολλώνιος, εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐμβαλὼν ἡττηθεὶς ἀπέθανεν. Κεφ. ι

Η σίλωνος καὶ γοργίε στρατηγία ὄψι τὴν ἰουδαίαν καὶ ἧτται, καὶ διαφθορὰ τοῦ στρατοῦ. Κεφ. ια

Ὅτι στρατευσάμενοι ἰούδας καὶ σίμων, ὁ μὲν ὄψι ἀμμανίτας, καὶ τὴν γαλαδίτην, ὁ δὲ σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὄψι τυρίους καὶ πτολεμαεῖς, ἐκράτησαν αὐτῶν. Κεφ. ιβ

Ως ἀντίοχος ὁ ὄψιφανὴς ἐτελεύτησεν ἐν πέρσαις. Κεφ. ιγ

Ως ἀντίοχος ὁ ὄψικληθεὶς εὐπάτωρ στρατευσάμενος ὄψι ἰουδαίοις μὲν λυσίᾳ, καὶ νικήσας ἐπολυόρκει ἰούδαν εἰς τὸ ἱερὸν ἐγκλείσας. Κεφ. ιδ

Ὅτι πολλῶ χρόνῳ τὴν πολιορκίαν ξιβομένου, φιλίαν ποιησάμενος πρὸς ἰούδαν, δωρεπτῶς ἀνεχώρησεν ἐκ τῆς ἰουδαίας ὁ ἀντίοχος. Κεφ. ιε

Ως βαχχίδης ὁ δημητρίε στρατηγὸς, ὄψιστρατευσάμενος τοῖς ἰουδαίοις, ἀνωφελὲς ἀπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα. Κεφ. ις

Ως νικάνορ μετὰ βαχχίδην πεμφθεὶς στρατηγὸς, ἀπόλετο σὺν τῷ στρατῷ. Κεφ. ιζ

Ὅτι πάλιν ὄψι τὴν ἰουδαίαν βαχχίδης ἐκπεμφθεὶς, ἐνίκησεν. Κεφ. ιη

Ως ἰούδας διεφθάρη μαχόμενος. Κεφ. ιθ

HÆC IN DVODECIMO IOSEPHI ANTIQVITATVM Iudaicarum libro continentur.

Ptolemæus Lagi filius dolo occupatis Hierosolymis cum reliqua Iudæa, multos inde in Ægyptum traduxit. CAP. I.

Ptolemæus Philadelphus Iudæorum legem in Græcam linguam vertit, & multis eius gentis captiuis in gratiam Eleazari sacerdotis dimissis, donaria multa Deo in templo eius dedicat. CAP. II.

Quomodo honor à regibus Asiæ Iudæorum genti habitus, & in ciuitatibus ab illis conditis ius ciuium eis concessum sit. CAP. III.

Ioseph us Tobiæ filius imminẽtem Iudæis calamitatem depellit, amicus Ptolemæo regi factus. CAP. IV.

Amicitia & societas Lacedæmoniorum cum Onia Pontifice Iudæorum. CAP. V.

Iudæi seditionibus agitati, Antiochi opem inuocant. CAP. VI.

Quemadmodum Antiochus ducto Hierosolyma exercitu, occupatóque eius vrbis dominio, templum etiam spoliauerit. CAP. VII.

Antiocho vetante Iudæos vti patriis legibus, solus Assamonæi filius Matthias regem contempsit, profligatis etiam eius ducibus. CAP. VIII.

Matthias obit senio confectus, rerum administratione filiis relicta. CAP. IX.

Apollonius Antiochi dux in Iudæa prælio victus occiditur. CAP. X.

Silonis & Gorgiæ contra Iudæos expeditiones & clades. CAP. XI.

Quomodo diuisis copiis Iudas Ammanitas, Simon verò eius frater Tyrios & Ptolemaidenses superarit. CAP. XII.

Antiochi Epiphanis apud Persas interitus. CAP. XIII.

Antiochus Eupator profligato Iudæorum exercitu Iudam in templo obsidet. CAP. XIV.

Quomodo longo tempore in obsidione consumpto, Antiochus cum Iuda fœdus fecerit, & ex Iudæa discesserit. CAP. XV.

Bachides Demetrij dux cum exercitu contra Iudæos missus infecto negotio ad suum regem reuertitur. CAP. XVI.

Nicanor post Bachidem dux contra Iudam missus, vnà cum vniuerso exercitu perit. CAP. XVII.

Bachidis denuò missi contra Iudæam victoria. CAP. XVIII.

Quomodo Iudas prælio victus occubuerit. CAP. XIX.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTI-

QVITATVM IVDAICARVM

LIBER DVODECIMVS.

CAP. I.

Ptolemæus Lagi dolo occupatis Hierosolymis cum reliqua Iudæa, multos inde in Ægyptum traduxit.

ALexander Macedonum rex in suam potestatem redacto Persarum imperio, & constitutis vt iam dictum est Iudæorum rebus, vitam finiit. Imperio verò in multos successores distracto, Antigonus Asiam occupat, Seleucus Babylonem cum vicinis gentibus, Lysimachus Hellespontum, Macedoniã Cassander, Ptolemæus Lagi Ægyptum. Qui dũ seditionibus agitãtur, & de imperio cõtendunt durante longo bello, & vrbes multæ afflictæ sint, & habitatores earum plurimi per diuersa præliorũ certamina desiderati sunt: id quod tota Syria tum passa est sub Ptolemæo Lagi, quem præter meritum Soterem appellabant. Is & Hierosolyma occupauit, dolo tamen circumuẽta. Ingressus enim vrbem sabbato velut sacrorũ gratia, Iudæis nec arcentibus quòd nihil hostile suspicarentur, & alioquin eum diem in ocio & quiete agentib⁹, sine difficultate potitus dominio, acerbè eam & inclementer tractauit. Attestatur nobis Agatharchides Cnidius, qui successorum Alexandri res gestas conscripsit, superstitionem nobis exprobrans, quòd propter eam libertatẽ amiserimus. Sic. n. scribit: Est gẽs quæ Iudæorum dicitur, vrbẽ incolẽs magnam & bene munitã, nomine Hierosolyma. hãc passi sunt in Ptolemæi potestatem peruenire: & dum propter superstitionem grauãtur arma sumere, grauem dominum receperunt. Et Agatharchides quidem de nostris hominibus hæc prodidit. Cęterùm Ptolemęus multos captiuos ex montano Iudææ tractu & Hierosolymorum vicinia, Samatiáque & Garizin monte in Ægyptum traductos iussit sedes ibi figere: & cùm Hierosolymitas pertinacissimè iurisiurandi fidem seruare cõpertum haberet ex responso quod Alexandri

Κεφάλαιον ά.

Ὡς πτολεμαῖος ὁ λάγου δόλῳ καὶ ἀπάτῃ ἐξελαβὼν τὰ ἱεροσόλυμα καὶ τὴν ἰουδαίαν, πολλοὺς ἐξ αὐτῆς εἰς αἴγυπτον κατῴκισεν.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ μὲν οὖν ὁ τῶν μακεδόνων βασιλεὺς, καταλύσας τὴν περσῶν ἡγεμονίαν, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἰουδαίαν τὴν παρὰ μικρὸν ἅπαντα κατασκάμμασι ξόπον, τελευτᾷ τὸν βίον. μεταπεσούσης δὲ εἰς πολλὰς τῆς ἀρχῆς, ἀντίγονος μὲν τὰ ἀσίας ὑπερκαθῆστο, σέλευκος δὲ βαβυλῶνος καὶ τῶν ἐκεῖ ἐθνῶν, λυσίμαχος δὲ τὸν ἑλλήσποντον διέπει, τὴν δὲ μακεδονίαν εἶχε κάσανδρος, πτολεμαῖος δὲ ὁ λάγου τὴν αἴγυπτον εἰλήφει. ζασιαζόντων δὲ τούτων, καὶ ποικίλως ἀλλήλοις φιλοτιμουμένων περὶ τὰ ἰδίας ἀρχῆς, πολέμους τε συνεχεῖς καὶ μάχας συνέβαινε γίνεσθαι, καὶ τὰς πόλεις κακοπαθεῖν, καὶ πολλοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀποβάλλειν τῶν οἰκητόρων, ὡς καὶ τὴν συρίαν ἅπασαν ὑπὸ πτολεμαίῳ τῷ λάγου, σωτῆρος τότε χρηματίζοντος, τὰ ἐναντία παθεῖν αὐτὴ τῇ ὀνομασίᾳ. κατέσχε δὲ δόλῳ καὶ ἱεροσόλυμα, δόλῳ καὶ ἀπάτῃ χρησάμενος. εἰσελθὼν γὰρ σαββάτοις εἰς τὴν πόλιν ὡς θύσων, μήτε τῶν ἰουδαίων αὐτὸν ἀμυνομένων, ὑπὲρ γὰρ ὑποπτεύειν πολέμιον, καὶ ὅλως τὸ αὐτόπτολον καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ἀργίᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ τυγχανόντων, ὀνόνως ἐγκρατὴς γίνεται τῆς πόλεως, καὶ πικρῶς ἦρξεν αὐτῆς. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ ἀγαθαρχίδης ὁ κνίδιος, ὁ τὰς τῶν διαδόχων πράξεις συγγραψάμενος, ὀνειδίζων ἡμῖν δεισιδαιμονίαν, ὡς δι' αὐτὴν ἀποβαλόντι τὴν ἐλευθερίαν, λέγων ὧδε. ἔστιν ἔθνος ἰουδαίων λεγόμενον, οἳ πόλιν ὀχυρὰν, καὶ μεγάλην ἔχοντες ἱεροσόλυμα, ταύτην ἐπιὼν ὑπὸ πτολεμαίῳ τῷ μετὰ μῆνα, ὅπλα λαβεῖν οὐ θελήσαντες, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπραγμονα δεισιδαιμονίαν, χαλεπὸν ὑπέμειναν ἔχειν δεσπότην. ἀγαθαρχίδης μὲν οὖν ταῦτα περὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν ἀπεφήνατο. ὁ δὲ πτολεμαῖος πολλὴν ἀχμαλώτων λαβὼν, ἀπό τε τῆς ὀρεινῆς ἰουδαίας καὶ τῶν περὶ τὰ ἱεροσόλυμα τόπων, καὶ τῆς σαμαρείτιδος, καὶ τῶν ἐν γαριζὶν, κατῴκισεν ἅπαντας εἰς αἴγυπτον ἀγαγών. εἴνωκὼς δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν ἱεροσολύμων, περὶ τε τῶν ὅρκων φυλακὴν καὶ τὰς πίστεις βεβαιοτάτους ὑπάρχοντας, ἐξ ὧν ἀπεκείνατο ἀλέξανδρῳ,

πρὸς-

προσβλυσαμένῳ πρὸς αὐτοὺς, μὴ τὸ κρατῆσαι δ' ἀρείᾳ τῇ μάχῃ, πολλοὺς αὐτῶν εἰς τὰ φρούρια καταλοχίσας, καὶ τοῖς μακεδόσιν ἐν ἀλεξανδρείᾳ ποιήσας ἰσοπολίτας, ὅρκους ἔλαβε παρ' αὐτῶν, ὅπως τοῖς ἐκγόνοις τὰ παραθησόμενα τὴν πίστιν διαφυλάξωσιν. ἐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἰουδαίων ἑκουσίως εἰς τὴν ἀγυπτον παρεγένοντο, τήν τε ἀρετῆς τῶν τόπων αὐτοὺς, καὶ τὴν τοῦ πτολεμαίου φιλοπμίας, προσκαλουμένης. σάσεις μὲν οὖν τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν πρὸς τοὺς σαμαρείτας, τὰ πάτρια ἀγωνιῶντες ἐθῶν διασώζειν προῃρημένοις ἐγένοντο. καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμουν. τῶν μὲν ἱεροσολυμιτῶν τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερὸν ἅγιον εἶναι λεγόντων, καὶ τὰς θυσίας ἐκεῖ πέμπειν ἀξιούντων. τῶν δὲ σαμαρειτῶν εἰς τὸ γαριζὶν ὄρος κελευόντων.

A

B

Κεφάλαιον Β'.

Ὡς πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος τοὺς ἰουδαίων νόμους εἰς τὴν ἑλληνικὴν γλῶτταν μετέβαλεν, καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλυσεν, καὶ ἀναθήματα πολλὰ ἀνέθηκεν τῷ θεῷ.

C

Ἐπεττα τὴν βασιλείαν τῆς ἀγύπτου πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος κατασχὼν αὐτὴν ἐπ' ἔτη ἐνὸς δέοντος τεσσαράκοντα, τόν τε νόμον ἡρμήνευσε, καὶ τοὺς δαλδίους ἐν ἀγύπτῳ τῶν ἱεροσολυμιτῶν ἀπέλυσε τῆς δουλείας, ὄντας δώδεκα μυριάδας, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. δημήτριος ὁ φαληρεὺς, ὃς ἦν τότε τῶν βιβλιοθηκῶν τῆς βασιλέως, ἀπεδίδου εἰ δυνατὸν εἴη πάντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην συναγαγεῖν βιβλία, καὶ συνωκείωτο, εἴπερ μόνον ἀκούσεται ἀπεδῆ ἄξιον ἢ ἤδη τῆς τοῦ βασιλέως προαιρέσεως, μάλιστα μὲν οὖν περὶ τὴν συλλογὴν τῶν βιβλίων εἶχε φιλοκάλως, συνηγωνίζετο. ἐερωτῶν δ' αὐτὸν ποτὲ τῶν πτολεμαίων, πόσας ἤδη μυριάδας ἔχει συνηλεγμένας βιβλίων, τῶν μὲν ὑπαρχόντων εἶναι περὶ εἴκοσι, ὀλίγου δὲ χρόνου, εἰς πεντήκοντα συναθροίσειν, μεμηνῦσθαι δ' ἔλεγεν αὐτῷ πολλὰ εἶναι καὶ θεῖα τῶν ἰουδαίων τὰ παρ' αὐτοῖς νομίμων συγγράμματα, ἀπεδῆς ἄξια καὶ τῆς βασιλέως βιβλιοθήκης, ἃ τῶν ἐκείνων χαρακτῆρσι καὶ τῇ διαλέκτῳ γεγραμμένα, πόνον αὐτοῖς ἐκ ὀλίγον παρέξειν εἰς τὴν ἑλληνικὴν μεταβαλλόμενα γλῶτταν. δοκεῖ μὲν γὰρ εἶναι τῇ ἰδιότητι τῶν σύρων γραμμάτων ἐμφερὴς ὁ χαρακτὴρ αὐτῶν, καὶ τὴν φωνὴν ὁμοίαν αὐτοῖς ἀπηχεῖν, ἰδιότροπον δ' αὐτὴν εἶναι συμβέβηκεν. ὑδὲν οὖν ἔλεγε κωλύειν καὶ ταῦτα μεταβαλόντα, δύνασθαι γὰρ τῆς εἰς ταῦτα χορηγίας ὑποφωῦτα, ἔχειν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ καὶ τὰ παρ' ἐκείνοις. δόξας οὖν ὁ βασιλεὺς ἄριστα τὸν δημήτριον φιλοτιμούμενον περὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν τῶν βιβλίων ὑποτίθεσθαι, γεγράφει τῷ τῶν ἰουδαίων ἀρχιερεῖ ταῦτα γίνεσθαι. ἀρίσταγος δέ τις φίλος ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τοῦ βασιλέως, καὶ σπουδαζόμενος ὑπ' αὐτοῦ διὰ μεγιότητα, πολλάκις μὲν καὶ πρότερον ἔγνω παρακαλέσαι τὸν βασιλέα ὅπως ἀπολύσῃ τοὺς ἰουδαίους, ὅσοι κατὰ τὴν βασιλείαν ἦσαν αὐτοῦ. καιρὸν δ' ἐπιτήδειον εἶναι τοῦτον δοκιμάσας τῆς δεήσεως, πρώτοις περὶ τούτου διαλέγεται τοῖς ἄρχουσι τῶν σωματοφυλάκων, σωσιβίῳ τῷ θεραντίνῳ καὶ ἀνδρέᾳ, συναγωνίσασθαι περὶ ὧν ἐντυγχάνειν μέλλει τῷ βασιλεῖ παρακαλῶν αὐτούς. προσλαβὼν οὖν καὶ τὴν προειρημένων γνώμην ὁ ἀρίσταγος, προσελθὼν τῷ βασιλεῖ λόγους πρὸς αὐτὸν τοιούτους ἐποιήσατο. ἐ χρὴ ἀπατᾶσθαι ἡμᾶς ὦ βασιλεῦ προῖεμένους, ἀλλὰ τἀληθὲς ἀπελέγχειν. τοὺς γὰρ τῶν ἰουδαίων νόμους ἐ μεταγράψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑρμηνεῦσαι διεγνωκότες εἰς τὸ σὸν κεχαρισμένον

D

E

F

G

legatis post Darij cladem dederant, multa ex eis præsidia disposuit per arces: & cùm eis apud Alexandriam ius ciuitatis pari cum Macedonibus conditione dedisset, sacramento omnes deuinxit, seruaturos fidem posteris eius qui tã multa ipsis crediderat. Non pauci præterea reliquorum Iudæorum sponte in Ægyptum migrauerunt, partim vbertate terræ allecti, partim Ptolemęi erga suã gentem liberalitate. Seditiones tamen continuæ fuerunt inter eorum posteros & Samaritas, instituta patria peruicaciter retinẽtes: pugnabántque inter se iugiter, dũ Hierosolymitani suum templum sacrosãctum esse affirmant, & victimas à Iudæis nõ aliò mittendas: Samaritæ contra in montem Garizin eas mitti debere contendunt.

Cap. II.

Ptolemæus Philadelphus Iudæorum legem in Græcam linguam vertit, & multis eius gentis captiuis dimissis, donaria multa Deo in templo eius dedicat.

POst hunc Philadelphus assumpto Ægypti regno, quod per annos vndequadraginta tenuit, & legem transferri in Græcam linguam curauit, & Hierosolymitas in Ægypto seruientes liberos dimisit, numero cẽtum viginti millia, idque ex huiusmodi causa. Demetrius Phalereus regiarum bibliothecarum præfectus, dabat operã, vt, si fieri posset, omnes totius orbis libros colligeret, coemens quotquot vbicunq. audisset cognitu dignos aut cupiditati regis gratos, cuius præcipuum erat in congerendis codicibus studium. hic rogatus aliquando à rege quàm multa millia iam comparasset, ait se iam habere circiter ducẽta millia, sed breui habiturum quingenta millia: præterea compertũ sibi certis indiciis multos esse apud Iudæos, qui leges eorum scriptas contineant, dignos cognitu & bibliotheca regia: esseque scriptos ipsorũ lingua & literis, & exhibituros negotium his qui velint eos in Græcum sermonẽ vertere. Videri quidem quandam cum Syrorum lingua & charactere similitudinem, habere tamen multa peculiaria. Nihil igitur vetare, quin & illa ex Hebræo traducta, cùm non desint sumptus, in bibliothecam suã referat. Tum rex collaudato Demetrij circa conquirẽdos libros studio, scribit Iudæorum pontifici, vt curet hoc negocium ex sententia sua confici. Interea quidam Aristæus ex intimis regis amicis, & ob modestiam admodum carus, cùm iamdudum animum haberet rogare eum vt Iudæos in suo regno libertati restitueret: ratus adesse iam optimã occasionẽ supplicandi, primum cũ prę fectis satellitib. Sosibio Tarentino & Andrea consilium hoc communicat, multum obtestatus vt preces suas apud regem quantum possunt adiutent: & postquã intellexit ipsis quoque rẽ cordi esse, adito rege sic eum allocutus est: Quia non decet nos rex verum dissimulare, sed ingenuè proloqui: cum hoc agamus vt Iudæorum leges non transcribantur tantũ, veruntiam vertantur, quónam honesto prætextu id facere possumus,

dum tam multi eius hominum generis in regno tuo seruiunt? Quos certè non alienum fuerit à tua bonitate ac magnificentia liberare à præsenti miseria: quandoquidem is qui tuum gubernat imperium, earum legum autor noscitur, quantum mihi sanè de ea re inquirenti peruestigari potuit. Conditorem enim huius vniuersitatis eundem quem illi nos quoque colimus, Iouem nominantes, nimirum quòd iuuet vitam omnium. Quapropter vel Deum reueritus, quem illi eximio, præ cæteris mortalibus cultu venerantur, redde eis patriam, vt in natali solo liceat eis vitam exigere. Nec est quod suspiceris rex, me vel genere vel tribu eis propinquum has preces offerre in illorum gratiam atque commodum: sed quum omnium hominum idem Deus sit opifex, & sciam illi placere beneficentiam, ideo tibi nunc supplico. Ibi rex libenti ac hilari vultu illum aspiciens, & quot tandem putas millia, quibus opus sit hoc beneficio? Tum Andreas, qui & ipse aderat, dixit esse circiter centum viginti millia. Ad hæc rex, Paruáne igitur tibi Aristæe videtur hæc quam poscis liberalitas? Sosibio verò & cæteris præsentibus, dignum esse ipsius magnificentia dicentibus, pro accepto regno hanc Deo reponere gratiam: lætus hoc eorum consensu iussit, vt quãdo militi stipendium numerauerint, pro singulis captiuis qui apud eos sint drachmas centum viginti annumerent, atque hoc suum decretum publico edicto propositurum se est pollicitus, quo tam Aristæi petitio quàm Dei voluntas fiat confirmatior. In eo comprehẽdebantur non hi solùm quos pater aut eius exercitus abduxerat, sed illi quoque qui vel antè vel pòst in seruitutem abstracti fuerant, & cùm eam vindictam libertatis dicerent plusquam quadringenta talenta poscere, ne hæc quidem impendere grauatus est. Eius edicti exemplar, quo illustrior fiat regis magnanimitas, libet hoc loco adscribere. Quicunque ex militia patris nostri Syriam ac Phœnicen incursauerunt & subacta Iudæa mancipia inde in regionem nostram eiúsque vrbes abducta diuendiderunt, atque etiam quicunque vel antè vel pòst diuenditi sunt, hos omnes liberos volo fieri, próque singulis mancipiis centum viginti drachmas recipere, milites quidem vnà cũ cætero stipendio, reliquos verò à mensariis regiis. Censeo enim hos præter patris mei voluntatem, & præter omnem æquitatem in captiuitatẽ abductos militum licentia, qui vastata Iudæa sui commodi causa in Ægyptum abstraxerunt hãc multitudinem. Quapropter iustitiæ respectu, & commiseratione eorum qui à potentioribus per vim opprimuntur, iubeo Iudæos omnes, qui seruitutem seruiunt, dimitti liberos, iam dicta summa heris eorum pro libertate reddita, & absque dolo malo huic nostro mandato satisfieri. Volo autem hoc edictũ proponi per triduum ex quo allatum fuerit, & interim heros profiteri huiusmodi mãcipiorũ numerũ: id enim & mihi ipsi profuturũ existi-

παρ' ὧν ἄγοντα γυναῖκα τῶν ἐπισήμων ἐξ ἀραβίας, νύ-
μφιον ὄνομα, ἐξ ἧς αὐτῷ τέτασσες ἐγίνοντο παῖδες,
φασάηλος, καὶ ἡρώδης, οὓς ὕστερον βασιλεῖς γίνεται, ἰω-
σηπός τε & φερώρας, θυγάτηρ δ σαλώμη. ὅθεν ὁ αἰτι-
πατρος ἐκτήσατο καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους δυνάσας φι-
λίαν καὶ ξενίαν, μάλιστα δ πρὸς τ ἄραβα, ᾧ καὶ τὰ τέ-
κνα πολεμῶν πρὸς ἀριστόβουλον παρέθετο. κάσσιος
μὲν οὖν ἀναστρατοπεδευσάμενος, ὅτι τὸν ὑφεάτην
ἠπείγετο, ὑπαντιάσων τοῖς ἐκεῖθεν ὁπλίταις, ὡς καὶ ὑπ' F
ἄλλων δεδήλωται.

Κεφάλαιον ιγ'.

φυγὴ πομπηίου εἰς ἄπαντα, καὶ σκιπίωνος εἰς συρίαν ἄφιξις.

ΧΡόνῳ δ ὕστερον κάισαρ κατασχὼν ῥώμην μετὰ
τὸ πομπήϊον καὶ τὴν σύγκλητον φυγεῖν πέραν
τὲ ἰονίου, ἀπολύσας τῆς δεσμῆς ἀριστόβουλον εἰς
συρίαν διεγνώκει πέμπειν, δύο μὲν ἀπολῦσαι αὐτῷ τά- G
γματα, ὡς ἂν ὑπερέχοι τὰ κατὰ ταύτην δυνατὰ
ὤν. ἀριστόβουλος δ οὐκ ἀπέτυχε τῆς ἐλπίδων, ἐφ'
οἷς ἔτυχε τῆς ἀπὸ κάισαρος ἐξουσίας, ἀλλ' αὐτὸν
φθάσαντες οἱ τὰ πομπηίου φρονοῦντες φαρμάκῳ ἐξ-
έφθειραν, θάπτεται δ' αὐτὸν οἱ τὲ κάισαρος θεραπεύοντες προθύμως. καὶ ὁ νεκρὸς [αὐτοῦ] ἔκειτο ἐν μέλιτι
κεκηδευμένος ὅπη χρόνου πολλοῦ, ἕως αὐτόμως αὐτὸν ὕστερον ὑποπέμψας εἰς τ ἰουδαίαν ἐν τ βασιλικῇ
θήκῃ ἐποίησε τεθῆναι. σκιπίων δ ὑπεξελαύνοις αὐτῷ πομπηίου ἀποκτείναι βουλόμενος τ ἀριστοβούλου,

agitatam seditionibus gentis nostræ, quæ orbem terrarum repleuerit. sic enim scribit: Quatuor erant genera in Cyrenensium vrbe, ciues, agricolæ, inquilini, & quarti Iudæi. hoc iam in omnes vrbes subrepsit. nec est facile inuenire locum in orbe habitabili, quem recepta semel non obtineat. nam & Ægyptus & Cyrene, vtpote eisdem solitæ parere dominis, aliæque multæ regiones horum ritus admiserunt: alúntque congregationes Iudæorum maximas, tempore coalitas, & vtentes institutis domesticis. Per Ægyptum sanè etiam coloniæ sunt eius gentis, absque eò quòd Alexandrinæ vrbis magna pars eis assignata est. habet etiam proprium magistratum qui suæ gentis res administret, & controuersias ex iure dirimat, & contractus atque pacta rata habeat, uon aliter quàm sit in absoluta republica. Inualuit itaque hæc gens in Ægypto, eo quòd antiquitus originem inde habeat, & facile migretur eò propter vicinitatem. In Cyreniacam verò regionē inde transiit vt conterminam, quemadmodum etiam Iudæa est, vel potius partem olim regni Ægyptij. Hæc Strabo. Cæterùm Crassus rebus arbitratu suo compositis, Parthorum ditionem inuasit: vbi cum omnibus copiis periit: sicut aliàs narratum est. Cassius autem in Syriam refugiens occupata ea resistebat Parthis, propter recentem victoriam excursantibus: & cùm venisset Tyrum, inuisit etiam Iudæam. vbi Tarichæas primo impetu cepit, & fermè xxx. millia captiuorum abduxit. Pitholaum quoque qui Aristobuli partes fouebat interfecit hortante Antipatro, qui plurimum apud eum poterat, & maximam inter Idumæos autoritatem habuit. apud quos duxit vxorem illustri inter Arabas loco natā, Cypron nomine, ex qua quatuor ei nati sunt filij, Phasaelus, & Herodes qui postea regnauit, & Iosephus atque Pheroras, & filia Salome. Hic Antipater etiam alios dynastas hospitio sibi cōiunxit & amicitia, sed maxime Arabem, apud quem & liberos depositi, dum bellum contra Aristobulum gereret. At Cassius reparatis copiis ad Euphratem se contulit, ibique Parthis se opposuit, quemadmodum & ab aliis scriptoribus est memoriæ proditum.

Cap. XIII.

Pompeij fuga in Epirum, & Scipionis aduentus in Syriam.

ALiquanto autem pòst Cæsar occupata Roma, & Pompeio vnà cum senatu vltra mare Ionium fugato, solutum vinculis Aristobulum decreuit in Syriam mittere, additis ei duabus legionibus quo facilius ordinaret prouinciam, sed is breui frustratus est sua spe, quam ex accepta à Cæsare potestate conceperat, à Pompeianis veneno sublatus, & à Cæsarianis funeratus. Corpus autem eius diu melle curatum iacuit, donec Antonius id in Iudæam remissum mandauit reponi in regum conditoriis. Scipio verò iussu Pompeij securi percussit Alexandrū Aristobuli filiū XIIII. XV.

eo quòd aliquando contra Romanos rebellauerat,& hic quidem apud Antiochiam affectus est supplicio. fratres verò eius ad se recepit Ptolemæus Mennæus dynasta Chalcidis, quæ sita est in monte Libano. nam misso Philippione filio Ascalonem ad vxorem Aristobuli, iussit eam cum eo mittere ad se Antigonum filium & filias, quarum alterius Alexandræ amore captus Philippio duxit eam coniugem. deinde verò occiso prius eò Ptolemæus ipse duxit Alexandram, & germanorum eius curam habere non destitit.

Cap. XIV.

Cæsaris in Aegyptum expeditio, & quàm fideli Iudæorum opera adiutus sit.

XVI. POst Pompeij autem obitum & victoriam Cæsaris, bellum ei gerenti in Ægypto multis in rebus vsui fuit Antipater Iudæorum gubernator, idque mandato Hyrcani. Mithridate enim Pergameno adducente auxilia, nec valente transire per Pelusium, & circa Ascalonem hærente, Antipater ei se adiunxit cum armatis Iudæorum tribus millibus, egitque cum Arabum primatibus vt & ipsi venirent auxilio, eiusque potissimum opera è tota Syria auxilia contracta sunt. nam certatim opem tulerunt Cæsari Iamblichus dynasta & Ptolemæus eius filius & Tholomæus Sohemi filius Libanum montem incolens, & vrbes penè vniuersæ. Mithridates verò motis è Syria castris peruenit Pelusium, & non receptus ab eius loci hominibus vrbem oppugnauit. Vbi præcipuam operam nauauit Antipater, primúsque deiecta quadam muri parte, aditum cæteris irrumpentibus in vrbem aperuit. & Pelusium quidem sic captum est. Antipatrum autem & Mithridatem properantes ad Cæsarem transitu arcebant Iudæi Ægyptij, qui regionem quæ Oniæ dicitur incolunt. Hos Antipater vt tribules in partes suas traduxit, maximè cum ostendisset Hyrcani pontificis literas, in quibus rogabantur, vt amicos se præberent Cæsari, eúmque commeatibus iuuarent & rebus exercitui necessariis. Qui moti autoritate Antipatri ac pontificis libenter paruerunt. quod vbi audiuerunt qui Memphim accolunt, & ipsi Mithridatem accersiuerunt, & ille eò profectus hos quoque adiunxit suis partibus.

Cap. XV.

Antipatri res gestæ & cum Cæsare amicitia.

POstquam autem ventum est ad Delta quod vocant, conflixit cum hoste circa locum qui Castra Iudæorum dicitur. Curabat autem dextrum cornu Mithridates, sinistrum Antipater. In ea pugna Mithridatis cornu inclinatum est, videbatúrq; cladem accepturum, nisi maturè præter fluminis ripam accurrens cum suis Antipater, qui iam aduersarios profligauerat, exemptis sociis periculo, Ægyptios iam vincentes coegisset terga vertere: qui adeò fugientibus institit, vt castra quoque hostium caperet: aduocato etiam in prædæ partem Mithridate, quem insectando hostem longè à tergo reliquerat. Is ex suis octingentos desideret, τόν τε μιθριδάτην ἐκάλει πλεῖον ἐν τῇ ζοπῇ διαχόντα. ἔπεσον δὲ τούτων μὲν οἱ ὀκτακόσιοι, τῶν

A ἀντιπάτρου δὲ νεανίσκον δὴ τῶν τὸ πρῶτον εἰς ῥωμαίους ἐξημφ̃τημένων, τῷ πελέκει διεχρήσατο. ὁ μὲν οὕτως ἐν ἀπορίᾳ τελευτᾷ, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς αὐτοῦ πτολεμαῖος ὁ μιννάου παρέλαβε, δυναστεύων χαλκίδος τῆς ὑπὸ τῷ λιβάνῳ ὄρει, καὶ πέμψας τὸν υἱὸν φιλιππίωνα εἰς ἀσκάλωνα ὡς τὸν ἀριστοβούλου γυναῖκα, σκέλλουσαν αὐτοῦ συναποστέλλειν τὸν υἱὸν ἀντίγονον, καὶ τὰς θυγατέρας, ὧν δὲ ἑτέρας ἀλεξάνδρας ἐραθεὶς φιλιππίων ἄγεται γυναῖκα. μὴ δὲ ταῦτα ἀγνοῶν αὐτὸν ὁ πατὴρ πτολεμαῖος γαμεῖται τὴν ἀλεξάνδραν, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς προνοίαν ποιούμενος διατελεῖ.

B

Κεφάλαιον ιδ'.

Καίσαρι εἰς αἴγυπτον στρατεύσαντι, καὶ ὡς ἰουδαῖοι αὐτῷ συνεμάχησαν.

C ΜΕτὰ δὲ τὸν πομπηίου θάνατον καὶ τὴν νίκην τὴν ἐπ' αὐτῷ καίσαρι πολεμοῦντι κατ' αἴγυπτον εἰς πολλὰ χρήσιμον αὐτὸν παρέσχεν ἀντίπατρος ὁ τῶν ἰουδαίων ὑπομνητὴς ἐξ ἰτουραίας ὑρκανῷ. μιθριδάτῃ γὰρ τῷ περγαμηνῷ κομίζοντι βοηθητικὸν καὶ ἀδυνάτως ἔχοντι διὰ πλησίον ποιήσασθαι τὴν πορείαν, ὠφελῆσαι δὲ ἀσκάλωνα διαβιβάζοντι, ἦκεν ἀντίπατρος ἄγων ἰουδαίων ὁπλίτας χιλίους, ἐξ ἀραβίας τε συμμάχους ἐλθεῖν ἐπραγματεύσατο τοῖς ἰτουραίοις, καὶ δι' αὐτὸν οἱ κατὰ τὴν συρίαν ἅπαντες ἐπεκούρησαν, ὑπολειπόντων δὲ καίσαρος σπουδὴν ποιουμένων, ἰαμβλίχου τε ὁ συνάρχης καὶ πτολεμαῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ θολομαῖος ὁ σοέμου λίβανον ὄρος οἰκῶν, αἵτε πόλεις σχεδὸν ἅπασαι. μιθριδάτης δὲ ἅρας ἐκ συρίας εἰς πηλούσιον ἐφικνεῖται. καὶ μὴ δεχομένων αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. εἰσῆλθε δὲ ἀντίπατρος, ὃς πρῶτος κατασκευάσας τὴν τείχους ὁδὸν εἰς πεσεῖν παρέσχετο τοῖς ἄλλοις εἰς τὴν πόλιν. καὶ τὸ μὲν πηλούσιον οὕτως εἶχεν. τοὺς δὲ περὶ ἀντίπατρον καὶ μιθριδάτην ἀπιόντας πρὸς καίσαρα, διεκώλυον οἱ ἰουδαῖοι αἰγύπτιοι, οἱ τὴν ὀνίου λεγομένην χώραν κατοικοῦντες. πείθει δὲ καὶ τούτους τὰ αὐτῷ φρονῆσαι καὶ τὸ ὁμόφυλον ἀντίπατρος, καὶ μάλιστα ὑπισχνεῖται αὐτοῖς τὰς ὑρκανοῦ τοῦ ἀρχιερέως ὑπιστολάς, ἐν αἷς αὐτοὺς φίλους εἶναι καίσαρος παρεκάλει, καὶ ξένια καὶ πάντα τὰ ὑπηρέσια χορηγεῖν τῷ στρατῷ. καὶ οἱ μὲν ὡς ἑώρων τὸν ἀντίπατρον καὶ τὸν ἀρχιερέα συνελθόντας ὑπήκουον. τοῦτοις δὲ πεισθεῖσιν ἀκούσαντες οἱ περὶ μέμφιν, σκάλωνι καὶ αὐτοὶ τὸν μιθριδάτην πρὸς αὐτοὺς, κἀκεῖνος ἐλθὼν καὶ τούτους ὑπαλαμβάνει.

D

E

F

Κεφάλαιον ιε.

Ἀντιπάτρου ἀριστεία, καὶ φιλία πρὸς καίσαρα.

ΕΠεὶ δὲ τὸ καλούμενον δέλτα ὡς ἤδη παρελήλυθει, συμβάλλει τοῖς πολεμίοις περὶ τὸ καλούμενον ἰουδαίων στρατόπεδον. εἶχε δὴ, τὸ μὲν δεξιὸν κέρας μιθριδάτης, τὸ δ' εὐώνυμον, ἀντίπατρος. συμπεσόντων δὲ εἰς μάχην, κλίνεται τὸ τοῦ μιθριδάτου κέρας, καὶ παθεῖν ἂν κινδύνους τὰ δεινότατα, εἰ μὴ ὑπὲρ τὸν ποταμοῦ σὺν τοῖς οἰκείοις σατράπαις ἀντίπατρος ὠφθη νενικηκὼς ἤδη τοὺς πολεμίους, τὸν μὲν φεύγοντα, ἕπεται δὲ εἰς φυγὴν τοῖς νενικηκόσι αἰγυπτίοις. ἄρας δὲ αὐτὸς καὶ τὸ στρατόπεδον, δηῃούμενος τὴν διώξει, τόν τε μιθριδάτην ἐκάλει πλεῖον ἐν τῇ ζοπῇ διαχόντα. ἔπεσον δὲ τούτων μὲν οἱ ὀκτακόσιοι,

τῶν

φῆ ἢ ἀντιπάτρου πεντήκοντα. μιθριδάτης ἢ φεὶ τού- A
των ὀπισέλλῃ καίσαρι, τῆς τε νίκης αὐτοῖς ἅμα & τῆς
σωτηρίας αἴτιον τὸ ἀντιπαῖον ὑποφαίνων, ὥστε τὸν καί-
σαρα τότε μὲν ἐπαινεῖν αὐτὸν, κελεῦσθαι ἢ φῶς πάντα
τὸ πόλεμον εἰς τὰ κινδυνωδέστατα τῷ ἀντιπάτρῳ, & δὴ
καὶ ζωθλῶν συνέβη φῶς τοῖς ἀγῶσι αὐτῷ. κατα-
λύσας μὲν τοι καῖσαρ μετ' οὐ χρόνον τὸν πόλεμον, καὶ εἰς
συρίαν ὑποπλεύσας, ἐτίμησε μεγάλως, ὑρκανὸν μὲν τὸν
ἀρχιερωσύνῃ βεβαιώσας, ἀντιπάτρῳ ἢ πολιτείαν ἐν B
ῥώμῃ δοὺς καὶ ἀτέλειαν παντα χῆ. λέγεται ἢ ὑπὸ πολ-
λῶν ὑρκανὸν ταύτης κοινωνῆσαι τῆς στρατιᾶς, & ἐλθεῖν
εἰς ἀίγυπτον. μάρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ γράβων ὁ καπ-
πάδοξ λέγων ὡς ἀσινίῳ ὀνόματος ὄντος, μὴ ἢ τὸν μι-
θριδάτην εἰσβάλλειν εἰς τὴν ἀίγυπτον, καὶ ὑρκανὸν τὸν τῶν
ἰουδαίων ἀρχιερέα. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος γράβων καὶ ἐν ἑτέρῳ
πάλιν ὡς ὑψικράτους ὀνόματος λέγει ὄντος, τὸν μὲν μι-
θριδάτην ὡς ἐλθεῖν μόνον, κληθέντα δὲ εἰς ἀσκάλω-
να ἀντίπαῖον, ὑπ' αὐτοῦ τὸν τῶν ἰουδαίων ἐθνάρχην C
χιλίους αὐτοῦ στρατιώτας συμπαραδοῦναι, καὶ τοὺς
ἄλλους δυνάστας πρεσβεύσαι, κοινωνῆσαι ἢ τῆς στρατιᾶς,
καὶ ὑρκανὸν τὸν ἀρχιερέα. ταῦτα μὲν γράβων φησίν. ἐλθὼν
ἢ καὶ ἀντίγονος ὁ ἀριστοβούλου τότε πρὸς καίσαρα, τιμῶ
τε τῷ παῖδὸς ἐπωδύρετο τύχῃ, & ὡς δὲ αὐτὸν ἀποθά-
νοι φαρμάκοις ἀναιρεθεὶς ἀριστόβουλος, καὶ ὁ ἀδελφὸς
αὐτοῦ κτείναντος πτολέμου σκιπίωνος. ἐδεῖτο τε λαβεῖν
οἶκτον αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ἐκβεβλημένου. ὑρκανὸς ἢ ὅτι τού- D
τοις καὶ ἀντιπάτρου κατηγόρει διαίως ἐξηγουμένων τὰ
ἔθνους, καὶ εἰς αὐτὸν πρὸ δημοσιεύντων. παρὼν ἢ ἀντιπα-
τρος ἀπελογεῖτο μὲν ὑπὲρ ὧν ἐώρα κατ' αὐτὸν τὴν κατη-
γορίαν γιγνομένην, νεωτερισαὶ ἢ ἀπέφαινε τοὺς φεὶ
τὸν ἀντίγονον καὶ σασιώδεις, ὅσα τε πονήσειεν αὐτὸς καὶ
συνεργήσειεν ὑπεμίμνησκεν ὅτι τοῖς στρατηγήμασι, ποι-
ούμενος τοὺς λόγους, ὧν αὐτὸς ἦν μάρτις. δικαίως ἢ ἐ-
λεγεν ἀριστόβουλον μὲν εἰς ῥώμην ἀναπασσον γεγονέναι E
πολέμιον ἀεὶ καὶ μηδέποτε δύνασιν ὑπάρξαντα ῥωμαί-
οις. τὸν ἢ ἀδελφὸν αὐτοῦ κρατηθέντα ὅτι λῃσεία ὑπὸ
σκιπίωνος τυχεῖν ὧν ἄξιος ἦν, ἀλλ' ὑ καθ' βίαν καὶ ἀδι-
κίαν τοῦτο παθεῖν τὸ δράσαντος. τούτοις ἀντιπάτρου
ποιησαμένου τοὺς λόγους, καῖσαρ ὑρκανὸν μὲν ἀποδεί-
κνυσιν ἀρχιερέα, ἀντιπάτρῳ ἢ δίδωσι δυναστείαν, ἣν
αὐτὸς φεραιρῆται, τότε ἐπ' αὐτοῦ ποιησάμενος τιμῶ
κείσιν, ὅπιτερπον αὐτὸν ἀποδεικνυὶ τῶν ἰουδαίων.

Antipater non plus quinquaginta. Mithridates verò de his Cæsarem per literas certiorem reddidit, ingenuè fatlus Antipatrum & salutis sibi causam fuisse & victoriæ: ita vt Cæsar & tunc eum collaudauerit, & postea toto eo bello in rebus periculosissimis eius forti opera vsus sit: in quibus certaminibus etiam vulnera accepit. Quamobrem finito tandem bello classe deuectus in Syriam Cæsar, magnos honores contulit, tum in Hyrcanum quem confirmauit in pontificatu, tum in Antipatrum quem ciuitate Romana & immunitate donauit. Nonnulli verò aiunt Hyrcanum ipsum huic expeditioni interfuisse, & in Ægyptum venisse. Attestatur mihi Strabo Cappadox, ex autoritate Asinij sic scribens: postquam Mithridates Ægyptum inuasit, & cum eo Hyrcanus Iudæorum pontifex. Idem Strabo alibi ex autoritate Hypsicratis sic scribens: Mithridatē primò solum venisse, accitum deinde ab eo Ascalonem gubernatorem Iudææ Antipatrum tria millia militum ei adiunxisse, & eiusdem hortatu cæteros dynastas socia arma contulisse. in hisque Hyrcanum pōtificem. Hæc Strabo. Eodem tempore etiam Antigonus Aristobuli filius ad Cæsarem veniēs, questus est de patris infortunio, quòd propter ipsum veneno extinctus esset Aristobulus, & frater suus à Scipione securi percussus. rogabárque vt sui misereretur, paterno principatu ejecti. Præterea Hyrcanum accusabat & Antipatrum, quòd per vim principatum gētis gererent, nec abstinerent ab ipsius iniuriis. Antipater verò causam suam egit diluens obiecta crimina: Antigonúmque seditionis & nouarum rerum studiosum esse coarguit. commemorabat etiam quantum proximo bello laborasset pro Cæsare, ipsum verborum suorum testem adducens. Aristobulum autem meritò Romam vinctum pertractum, perpetuum hostem & inimicum populi Romani. Fratrem verò huius conuictum latrocinij debitas pœnas Scipioni dedisse: & non per iniuriam oppressum. Tum Cæsar oratione Antipatri motus, Hyrcanum pontificem declarauit, Antipatro dynastiam quamcunque ipse optaret obtulit, & procuratorem insuper Iudææ declarauit.

Κεφάλαιον ις'.

Καίσαρος ὁπισταλαὶ ἢ δόγματα συγκλήτου φεὶ τῶν πρὸς ἰουδαίους φιλίας.

Cap. XVI.

Cæsaris literæ & senatusconsulta de Iudæorum amicitia.

ΕΠιτρέπει δὲ καὶ ὑρκανῷ τὰ τῆς παῖδὸς ἀνατει-
χῆσαι τύχη, ταύτην αἰτησαμένῳ τὸν χάριν. ἐρ-
ρίπτο ἢ ἐπὶ πομπηίου καταβαλόντος. καὶ τότ' ὁπισέλλῃ
τοῖς ὑπάτοις εἰς ῥώμην, ἀναγράψαι ἐν τῷ καπετω-
λίῳ. & τὸ γραφόμενον ὑπὸ τῶν συγκλήτου δόγμα τοῦτον
ἔχει τὸν τρόπον. λούκιος καλέριος λουκίου υἱὸς στρα-
τηγὸς, συνεβουλεύσατο τῇ συγκλήτῳ εἰδοῖς δεκεμ-
βρίαις ἐν τῷ τῶν ὁμονοίας ναῷ γραφομένῳ τῷ δόγματι,
παρῆσαν, δὲ λούκιος κωπώνιος, λουκίου υἱὸς, καὶ παπίριος χυρινᾶς, φεὶ ὧν ἀλέξανδρος ἰάσονος, καὶ
νουμηνίος ἀντίοχου, καὶ ἀλέξανδρος δωροθέου, ἰουδαίων πρεσβεύται ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ σύμμαχοι

HYrcano verò etiam patriæ mœnia restituere permisit, roganti hanc gratiam. iacebant enim vsque ad id tempus, ex quo à Pompeio fuerant diruta. dedítque hac de re in vrbē literas ad consules, vt decretum hoc scriberetur in Capitolio: cuius senatusconsulti exemplum sic habet: L. Valerius L. F. Pr. retulit ad senatum idibus Decembribus in æde Concordiæ, præsente L. Coponio L. F. & C. Papirio Quirino, de his quæ Alexander Iasonis, Numenius Antiochi, Alexander Dorothei, legati Iudæorum, viri optimi & socij nostri XVII.

petierunt, renouantes veterem erga populum Rom. beneuolentiam: qui phialam & clypeum ex auro argumentum societatis attulerunt, æstimationis aureorum L. millium. & literas petierunt ad liberas ciuitates ac reges, vt per regiones eorum atque portus securè possint iter facere. Placuit igitur senatui eos in amicitiam & societatem recipere, & omnia quæ petierunt concedere, & allatum clypeum accipere. Hæc acta sunt Hyrcani pontificatus & principatus anno nono, mense panemo. Quin & ab Athenienſibus honor habitus est Hyrcano, quæsitus beneficiis: miserúntque ad eum decretum scriptum in hanc sententiam. Sub iudice & sacerdote Dionysio Asclepiadis, panemi mensis luna vigesima, oblatum est ducibus decretum Athenienſium, Agathocle principe: de quo Eucles Menandri Alimusius scriba retulit Munychionis vndecima, concilio iudicum facto in theatro: suffragia collegit Dorotheus summus sacerdos, & assessores ex populo. Dionysius Dionysij dixit: Quoniam Hyrcanus Alexandri pontifex Iudæorum ac ethnarcha perpetua tam publicè quàm priuatim ciues nostros beneuolentia prosequitur, nullam bene merendi occasionem prætermittens: & quotquot Athenienſium vel propter legationes, vel propter priuata negotia illuc deueniunt, acceptos comiter, deducendos etiã curat in reditu, idque multorum constat testimoniis: visum est nunc Theodosio Theodori referente, & populum de huius viri virtute commonefaciente, quàm propensus sit ad benemerendum de nostris ciuibus, honorare hunc virum virtutis ergò corona aurea iuxta legem, ponere ei effigiem auream in templo Demi & Charitum: & præconis voce promulgari eam coronam in theatro Liberalibus dum nouæ tragœdiæ aguntur, & Panathenæis & Eleusiniis, & in gymnicis certaminibus. Curæque esse nostris ducibus, vt dum ille in amicitia nostra perseuerat, vt quicquid in honorem eius & gratiam pro fauore & meritis excogitauerimus, exequantur sedulò: quo perspicua sit omnibus populi nostri erga bonos viros gratitudo ac beneuolentia, & huiusmodi honoribus plures ad benemerendum de nobis inuitentur. Eligi etiam legatos idoneos ex omni Athenienſium numero, qui ad illum decretum hoc perferant, hortentúrque vt acceptis his honoribus certet nobiscum beneficiis. & hactenus de collatis à populo Rom. & Athenienſi in Hyrcanum honoribus. Porrò Cæsar ordinatis rebus Syriæ cum classe profectus

XVIII. est. Antipater autem deducto Cæsare in Syriam reuersus, ante omnia disiecta per Pompeium mœnia restituit, & obeundo prouinciam nouarum rerum cupidos compescuit, tũ minis agens tum cõsiliis. Fore enim, vt si Hyrcano contenti sint principe, feliciter degant fruẽdo suis quisque possessionib. Sin nouas sibi spes polliceantur, & lucra ex rebus turbatis capterent, se quidẽ pro præside habituros dominũ,

A

B

C

D

E

F

G

ἀπελέχθησαν, ἀνανεώμενοι τὰς ὑπαρχούσας πρὸς ῥωμαίους χάριτας. καὶ τὴν φιάλην, καὶ ἀσπίδα χρυσῆν σύμβολον τῆς συμμαχίας ἠνεγκάμην, ἀνέκειντο ὑπὸ χρυσῶν μυριάδων πέντε, καὶ γράμματα αὐτοῖς ἐξέδοσαν διαθήσοντα, πρός τε τὰς αὐτονομουμένας πόλεις καὶ πρὸς βασιλεῖς, ὑπὲρ τῆς τήν τε χώραν αὐτῶν καὶ τοὺς λιμένας ἀδείας τυγχάνειν, καὶ μηδένα ἀδικεῖσθαι. ἔδοξε τῇ συνθέσθαι φιλίαν καὶ χάριτας πρὸς αὐτούς, καὶ ὅσων ἐδεήθησαν τυχεῖν ταῦτ' αὐτοῖς ὑπάρχειν, καὶ τὴν κομισθεῖσαν ἀσπίδα προσδέξεσθαι. ταῦτα ἐγένετο ἐπὶ ὑρκανοῦ ἀρχιερέως καὶ ἐθναρχοῦ, ἔτους ἐνάτου μηνὸς πανέμου. νουμηνίᾳ δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀθλοφόρων ἀγώνων ὑρκανὸς, πολλὰ χρήσιμος γενόμενος εἰς αὐτούς. ἐπεμψάν τε ψήφισμα γράψαντες αὐτῶν, τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον. ἐπὶ φρουταίου ἱερέως διονυσίου τοῦ ἀσκληπιάδου μηνὸς πανέμου πέμπτῃ ἀπιόντος, ἐπεδόθη τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα ἀθηναίων, ἐπὶ ἀγαθοκλέους ἄρχοντος. δίκλης μυριάδρου ἀλιμούσιος ἐγραμμάτευε μουνιχιόνος ἐνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, ἐκκλησίας γενομένης ἐν τῷ θεάτρῳ τῷ πρὸς ἕρων. ἐπεψήφισε δωρόθεος ἀρχιερεὺς καὶ οἱ συμπροέδρεοι τῷ δήμῳ. διονύσιος διονυσίου εἶπεν, ἐπειδὴ ὑρκανὸς ἀλεξάνδρου ἀρχιερεὺς καὶ ἐθνάρχης τῶν ἰουδαίων διατελεῖ κοινῇ τε τῷ δήμῳ καὶ ἰδίᾳ τῷ πολιτῶν ἑκάστῳ δύνοῶν, καὶ πάσῃ χρώμενος προθυμίᾳ περὶ αὐτοὺς ἀναστρέφῃ, καὶ τοὺς παραγινομένους ἀθηναίων, ἢ κατὰ πρεσβείαν, ἢ κατ' ἰδίαν τινὰ χρείαν ὡς αὐτὸν ἀφικνουμένους φιλοφρόνως, καὶ προπέμπει τὰ ἀσφαλῆ αὐτῷ ἐπανόδου ποιούμενος, ἐμαρτυρήθη μὲν καὶ πρότερον περὶ τούτων. δεδόχθαι τῇ καὶ νεῷ θεοδοσίου τοῦ θεοδώρου συνιέναι εἰσηγησαμένου καὶ περὶ τῶν αἰδέσεως ἀρετῆς ὑπομνήσαντος τὸν δῆμον, καὶ ὅτι προαίρεσιν ἔχει ποιεῖν ἡμᾶς ὅτι ποτ' ἂν δυνάται ἀγαθὸν, τιμῆσαι τὸν αἰδέσιμον χρυσῷ στεφάνῳ ἀριστείῳ κατὰ τὸν νόμον, καὶ στῆσαι αὐτοῦ εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῷ τεμένει τοῦ δήμου καὶ τῶν χαρίτων, ἀνειπεῖν δὲ τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ, διονυσίοις ταραγωδῶν τῶν καινῶν ἀγομένων, καὶ παναθηναίοις καὶ ἐλευσινίοις, καὶ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν. ὅπως ἐπιμεληθῶσι δὲ τοῦ στρατηγοὶ διαμένοντά τε αὐτῷ, καὶ διαφυλάσσοντι τὴν πρὸς ἡμᾶς δύνοιαν, εἴ πως ἔστιν ὅπως ἂν δυνησόμεθα εἰς τιμὴν, καὶ χάριν τοιάνδε εἰσπραξῆς καὶ φιλοτιμίας, ἵνα τούτων γενομένων φανῶσι ὁ δῆμος ἡμῶν ἀποδεχόμενος τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τῆς προσηκούσης ἀμοιβῆς ἀξίων, καὶ ζηλώσῃ τὴν πρὸς ἡμᾶς εὐνοιαν ἐν τῷ νῦν τετιμημένων. ἐλέσθαι δὲ καὶ πρέσβεις ἐξ ἁπάντων ἀθηναίων, οἵτινές τε αὐτῷ κομιοῦσι τὸ ψήφισμα, καὶ συγκαλέσουσι προσδεξάμενον τὰς τιμὰς πειρᾶσθαί τι ποιεῖν ἀγαθὸν ἡμῶν τὴν πόλιν. αἱ μὲν οὖν συγκλήτου ῥωμαίων καὶ τοῦ δήμου καὶ τῶν ἰουδαίων τιμαὶ πρὸς ὑρκανὸν ἡμῶν δεδήλωνται ἱκανῶς. ὁ καῖσαρ δὲ διοικήσας τὰ κατὰ τὴν συρίαν ἀπέπλευσεν. ὡς δὲ καῖσαρα προπέμψας ἐκ τῆς συρίας ἀντίπατος εἰς τὴν ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν, ἀνεγείρει μὲν εὐθὺς τὸ τεῖχος, ὑπὸ πομπηίου καθῃρημένον, καὶ τὸν κατὰ τὴν χώραν θόρυβον, ὅπως κατέστελλεν, ἀπειλῶν τε ἅμα καὶ συμβουλίαις ἠρεμεῖν. τοὺς μὲν γὰρ ὑρκανοῦ φρονοῦντας, ἐν δυσθαμονίᾳ ἄγειν, καὶ βιώσεως τῆς ἰδίων ἀπολαύοντας κτημάτων ἀπορέχων. προσιεμένους δὲ ταῖς ἐκ τοῦ νεωτερίζειν ἐλπίσι, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτῷ κέρδεσι προσανέχοντας, αὐτὸν μὲν ἔχειν ἀπὸ προστάτου δεσπότην,

ὑρκανὸν

ὑρκανὸν ὄ αὐτὶ βασιλέως, τύραννον, ῥωμαίους ὄ κὴ καί- A Hyrcanum verò pro rege tyrannum, tum Romanos atque Cæsarem acerbos hostes pro principibus. Hos enim nequaquam laturos mutari aliquid ex his quæ ipsi constituerint. atque his monitis ille regionem totam composuit.

σαρα πικρὸις αὐθ' ἡγεμόνων πολεμίους. ὁ γὰρ αὐξεσθαι μεζαιν ἐμβμον ὃν αὐτοὶ κατέςησαν. ταῦτα λέγων καθίςα δι' ἑαυτῦ τὰ κατὰ τὴν χώραν.

Κεφάλαιον ιζ.

Cap. XVII.

Antipater ex filiis suis Herodi Galilææ, Phasaëlo Hierosolymorum regimen committit, & quod Sex. Cæsar Herodem magnum ac illustrem reddidit.

Οτι αὐτίπατος τῶν παιδῶν, ἡρώδη μὲν τὴν γαλιλαίας ἐπιτρέπει, φασαήλῳ δ' ἐπίτροπα τὴν ἱεροσολύμων, καὶ ὡς σέξτος καίσαρ μέγαν καὶ ἔνδοξον τὸν ἡρώδην ἐποίησεν. B

ΒΡαδὺν δ' ὁρῶν καὶ νωθῆ τὸν ὑρκανὸν, φασάηλον μὲν τὸν πρεσβύτατον αὐτοῦ τῶν παίδων, ἱεροσολύμων καὶ τῆς πέριξ, στρατηγὸν ἀποδείκνυσι, τῷ δὲ μετ' αὐτὸν ἡρώδῃ τὴν γαλιλαίαν ἐπέτρεψε, νέῳ παντάπασιν ὄντι, ἐπὶ γὰρ αὐτῷ ἐπτακαίδεκα μόνα ἔτη. ὀλάττει δ' οὐδὲν αὐτὸν ἡ νεότης, ἀλλ' ὧν τὸ φρόνημα γενναῖος ὁ νεανίας, ἀφορμὴν δίδωσιν εὐδοκιμήσεως εἰς ἐπίδειξιν τῆς ἀρετῆς. καταλαβὼν γὰρ ἑζεκίαν τὸν ἀρχιλῃςὴν, τὰ πρόσχωρα τῆς συρίας κατέχοντα σὺν μεγάλῳ σίφει, τοῦτον καταςὰς, κτείνει, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ λῃςῶν. σφόδρα δ' αὐτῷ τὸ ἔργον τοῦτο ἠγάπησαν οἱ σύροι, πόθῳ γὰρ αὐτοῖς ἀπηλλάχθαι τὰ λῃςικοῦ τὴν χώραν, ἐκαθάρθη. ὕμνουν γοῦν αὐτὸν ὅτι τοῦτῳ κατὰ κώμας καὶ πόλεις, ὡς εἰρήνην αὐτοῖς παρεσκεύακε, καὶ ἀσφαλῆ τῶν κτημάτων ἀπόλαυσιν. ἐχθρὸς δ' ἁπλῶς τοῦτο γε σέξτῳ καίσαρι γνώριμος, ὅτι συγγενὴς τῷ μεγάλῳ καίσαρος, καὶ διέποντι τὴν συρίαν. ζῆλος δ' ἐμπίπτει τῷ ἡρώδῃ πρὸς τὸν μόνον, φασαήλῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ πρὸς τὴν εὐδοκιμήσιν αὐτοῦ κινηθεὶς, ἐφιλοτιμήσατο μὴ ἀπολειφθῆναι τῶν ὁμοίας εὐφημίας. καὶ τοῖς ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις, δυνατώτατος ἐποιεῖτο, δι' αὐτοῦ μὲν ἔχων τὴν πόλιν, ὅτε δ' ἀπειρηκάλως τοῖς πρόσθεν πρόσφερόμενος, ὅτ' ἐξυβρίζων εἰς τὴν ἐξουσίαν. ταῦτ' αὐτίπατρον ἐποίει θεραπείας τοῦ τε ἔθνους τυγχάνειν βασιλικῆς καὶ τιμῆς οἵων ἂν τις μεταλαμβάνοι τοῦ ὅλων ὢν δεσπότης. ὑπὸ μὲν τοῦτοι τῶν ἐν τούτων λαμπρότητος, οἷα φιλεῖ συμβαίνειν πολλάκις, ὀδὲν τῆς πρὸς ὑρκανὸν δυνοίας καὶ πίστεως παρέβη. οἱ δ' ἐν τέλει τοῦ ἰουδαίων, ὁρῶντες τὸν αὐτίπατρον καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ μεγάλως αὐξανομένους, δύνοιά τε τῇ πρὸς τὸ ἔθνους καὶ προσόδῳ τῇτε πρὸς τῆς ἰουδαίας καὶ τοῦ ὑρκανοῦ χρημάτων, κακοήθως εἶχον πρὸς αὐτόν. καὶ γὰρ φιλίαν αὐτίπατρος μὲν πεποιημένος πρὸς τοὺς ῥωμαίων αὐτοκράτορας, καὶ χρήματα πείσας πέμψαι τὸν ὑρκανὸν, αὐτὸς λαβὼν νοσφίζεται τῇ δωρεᾷ, ὡς γὰρ ἰδίαν, ἀλλ' οὐχ ὡς ὑρκανοῦ δίδοντος ἔπεμψε. ταῦθ' ὑρκανὸς ἀκούων οὐκ ἐφθόνιζεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἔχαιρεν. ὁ δὲ ἧσαν οἱ πρῶτοι τοῦ ἰουδαίων, ὁρῶντες τὸν ἡρώδην δίαιον καὶ θλιμερὸν, καὶ τυραννίδος γλιχόμενον. καὶ προσελθόντες ὑρκανῷ, φανερῶς ἤδη κατηγόρουν αὐτιπάτρου, καὶ μέχρι πότ' ἔφασαν ὅτι τοῖς πρωτοθρόνοις ἡσυχάζεις; ἢ οὐχ ὁρᾷς αὐτίπατρον μὲν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ τῷ ἀρχῷ διεζωσμένους, σαυτὸν δ' ἂν βασιλείας ὄνομα μόνον ἀκούοντα. ἀλλὰ μὴ λανθανέτω σε ταῦτα, μηδὲ ἀκίνδυνος εἶναι νόμιζε, ῥᾳθυμῶν πρός τε σαυτῷ καὶ τῇ βασιλείᾳ. ὁ γὰρ ὅπερ σοὶ σὺ

CÆterùm cùm Hyrcanum stupidum ac segnem animaduerteret, Phasaëlum è liberis tuis natu maximum Hierosolymis & circumuicinæ regioni ducem constituit, Herodi secundo Galilæam curandam commisit, etiam tum admodum adolescenti, nec excedenti annum quintumdecimum. quod tamen illi nihil obfuit, sed quia fuit generoso ingenio præditus, confestim occasionem inuenit quomodo posset virtutem suam ostendere. Comprehensum enim Ezeciam primarium latronem, & cæterorum ducem, Syriæ fines incursare ac prædari solitum, affecit supplicio cum multis latrocinij sociis. quod eius factum magnam ei apud Syros conciliauit gratiam, nihil magis cupientes quàm repurgari tandem regionem à prædonibus. Decantabant igitur eum hoc nomine per vicos & oppida, vt autorem pacis & fruendi securè possessionibus. Quin & Sex. Cæsari per hoc factum innotuit, cognato magni Cæsaris & tum administranti Syriam. quapropter etiam Phasaëlus excitatus est ad æmulationem fraternæ gloriæ, nolens virtutis laude haberi inferior: nihilque magis studuit quàm gratiosus esse apud Hierosolymitanum populum, omnia negotia publica per se obeundo, & in eis cum magna gratia versando, nec abutendo potestate ad cuiusquam iniuriam. quo factum est vt Antipater haud secus quàm si rex esset, à tota gente coleretur, & in tali haberetur honore, qualis non dedeceret dominum. nec tamen rebus tam secundis more cæterorũ hominum deprauatus est, quo minus Hyrcano fidem seruaret atque amicitiam. Cæterùm optimates Iudæorum videntes eum cum filiis tantopere crescere, tam fauore gentis, quàm Hyrcani pecuniis & percipiendis ex Iudæa reditibus, malignè erga eum affecti erant. iam enim amicitiam contraxerat cum Romanis imperatoribus, & persuaso Hyrcano vt pecuniam eis mitteret, ipse huius muneris sibi vsurpauit gratiam. Misit enim tanquam de proprio, & non quasi ab Hyrcano acceptam. Hæc Hyrcanus audiens adeò nihil curabat, vt gaudere etiam facto videretur. Sed maximè terrebat Iudæorum primates violentum ac audax Herodis ingenium & tyrannidis cupidum, adeuntésque Hyrcanum apertè iam incusabant Antipatrum. Quousque tandem dissimulabis quæ geruntur quotidie? an non vides Antipatrum cum filiis succinctos principatus opibus, tibi verò præter inane regni nomen nihil fieri reliquum? Sed caue ista nescias, néve te securum putes, incolumitatis tuæ atque regni iuxtà negligens. neq; enim procuratores tuos

amplius agunt. noli falli hac opinione: sed iam ex professo dominationem exercent. nam Herodes Ezeciam cum plerisque aliis interfecit, contemptis nostris legibus, quæ hominem quantumuis sceleſtum non ſinunt affici ſupplicio, niſi priùs damnatum ex ſententia iudicum. iſte verò hoc auſus eſt, priùs quàm à te poteſtatem hanc acciperet. Tandem Hyrcanus his auditis motus eſt. accenderunt autem eius iram matres etiam eorum quos Herodes necauerat. nam hæ per ſingulos dies in templo non deſinebant precibus ſuis tum regem tum populum obtundere, rogantes vt Herodes coram conſeſſu iudicum facti ſui rationem cogeretur reddere. Permotus igitur his hominem ad iudicium & dicendam cauſam euocat. at ille præſtò fuit, prænonitus tamen à patre, vt non priuati more, ſed cum comitatu ad ſe tuendum idoneo veniret. Ergo ordinatis Galilææ rebus, quemadmodum exiſtimabat ſibi conducere, mediocrem, ſed tamen ſufficiẽtem ſibi manum adiunxit in itinere, ne vel Hyrcanum terreret ſi plures adduceret, vel ipſe ſine tutela ſubiret iudicij periculum. Quin & Sex. Cæſar præſes Syriæ ſcripſit ad Hyrcanum vt eum abſolueret, minis ſi contrà feciſſet additis. Quod quidem facilè ab illo impetratum eſt, nequa triſtiore iudicum ſententia feriretur, quandoquidem amabat eum non ſecus atque filium. Cúmque conſtitiſſet ante iudicium vnà cum ſuis, omnes ſunt attoniti, nec quiſquam eorum qui abſentem accuſauerant, auſus eſt hiſcere: ſed hærebant inopes conſilij. Tum vnus quiſpiam Sameas nomine, vir iuſtus, & ob hoc inuictus terroribus, aſſurgens ſic exorſus eſt: Equidem iudices, túque rex, nec ipſe vnquam vidi quenquam qui ad cauſam apud nos dicendam vocatus ad hunc modum comparuerit, nec vos puto poſſe proferre huiuſmodi quempiam, ſed quiſquis hactenus apud hunc conſeſſum iudicandũ ſe præbuit, humilis venit & habitu timentis periculũ ac captantis miſericordiam, atratus & promiſſo capillitio. at bonus iſte Herodes cædis reus, & tam graui obnoxius crimini, adſtat hic purpuratus & crine bellè compoſito, cum armatis ſtipatoribus: vt ſi capitalem iuxta leges ſententiam in eum tulerimus, nobis mactatis ipſe euadat illata vi legibus. Verùm iſti non ſuccenſeo quòd maiorem incolumitatis ſuæ quàm legum rationem habeat, ſed vobis magis & regi qui hanc ei conceſſiſtis licentiam. Scitote tamen potentem eſſe Deum, & quòd iſte quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis, & vos aliquãdo & regem ipſum puniet. Nec vanus fuit vates. nam Herodes regnum adeptus omnes illos iudices & regem quoque ſuſtulit, excepto vno Samea. hunc enim in honore habuit propter iuſtitiam, & quia pòſt obſeſſa vrbe ab Herode ac Soſio, admittendi Herodem autor fuit populo, negans propter peccata eos poſſe dominationem illius effugere: ſicut ſuo loco dicetur. Porrò Hyrcanus animaduertens iudices propenſiores

τῆ πραγμάτων αὐτοπάτορες, καὶ οἱ παῖδες αὐτῶν εἰσι, μὴ ἢ ἁπάτα σαυτὸν τῶτο οἰόμενος, ἀλλὰ δεσπόται φανερῶς ἀνομολογήνται. ἢ γὰρ ἡρώδης ὁ παῖς αὐτῶ, ἐξεκίαν ἀπέκτεινε ἢ τοὺς σὺν αὐτῶ, παραβὰς τὸν ἡμέτερον νόμον, ὃς κεκώλυκεν ἄνθρωπον ἀναιρεῖν Ⓒ πονηρὸν ὄντα, εἰ μὴ πρότερον καταγνωσθείη τῶτο παθεῖν, ὑπὸ τῶ συνεδρίου, μὴ λαβὼν ἢ ἐξουσίαν παρὰ σοῦ ταῦτα ἐτόλμησεν. ὑρκανὸς ἢ ἀκούσας ταῦτα, πείθεται. προσεξῆψαν ἢ αὐτῶ τὴν ὀργὴν Ⓒ αἱ μητέρες τῶν ὑπὸ ἡρώδου πεφονευμένων. αὗται γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ παρακαλοῦσαν τὸν βασιλέα Ⓒ τὸν δῆμον ἵνα δίκην ἡρώδης ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν πεπραγμένων ὑπόσχῃ διετέλουν. κινηθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὑρκανὸς ἡρώδην ἐκάλει δικαζόμενον, ὑφ' ὧν διεβάλλετο. ὁ ἢ ἦκε, τῶ πατρὸς αὐτῶ παραινέσαντος, μὴ ὡς ἰδιώτης, μὴ ἢ ἀσφαλείας προσελθεῖν, ἢ φυλακῆς τῆς περὶ τὸ σῶμα, τάτε κατὰ τὴν γαλιλαίαν ὃν ἐνόμισεν αὐτὸς συμφέρειν τρόπον ἁρμοσάμενος, καὶ μὴ σίφοις ὑποχρῶντος αὐτῶ πρὸς τὴν ὁδὸν, ὡς μήτε ὑπόφοβος ὑρκανῶ δόξειν μετὰ μείζονος παραγενόμενος τάγματος, μήτε γυμνὸς ἢ ἀφυλάκτος ἐν πρὸς τὴν δίκην. σέξτος μέντοι ὁ τῆς συρίας ἡγεμὼν, γράφει παρακαλῶν ὑρκανὸν ἀπολῦσαι τὸν ἡρώδην ἐκ τ' δίκης, Ⓒ προσαπειλῶν παρακούσαντι. τὸ δ' ἐν ἀφορμὴ Ⓒ τὰ ὦδε τῶ σέξτου γράμματα, πρὸς τὸ μηδὲν ἐκ τῶ συνεδρίου παθόντα ἀπολῦσαι τὸν ἡρώδην, ἠγάπα γὰρ αὐτὸν ὡς υἱόν. καθεσθεὶς ἢ ἐν τῷ συνεδρίῳ μετὰ τῶ σὺν αὐτῶ τάγματος ἡρώδης, κατέπληξεν ἅπαντας, καὶ κατηγορεῖν ἐθάρρει τὸ λοιπὸν οὐδείς, ἀλλὰ πρὸς φόβον ἀφικέσθαι διεβαλλόντων, ἀλλ' ἐν ἡσυχία, Ⓒ τῶ τί χρὴ ποιεῖν ἀπορία. διακειμένων δ' ὕτως, εἷς τις σαμέας τοὔνομα, δίκαιος ἀνὴρ, καὶ διὰ τῶτο τῶ παρόντος κρείττων, ἀναστὰς εἶπεν. ἄνδρες συνέδριοι καὶ βασιλεῦ, εἰς δίκην μὲν ὅτ' αὐτὸς οἶδά τινα πρὸ πώποτε ὑπ' αὐτῆς εἰς ἡμᾶς κεκλημένων ὕτω ὦδε θρασύνατο. ὅτε ὑμᾶς ἔχειν εἰπεῖν ὑπολαμβάνω. ἀλλὰ πᾶς ὅς τις δεῦρ' οὖν ἀφῖκται εἰς τῶτο τὸ συνέδριον κεκλημένος, ταπεινὸς φαίνεται, καὶ σχήματι διαποτός, καὶ ἔλεον ἀπρομένῳ παρ' ἡμῶν, κόμην τε ὑπερέφας καὶ ἐσθῆτα μέλαναν ἐνδεδυμένος. ὁ ἢ ἑλπίσας ἡρώδης φόνου δίκην φεύγων καὶ ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ κεκλημένος, ἔστηκε τὴν πορφύραν προσκείμενος, καὶ τὴν κεφαλὴν κεκοσμημένος τῇ συνθέσει τ' κόμης, καὶ σὺν αὐτὸν ἔχων ὁπλίτας, ἵν' αὖ καταπείνωμεν αὐτὸν καὶ τὸν νόμον, κτείνῃ μὲν ἡμᾶς, αὐτὸς ἢ σωθῇ διασάμενος τὸ δίκαιον. ἀλλ' ἡρώδην μὲν ὅπῃ τύχοις ἐκ ἂν μεμψαίμην, εἰ τὸ αὐτῶ συμφέρον ποιεῖται πρὸ πλείονος ἢ τὸ νόμιμον, ὑμᾶς ἢ καὶ τὸν βασιλέα τοιούτῳ ἄδειαν αὐτῶ δόντας. ἴσε μέντοι μέγαν τὸν θεὸν, καὶ ὃν νῦν δὴ ὑρκανὸν ἀπολῦσαι βούλεσθε, κολάσει ὑμᾶς ποτε Ⓒ αὐτὸν τὸν βασιλέα. διήμαρτε δ' ὐδὲν τῶ εἰρημένων. ὁ γὰρ ἡρώδης τὴν βασιλείαν λαβὼν, πάντας ἀπέκτεινε τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ, Ⓒ ὑρκανὸν αὐτὸν, χωρὶς τῶ σαμέου. σφόδρα γὰρ αὐτὸν δι' τὴν δικαιοσύνην ἐτίμησε. Ⓒ ὅτι τῆς πόλεως μὴ ταῦτα πολιορκουμένης ὑπό τε ἡρώδου καὶ σοσίου, παρήνεσε τῷ δήμῳ δέξασθαι τὸν ἡρώδην, εἰπὼν, δι' τὰς ἁμαρτίας ἃ δύνασθε φυγεῖν αὐτόν. καὶ πρὸ μὲν τούτων κ' χώραν ἐφύλαξε. ὑρκανὸς δὲ ὁρῶν ὡρμημένους πρὸς τὴν αἵρεσιν

ἡρώδου

ηρώδου τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ, τῷ δίκῃ εἰς ἄλλην ἡ- A
μέραν ἀνεβάλλετο. καὶ πέμψας κρύφα πρὸς ἡρώδην,
συνεβούλευσεν αὐτῷ φυγεῖν ἐκ τῆς πόλεως. ἔστε γὰρ τὸν
κίνδυνον διαφεύξεσθαι ὁ μὲν, ἀνεχώρησεν εἰς δα-
μασκὸν ὡς φεύγων τὴν βασιλέα. καὶ παραγενόμενος πρὸς
σέξτον καίσαρα, καὶ τὰ καθ' αὑτὸν ἀσφαλισάμενος,
ὅσος εἶχεν, ὡς εἰ καλοῖτο πάλιν εἰς τὸ συνέδριον ὅπῃ
δίκην ἐκ ὑπακουσόμενος. ἠγανάκτουν δ' οἱ ἐν τῷ
συνεδρίῳ, καὶ τὸν ὑρκανὸν ἐπειρῶντο διδάσκειν, ὅτι
πάντα ταῦτ' εἴη κατ' αὐτοῦ. τὸν δ' οὐκ ἐλάνθανε μὲν, B
φοβεῖτεν δ' οὐδὲν εἶχεν ὑπὸ ἀναισθησίας καὶ ἀνοίας. σέξ-
του γὰρ πεισαντος ἡρώδην στρατηγὸν τῆς κοίλης συρίας,
χρημάτων δ' αὐτῷ τοῦτο ἀπέδοτο, ὑρκανὸς ὢν ἐν
φόβῳ μὴ στρατώσηται ἡρώδης ἐπ' αὐτὸν. ὁ πολὺ γὰρ
τούτου τοῦ θέους ἐβεβούλευεν, ἀλλ' ἦκεν ἄγων ὁ ἡρώ-
δης στρατὸν ἐπ' αὐτὸν, ὀργιζόμενος τῆς δίκης αὐτῷ
καὶ τοῦ κληθῆναι πρὸς τὸν λόγον ὑποσχεῖν ἐν τῷ
συνεδρίῳ. διεκώλυσαν δ' αὐτὸν προσβαλεῖν τοῖς C
ἱεροσολύμοις ὑπαντήσαντες, ὅτε πατὴρ ἀντίπατρος καὶ
ὁ ἀδελφὸς, καὶ τῷ ὁρμῷ αὐτοῦ καταπαύσαντες καὶ
παρακαλέσαντες, ἔργῳ μὲν ἐγχειρεῖν μηδενὶ, κα-
ταπληξάμενον δ' ἀπειλῇ μόνον, μὴ χωρῆσαι περαι-
τέρω κατὰ τοῦ παραχόντος αὐτὸν εἰς τοῦτο παρελθεῖν
τὸ ἀξίωμα. ἠξίουν τε πρὸς τοῦ κληθέντα ὅπῃ δίκην
ἐλθεῖν ἀναγκαιοῦντα, μεμνῆσθαι καὶ τῆς ἀφέ- D
σεως, καὶ χάριν αὐτῆς εἰδέναι, καὶ μὴ πρὸς μὲν τὸ
συνθρωπότερον ἅπαντᾶν, πρὸς δὲ τῆς σωτηρίας ἀ-
χαρίστεῖν. λογίζεσθαι δ' ὡς εἰ καὶ πολέμου ῥοπὰς βρα-
βεύει τὸ θεῖον, πλέον οὐδὲν τῆς στρατείας τὸ ἄδηλον.
διὸ καὶ τῷ νίκῃ μὴ πάντη προσδοκᾶν μέλλοντα πο-
λεμεῖν βασιλεῖ καὶ σωτῆρι, καὶ πολλὰ μὲ δυσ-
χετήσαντι, μηδὲν δ' ἀχαλεπὸν αὐτὸν εἰργασμένῳ,
πρὸς δ' ὠνέκαλοίη δίκαι πονηροὶ συμβέλοις, ἀλλὰ
μὴ δι' αὐτὸν, ὑπόνοιαν αὐτῷ καὶ σκιὰν δυσκόλου τι- E
νὸς παρεχημένῳ. πείθεται τούτοις ἡρώδης, ὑπο-
λαβὼν εἰς τὰς ἐλπίδας ἀποχρῆσθαι αὐτῷ καὶ τῷ ἰ-
σχυὶ ὑπερδέξασθαι τῷ ἔθνει μόνον. καὶ τὰ μὲ κατὰ
τῷ ἰουδαίαν ἔτως εἶχεν. ὁ δὲ καίσαρ διελθὼν εἰς
ῥώμην, ἕτοιμος ἦν πλεῖν ἐπ' ἀφρικῆς πολεμήσων
σκιπίωνι καὶ κάτωνι. πέμψας δ' ὑρκανὸς πρὸς αὐ-
τὸν παρεκάλει βεβαιώσασθαι τῷ πρὸς αὐτὸν φιλίαν
καὶ συμμαχίαν. ἔδοξε δ' ἀναγκαῖον εἶ μοι πάσας F
ἀνανεώσασθαι τὰς γεγονυίας ῥωμαίοις καὶ τοῖς αὐτοκρά-
τορσιν αὐτῷ τιμὰς καὶ συμμαχίας πρὸς τὸ ἔθνος ἡμῶν,
ἵνα μὴ λανθάνῃ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅτι καὶ οἱ τῆς
ἀσίας καὶ τῆς εὐρώπης βασιλεῖς δι' ἀρετὴν ἔχον
ἡμᾶς, τῷ τε ἀνδρείαν ἡμῶν καὶ τῷ πίστιν ἀγα-
πήσαντες. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ διὰ τῷ πρὸς ἡμᾶς δυσ-
μένειαν ἀπιστοῦσι τοῖς ὑπὸ περσῶν καὶ μακεδόνων
ἀναγεγραμμένοις πρὸ ἡμῶν, τῷ μὴ καὶ ταῦτα πανταχῆ G
μηδ' ἐν τοῖς δημοσίοις ἀποκεῖσθαι τόποις, ἀλλὰ παρ'
ἡμῖν τε αὐτοῖς, καὶ πισιν ἄλλοις τῶν βαρβάρων, πρὸς
οἷς τὰ ὑπὸ ῥωμαίων δόγματα ἐκ ἔστιν ἀντειπεῖν. ἔν τε
τοῖς δημοσίοις ἀνάκειται τόποις τῶν πόλεων, καὶ ἔτι νεῶ

ad damnandum Herodem, rem in sequentem diem distulit, & clàm eum admonuit, vt fuga sibi consuleret. non enim esse remedium aliud. atque ita ille secessit Damascum quasi regem fugiens: cúmque conuenisset Sex. Cæsarem, & res suas in tuto collocasset, palàm præ se tulit quòd non esset compariturus si denuò citaretur ad iudices. Illi verò indignabantur, & conabantur Hyrcanum docere, quòd in ipsius perniciem hæc omnia tenderent: qui non ignorabat quidem eos vera monere, sed nihil expedire poterat per ignauiam & amentiam. Cæterùm cùm Sex. Cæsar accepta pecunia Herodem præfecisset Cœlesyriæ, vehementer timuit ne ille contra se duceret. nec eum sua fefellit opinio. Iratus enim quòd nullus sit causam dicere, veniebat cum exercitu: sed patris ac fratris occursu & precibus cohibitus est quo minus inuaderet Hierosolyma, placantium eum & rogantium, vt terruisse contentus, re ipsa læderet neminem, néve vlterius aduersus autorẽ suæ dignitatis procederet. Debere etiam eum non tam meminisse quòd citatus sit, quàm quòd absolutus etiam, & gratiam habere, quòd nihil triste passus abierit incolumis. Cogitandum quoque quàm periculosa sit belli alea, & quòd Deus arbitratu suo his vel illis annuat victoriam: atque eo minus tum eam esse sperandam, quando non solùm contra regem suũ & altorem bellum moueat, verùm etiam benemeritum: ipse nulla affectus iniuria: nam si quid illi nunc obiiciat, non ipsius esse culpam, sed consultorum non bonorum, qui ei opinionem crudelitatis concilient. Paruit his monitis Herodes, ratus sufficere sibi ad futuras spes quòd potentiam genti declarauerit, atque eo tum in statu res fuerunt Iudaicæ. Cæterùm XIX.
Cæsar Romam reuersus expeditionem parabat in Africam contra Scipionem, Catonem. tum Hyrcanus per legatos eum rogauit, vt cõfirmaret cœptã societatem & amicitiam. Nunc videtur mihi operæprecium percensere omnes honores genti nostræ à Roman. Imp. habitos, & inita cum eis fœdera, vt vniuersis notum sit, quòd tam ab Europæ quàm ab Asiæ regibus obseruati fuerimus propter fidem ac fortitudinem. Quoniam autem multi nos odio habentes non credunt de nobis Persicarum vel Macedonicarum rerum scriptoribus, quòd ea monumenta non ita peruulgata sint, apud nostrates seruata & alios quosdam barbaros, certè Romanorum decretis contradicere non poterunt. nam hæc & publicè dedicata sunt in vrbibus atque etiam in Capitolio, & columnis insculpta sunt æreis. Quin & Iul. Cæsar apud Alexandriam attestatus est Iudæis inscriptione columnæ æreæ, quòd Alexandrinæ ciuitatis ius habeant. quare his argumentis vsurus sum. apponam etiam senatusconsulta & decreta Iulij Cæsaris, quæ ad Hyrcanum & nostram gentem attinent. C. Iulius Cæsar, Imp. & pont. max. dictator iterũ,

ἐν τῷ καπετωλίῳ, ἀλλὰ καὶ στήλας ἀναγεγραπται χαλκᾶς. ὁ μὲν ἀλλὰ καῖσαρ ἰούλιος τοῖς ἐν ἀλεξαν-
δρείᾳ ἰουδαίοις, ποιήσας χαλκῆν στήλην ἐδήλωσεν, ὅτι ἀλεξανδρέων πολῖται εἰσίν. ἐν τούτων ποιήσομαι καὶ
τὴν ἀπόδειξιν. ἐμνήσθησομαι δὲ καὶ τὰ γραφόμενα, ὑπό τε τῶν συγκλήτου δόγματα, καὶ ἰουλίου καίσαρος, πρὸς
τε ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν. γαῖος ἰούλιος καῖσαρ αὐτοκράτωρ καὶ ἀρχιερεὺς δικτάτωρ τὸ δεύτερον,

Sidoniorum magistratibus, senatui & pop. salutem. Si valetis bene est, ego quidem & exercitus valemus. Mitto vobis exemplum tabulæ, quæ ad Hyrcanum Alexandri filium, Iudæorum ethnarcham ac pontificem attinet, vt in publicis vestris monumẽtis reponatur, inscriptum Græcis & latinis literis in ærea tabula. Est autem hoc: Iulius Cæsar, Imp. iterum & pont. max. de consilij sententia decreui. Quoniam Hyrcanus Alexandri filius Iudæus & nunc & præteritis temporibus, tam pace quàm bello bonam ac fidelem operam in nostris negotiis præstitit, sicut ei multi Imperatores attestati sunt, & in proximo Alexandrino bello in auxilium venit cum M D. militibus, & ad Mithridatem à me missus virtute cessit nemini: has ob causas Hyrcanum filium Alexandri & eius liberos ethnarchas Iudæorum esse iubeo, & pontificatum Iudæorum perpetuò retinere more patrio, essèque ipsum & filios eius nostros socios, & in amicorum nostrorum recipi numerum. Iura quoque omnia pontificalia habere ipsum & filios decerno. & si qua controuersia exorta fuerit de Iudaica disciplina, iudicium penes ipsum esse. ad hæc nec hybernâ militi debere, nec pecunias ab eo exigi. C. Cæsaris consulis, placita, concessa, decreta, sic habent: vt filij principatum gentis Iudæorum, & donata sibi loca possideant: vt pontifex ipse ac ethnarcha Iudæorum in iniuriarum passis adsit: vtque ad Hyrcanum Alexandri filium Iudæorum pontificem mittantur legati acturi de societate & amicitia. dedicatíque æream tabulam hæc continentem in Capitolio, & apud Tyrum, Sidonem, Ascalonem, in templis, inscriptam Romanis atque Græcis literis: vtque hoc decretum apud omnes omnium vrbium quæstores ac magistratus publicetur, quo pio amicis habeantur, & legatis eorum hospitia præbeantur, & decreta hæc ad omnia loca mittantur. C. Cæsar, Imp. dictator, consul honoris, virtutis & benignitatis causa, concessit in commodum s. p. q. Romani, Hyrcanum Alexandri filium eiúsque filios pontifices ac sacerdotes esse Hierosolymorum totiúsque gentis, iure quo & maiores eorum hoc sacerdotium gesserunt. C. Cæsar quintùm Cos. decreuit habere & munire Hierosolymorum vrbem, & gubernare eam Hyrcanum filium Alexandri pontificem Iudæorum ac ethnarcham secundum suam voluntatem, & vt Iudæis secundo locationis anno de reditibus eorum subducant, immunésque sint ab angariis & vectigalibus. C. Cæsar Imper. iterum statuit vt singulis annis tributa pendant Hierosolymitani pro sua ciuitate, Ioppe excepta, absque anno septimo quem Sabbaticum nominant, quoniam in eo neque fructus arborum colligunt neque seminant: vtq; in Sidone secundo quoque anno tributum reddant quartam partem satorum:

A σιδωνίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ, χαίρειν, εἰ ἔρρωσθε καὶ αὐ ἔχοι, κἀγὼ ἂν ἔρρωμαι σὺν τῷ στρατοπέδῳ. τ' ἀγομένης ἀναγραφῆς ἐν τῇ δέλτῳ περὶ ὑρκανοῦ τοῦ ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέα καὶ ἐθναρχην ἰουδαίων, πέπομφα ὑμῖν τὸ ἀντίγραφον, ἵνα ἐν τοῖς δημοσίοις ὑμῶν ἀνακείνται γράμμασι. βούλομαι δὲ καὶ ἑλλησι τὲ καὶ ῥωμαίοις ἐν δέλτῳ χαλκῇ τοῦτο ἀνατεθῆναι. ἔδοξε δὲ τοῦτο. ἰούλιος καῖσαρ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον καὶ ἀρχιερεὺς μετὰ συμβουλίου γνώμης ἐπέκεινα. ἐπεὶ ὑρκανὸς ἀλεξάνδρου ἰουδαῖος, καὶ πρὸ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἔντε εἰρήνῃ καὶ πολέμῳ πίστιν τε καὶ σπουδὴν περὶ τὰ ἡμέτερα πράγματα ἐνεδείξατο, ὡς αὐτῷ πολλοὶ μεμαρτυρήκασιν αὐτοκράτορες, καὶ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἐν ἀλεξανδρείᾳ πολέμῳ μετὰ χιλίων πεντακοσίων στρατιώτου ἦκε σύμμαχος, καὶ ἡνίκα πρὸς μιθριδάτην ἀπεστάλη ὑπ' ἐμοῦ, πάντας ἀνδρείᾳ τοὺς ἐν τάξει ὑπερέβαλε, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ὑρκανὸν ἀλεξάνδρου καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐθναρχας ἰουδαίων εἶναι βούλομαι, ἀρχιερωσύνην τε ἰουδαίων, διὰ παντὸς ἔχειν κατὰ πάτρια ἔθη, εἶναί τε αὐτὸν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ συμμάχους ἡμῶν, ἔτι τε καὶ ἐν τοῖς κατ' ἄνδρα φίλοις ἀριθμεῖσθαι. ὅσα τε κατὰ τοὺς ἰδίους αὐτῶν νόμους ἔστιν ἀρχιερατικὰ ἢ φιλάνθρωπος, ταῦτα κελεύω κατέχειν αὐτὸν καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ. αἴ τ' ἄρα μεταξὺ γένηταί τις ζήτησις περὶ τῆς ἰουδαίων ἀγωγῆς, ἀρέσκει μοι κρίσιν γένεσθαι παρ' αὐτοῦ. ὠδοποιεῖσθαι δὲ, ἢ χρήματα πέμπεσθαι ἀδοκιμάζω. γάϊος καῖσαρ ὕπατος, δικτάτωρ, συγκλήτου συγκροτησάσης, δῆμον ἔπος ἔχοντα. ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ τῶν ἰουδαίων ἔθνος ἀρχὴ, καὶ τοῖς δεδομένοις τύποις καρπίζονται. ὁ ἀρχιερεὺς αὐτὸς καὶ ἐθναρχης τῶν ἰουδαίων φοίνικα τῶν ἀδικημάτων. πέμψαι δὲ πρὸς ὑρκανὸν ἀλεξάνδρου υἱὸν ἀρχιερέα τῶν ἰουδαίων, πρεσβευτὰς τοὺς περὶ φιλίας, καὶ συμμαχίας διαλεξομένους. ἀνατεθῆναι δὲ καὶ χαλκοῦν δέλτον ταῦτα περιέχουσαν, ἔντε τῷ καπετωλίῳ, καὶ σιδῶνι καὶ τύρῳ, καὶ ἐν ἀσκάλωνι καὶ ἐν τοῖς ναοῖς, ἐγκεχαραγμένου γράμμασι ῥωμαϊκοῖς τε καὶ ἑλληνικοῖς. ὅπως τε τὸ δόγμα τοῦτο πᾶσι τοῖς κατὰ πόλιν ταμίαις καὶ τοῖς τούτων ἠγουμένοις, εἰς τε τοὺς φίλους ἀνενέγκωσι, καὶ ξένια τοῖς πρεσβευταῖς ὠδοποιεῖν, καὶ διατάγματα πέμψαι πανταχοῦ. γάϊος καῖσαρ αὐτοκράτωρ, δικτάτωρ ὕπατος, τιμῆς καὶ ἀρετῆς καὶ φιλανθρωπίας ἕνεκεν, σεσεχώρηκεν ὅτι συμφέρουσι, τῇ συγκλήτου καὶ τῷ δήμου τῷ ῥωμαίων, ὑρκανὸν ἀλεξάνδρου υἱὸν, αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς ἱεροσολύμων καὶ τὸ ἔθνος εἶναι ὅτι τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς νομίμοις, οἷς καὶ οἱ πρόγονοι αὐτῶν τὸν ἱερωσύνην κατέχουσι. γάϊος καῖσαρ ὕπατος τὸ πέμπτον ἔκρινε, τούτους ἔχειν καὶ τειχίσαι τὴν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, καὶ κατέχειν αὐτὴν, ὑρκανὸν ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέα ἰουδαίων καὶ ἐθναρχην, ὡς ἂν αὐτὸς προαιρῆται. ὅπως τε ἰουδαίοις ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς μισθώσεως ἔτει τῆς προσόδου κόρον ὑπεξέλωνται. καὶ

μήτε ἐρανολαβῶσι τινες, μήτε φόρους τοὺς αὐτοὺς τελῶσι. γάϊος καῖσαρ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον, ἔκρινε κατ' ἐνιαυτὸν ὅπως τελῶσιν ὑπὲρ τῆς ἱεροσολυμιτῶν πόλεως, ἰόππης ὑπεξαιρουμένης, χωρὶς τοῦ ἑβδόμου ἔτους, ὃν σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προαγορεύουσιν, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ μήτε ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι μήτε σπείρουσι. καὶ ἵνα ἐν σιδῶνι τῷ ϛ' ἔτει τὸν φόρον ἀποδίδωσι, τὸ τέταρτον τῶν σπειρομένων,

πρὸς

θεὸς τούτοις ἔτη καὶ ὑρκανῷ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ τὰς A
δεκάτας τελῶσιν, ἃς ἐτέλουν καὶ τοῖς προγόνοις αὐ-
τοῦ. καὶ ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων μήτε στρατηγὸς ἢ
πρεσβύτης ἐν τοῖς ὅροις τῶν Ἰουδαίων σύνιζα συμμα-
χίαν, καὶ στρατιώτας ἀξείη, ἢ τὰ χρήματα τούτων εἰσ-
πράττεσθαι, ἢ εἰς ἀγγαρείαν, ἢ ἄλλῳ τινὶ ὀνό-
ματι, ἀλλ' εἰ) πανταχόθεν ἀνεπηρέαστους. ὅσα τε μὴ
ταῦτα ἔχον, καὶ ἐνεθυμήθησαν, ἢ ἐφρίαντο, ταῦτα πάν-
τα αὐτοὺς ἔχειν. ἰόπωλιν ἣ πόλιν ἣν ἀπ' ἀρχῆς ἔχον B
Ἰουδαῖοι ποιούμενοι τιμῶ θεὸς ῥωμαίους φιλίαν, αὐτῷ
ἔτι καθὼς ⸫ τὸ πρότερον ἡμῖν ἀρέσκειν, φόρους τε ὑπὲρ
ταύτης τῆς πόλεως, ὑρκανὸν ἔχειν Ἀλεξάνδρου υἱόν, καὶ
παῖδας αὐτοῦ, ὧνπερ τῆς τε γῆν νεμομένων, χώρας, καὶ λι-
μένος; ἐξαγωγίου κατ' ἐνιαυτὸν σιτῶνι μοδίοις δισμυ-
ρίοις χοέ. ὑπεξαιρουμένου τοῦ ἔτους ὃ σαββατικὸν
καλοῦσι, καθ' ὃ ἔτε τὰ ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβά-
νουσι. τάς τε κώμας τὰς ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ, ἃς ὑρκα-
νὸς ⸫ οἱ πρόγονοι αὐτοῦ πρότερον ἐξακατέχον, ἀρέσκ C
τῇ συγκλήτῳ ταῦτα ὑρκανὸν ἔχειν καὶ Ἰουδαίους ὅτι τοῖς
δικαίοις οἷς ⸫ πρότερον εἶχον. μένειν ⸫ τὰ ἀπ' ἀρχῆς
δίκαια, ὅσα πρὸς ἀλλήλους Ἰουδαίους καὶ τοῖς ἀρχιερεῦ-
σιν ἰῶν, τάτε φιλάνθρωπα, ὅσα τότε δήμου ψηφισα-
μένου καὶ τῆ συγκλήτου ἔχον. ὅτι τούτοις τε τοῖς δικαίοις
χρῆσθαι αὐτοῖς ἐξεῖναι ἐν λύδδοις. τούς τε τόπους καὶ
χώρας καὶ ἐποίκια ὅσα βασιλεῦσι συείας ⸫ φοινίκης
συμμάχοις ὄσι ῥωμαίων κτῆ δωρεαὶ ὑπῆρχε, κατ- D
ατάθαι. ταῦτα δοκιμάζει ἡ σύγκλητος ὑρκανὸν τὸν
ἐθναρχῶν καὶ Ἰουδαίοις ἔχειν. δεδόσθαί τε ὑρκανῷ,
⸫ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ καὶ πρεσβύταις τοῖς ὑπ' αὐτοῦ
πεμφθεῖσιν, ἔντε πυγμῆ μονομάχων ⸫ θηρίων
καθιζομένους, μετὰ τῆς συγκλητικῶν θεωρεῖν. αἰ-
τησαμένους ἀπὸ δικτάτορος ἢ ἀπὸ ἱππάρχου
παρελθεῖν ὅταν εἰς τὸν σύγκλητον εἰσάγωσι. ⸫ τὰ
ὑποκείμενα αὐτοῖς ἀποδίδωσον ἐν ἡμέραις ἱ ταῖς ἀ- E
πάσαις, αὖ τὸ δόγμα γράψῃ. Γάϊος καῖσαρ αὐ-
τοκράτωρ δικτάτωρ τὸ τέταρτον, ὑπατος τε τὸ ε. δι-
κτάτωρ ἀποδεδειγμένος δὶς ἀβίου. λόγους ἐποιήσα-
το περὶ τῶν δικαίων τῷ ὑρκανῷ τῷ ἀλεξάνδρου, ἀρ-
χιερέως Ἰουδαίων καὶ ἐθναρχου τοιούτους. τῷ περὶ
ἐμοῦ αὐτοκρατόρων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μαρτυρησάν-
των ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ Ἰουδαίων καὶ Ἰουδαίοις ὅτι τε
συγκλήτου καὶ δήμου ῥωμαίων, δύχαρις ἡσαντός τε F
τοῦ δήμου καὶ τῆς συγκλήτου αὐτοῖς, καλῶς ἔχει καὶ
ἡμᾶς ὑπομιμνῄσκειν καὶ προνοεῖν ὅπως ὑρκανῷ καὶ
τοῖς ἔθνεσι τῶν Ἰουδαίων καὶ τοῖς ὑρκανοῦ φασιν ὑπὸ
συγκλήτου, καὶ δήμου ῥωμαίων ἀξία τῆς πρὸς ἡ-
μᾶς δυνοίας αὐτῶν, καὶ ὧν δυνήσησαν ἡμᾶς χάρις
ἀνταποδοθῇ. Ἰούλιος γάϊος, στρατηγὸς ὕπατος ῥω-
μαίων, παριανῶν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν.
συνέτυχόν μοι Ἰουδαῖοι ἐν δήλῳ, καὶ τινες τῶν παρόν- G
των Ἰουδαίων, παρόντων καὶ τῶν ὑμετέρων πρέσ-
βεων. καὶ συνεφανισαν ὡς ὑμεῖς τε ψηφίσματι κω-
λύετε αὐτοὺς, τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι. ἐμοὶ
τοίνυν οὐκ ἀρέσκει κτῆ τ' ἡμετέρων φίλων ⸫ συμμάχων

& ad hæc Hyrcano eiúſque filiis decimas perſoluant, ſicut hactenus eorum maioribus. Vtq; nullus vel præſes vel dux vel legatus in finibus Iudæorum auxilia colligat: neve militibus liceat pecunias ab his exigere, vel hybernorum vel quocunque alio nomine: ſed ſint immunes ab omnibus moleſtationibus. Quæcunque etiam poſtea parauerunt vel emerunt, his omnibus fruantur. Ioppen præterea quam ab initio habuerunt Iudæi dum in populi Rom. amicitiam reciperentur, placere iplorum eſſe quemadmodum antea. Tributa quoque eius oppidi habere Hyrcanum Alexandri filium cũ ſuis filiis, tam ab eius agri aratoribus, quàm vectigalium portus nomine, & eorum quæ Sidonem exportantur, annua modiorum XXM DCLXXV. excepto anno ſeptimo quẽ vocãt Sabbaticum, in quo neque arant, neque de arboribus fructus colligunt. Vicos item quos in Magno campo Hyrcanus & ſui maiores ante eum poſſederunt, placet ſenatui eundẽ Hyrcanum & Iudæos etiam nunc habere, iure quo & antea habuerunt. Manere etiam iura quæ ab initio inter Iudæos & eorum pontifices fuerãt, & quæcunque beneficia à S. P. Q. R. conceſſa. Præterea eodem iure licere illis vti & in Lydda. Loca etiam, agros, habitationes, quas pro amicitia reges Syriæ ac Phœnices per donationem populi Rom. poſſederant, placere ſenatui vt Hyrcanus Iudæorum ethnarcha habeat. eſſéque ius Hyrcano eiúſque filiis & legatis ab eo miſſis ludos & gladiatores ſpectandi inter ſenatores ſedentibus. Vtque quotieſcunque poſtulauerint à dictatore aut magiſtro equitum in ſenatum introducantur, & reſponſum eis omnibus intra decem dies reddatur, ſi quid à ſenatu decretum fuerit. C. Cæſar. Imper. IIII. Coſ. V. perpetuus dictator, huiuſmodi verba fecit de iure Hyrcani Alexandri filij pontificis Iudæorum ac ethnarchæ. Quandoquidem mei anteceſſores Imperatores teſtimonium reddiderunt Hyrcano Iudæorum pontifici Iudæíſque tam in prouinciis quàm apud S. P. Q. R. & hoc nomine S. P. Q. R. ei gratias egit, æquum eſt nos quoque horum meminiſſe, & dare operam vt Hyrcano ac Iudæorum genti filiiſque Hyrcani à S. P. Q. R. pro ſuo erga nos fauore gratiæ referantur. C. Iul. Cos. Parianorum magiſtratibus S. P. Q. R. Sal. Acceſſerunt me in Delo Iudæi & quidam de coloniis Iudæorum, præſentibus etiam veſtris legatis, & indicauerunt mihi decretum, quo vetatis eos vti patriis ſacrificiis & ritibus. mihi verò non placet talia decreta aduerſus amicos noſtros & ſocios fieri, vetaríque eos viuere ſuis moribus, & conferre pecunias in epulas ac ſacrificia, quandoquidem nec Romæ hæc facere vetantur. Nam C. Cæſar Cos. in edicto quo interdixit in vrbe ſodalitia, hos ſolos neque pecunias conferre, neque conuiuia parare vetuit. Ego quoque cùm alia ſodalitia interdixerim, hos ſolos ſino

τοιαῦτα γίνεσθαι ψηφίσματα, καὶ κωλύεσθαι αὐτοὺς ζῶν κτῆ τὰ αὐτῶν ἔθη, καὶ χρήματα εἰς συνόδεια, καὶ τὰ ἱερὰ
εἰσφέρειν, τοῦτο ποιεῖν αὐτῷ μηδ' ἐν ῥώμῃ κεκωλυμένων. ⸫ δὲ γάϊος καῖσαρ, ὁ ἡμέτερος στρατηγὸς καὶ ὕπα-
τος, ἐν τῷ διατάγματι κωλύων θιάσους συνάγεσθαι κτῆ πόλιν; μόνους τούτους οὐκ ἐκώλυσεν, ἔτε χρήματα
συμφέρειν, ἔτε συνόδεια ποιεῖν. ὁμοίως ⸫ κἀγὼ τοὺς ἄλλους θιάσους κωλύων, τούτους μόνους ὑπέξέπων

iuxta patrios mores ac leges conuenire. Quapropter æquum est etiam vos si quod decretum fecistis contra amicos nostros & socios, id abrogare propter eorum virtutem, & erga nos beneuolentiam. Post mortem autem Cæsaris M. Antonius, P. Dolabella Coss. aduocato senatu & introductis Hyrcani legatis, retulerunt de eorum postulatis, & amicitiam cum eis renouauerunt, & quicquid petierunt senatusconsulto eis decretum est. Dolabella etiam acceptis ab Hyrcano literis scripsit per vniuersam Asiam, & primæ eius prouinciæ ciuitati Ephesiorum, in hunc modum. Dolabella imperator Ephesiorum magistratibus s. p. q. Sal. Alexander filius Theodori, legatus Hyrcani pontificis at ethnarchæ Iudæorum, mihi retulit de ciuibus suis quòd militare non possint, eo quòd neque arma gestare, neque iter facere eis fas sit diebus sabbatis, neq; victum more patrio possent sibi quærere. Quamobrem ego quoque quemadmodum alij ante me Imperatores immunes eos volo à militia, permittóque vt patriis vtantur moribus, conuenientes sacrorum causa sicut leges eorum postulant, & conferentes in offerenda templo sacrificia. volóque vt hæc ipsa scribatis per vrbes prouinciæ singulas. Atque ita Dolabella Hyrcano per literas roganti gratificatus est. L. autem Lentulus Cos. pro sententia dixit: Iudæos ciues Romanos templa Iudaica habentes & facientes, Ephesi pro tribunali religionis ergò esse immunes à militia pronunciaui duodecimo calendas Octobreis. Multa itaque extant & alia huiusmodi senatusconsulta & Imperatorum decreta ad Hyrcanum & gentem nostram aliásque vrbes, & rescripta de iure nostro ad prouinciarum præsides, de quibus propter hæc quæ hoc loco inseruimus credere facile est his, qui nostra scripta candidè lecturi sunt. Quando enim tam manifesta argumenta exhibuimus nostræ cum populo Romano amicitiæ, ostensis æreis columnis & tabulis in Capitolio nunc vique durantibus, duraturísque in posterum, omnia hîc apponere superuacaneum ac molestum duximus, existimantes nemini fore tam difficilem, vt de re tot decretis comprobata dubitet, ac non potius ex his etiam de cæteris coniecturam faciat nos vera dicere. Satis ergo iam declarata sit, quæ per ea tempora nobis cum populo Romano intercessit amicitia & societas. Incidit autem eisdem temporibus tumultus in Syria ex causa huiusmodi. Cecilius Bassus vnus è Pompeianis per insidias interfecto Sexto Cæsare ipse occupauit prouinciam cum legionibus. Quo facto magnum bellum exortum est circa Apamiam, Cæsarianis ducibus contra eum venientibus cum equestribus ac pedestribus copiis: ad quos & Antipater misit auxilia cum filiis, memor beneficiorum acceptorum à Cæsare, idcóque repetendas pœnas ab eius interfectore iustum existimans.

κατὰ τὰ πάτρια ἔθη καὶ νόμιμα συνάγεσθαί τε καὶ ἵστασθαι. ὑμᾶς οὖν καλῶς ἔχει, εἴπερ καὶ τῷ ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων ψήφισμα ἐποιήσατε, τοῦτο ἀκυρώσασθαι διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτῷ ἀρετὴν καὶ εὔνοιαν. μὴ ὄντ' ἄλλου θάνατον, μάρκος ἀντώνιος καὶ πόπλιος δολοβέλλας, ὕπατοι ὄντες τὸν τε σύγκλητον συναγαγόντες καὶ τὸν ὑρκανὸν πρέσβεις ὠδηγηκότες, διελέχθησαν περὶ ὧν ἠξίωσαν, καὶ φιλίαν πρὸς αὐτοὺς ἐποίησαν, καὶ πάντα συγχωρεῖν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος ἐψηφίσατο, ὅσων τυγχάνειν ἐβούλοντο. καὶ δολοβέλλας ἃ λαβὼν παρὰ ὑρκανοῦ γράμματα, ὅπισέλλει τοῖς κατὰ τὴν ἀσίαν ἅπασαν, καὶ τῇ ἐφεσίων πόλει, πρωτοβύλῃ τῆς ἀσίας ἔτος. Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ ἐφεσίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. ἀλέξανδρος θεοδώρου πρεσβεύτης ὑρκανοῦ, ἀρχιερέως καὶ ἐθνάρχου τῶν ἰουδαίων, ἐνεφάνισέ μοι περὶ τοῦ μὴ δύνασθαι στρατεύεσθαι τοὺς πολίτας αὐτοῦ, διὰ τὸ μήτε ὅπλα βαστάζειν δύνασθαι, μήτε ὁδοιπορεῖν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν σαββάτων, μήτε τροφὴν τῶν πατρίων καὶ σιτίων κατ' αὐτοὺς εὑρεῖν. ἐγώ τε οὖν αὐτοῖς καθὼς ἐκ οἱ πρὸ ἐμοῦ ἡγεμόνες δέδωκα τοῦτο ἀσυλίαν, καὶ συγχωρῶ χρῆσθαι τοῖς πατρίοις ἔθεσι, ἱερῶν ἕνεκα καὶ ἁγίων συναγωγοῖς καθὼς αὐτοῖς νόμιμον καὶ τῷ θεῷ ταῖς θυσίας ἀφαρεμάτων. ὑμᾶς τε βούλομαι ταῦτα γράψαι κατὰ πόλεις. καὶ ταῦτα μὲν δολοβέλλας ὑρκανῷ πρεσβευσαμένῳ πρὸς αὐτὸν ἐχαρίσατο. λούκιος ὁ λέντλος ὕπατος εἶπε, πολίτας ῥωμαίων ἰουδαίους ἱερὰ ἰουδαϊκὰ ἔχοντας καὶ ποιοῦντας ἐν ἐφέσῳ πρὸς τὸ βήματος δεισιδαιμονίας ἕνεκα στρατείας ἀπέλυσε, πρὸ δώδεκα καλανδῶν ὀκτωβρίων. πολλὰ οὖν ὄντα καὶ ἄλλα τοιαῦτα τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς αὐτοκράτορσι ῥωμαίων δόγματα, πρὸς ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν γεγενημένα, καὶ πόλεσι ψηφίσματα, καὶ γράμματα πρὸς τὰς τῶν ἡμετέρων δικαίων ὑπὸ σολὰς ἀντιπεφωνημένα τοῖς ἡμετέροις, πρὸς οὓς ἀπάντων ἕνεκα ὧν ἐπράξαμεν πιστεύειν τοῖς ἀναγνωσομένοις οὐ βασανίσμῳ τῶν συγγραφέων πάρεσιν. ἐπεὶ γὰρ ἐναργῆ καὶ βλεπόμενα τεκμήρια παρεχόμεθα τῆς πρὸς ῥωμαίους ἡμῶν φιλίας γνωμένης, ὑπὸ δεικνυόντες αὐτὰ χαλκῆς στήλας καὶ δέλτοις ἐν τῷ καπετωλίῳ μέχρι νῦν διαμένοντα, καὶ διαμενοῦντα, τὸν μὲν πάντων παραθέσιν ὡς περιττήν τε ἅμα, καὶ ἀτερπῆ παρητησάμεθα. ὀλίγα δ' ὕστερον ἡγησάμενοι σκαιὸν, ὃς ἐκ πρὸ τῆς ῥωμαίων ἡμῶν πιστεύσῃ φιλίας, ὅτι ταύτην καὶ διὰ πλειόνων ἐπεδείξαντο πρὸς ἡμᾶς δογμάτων, καὶ ἡμῶν ἐκ ὑπολήψεται πρὸ ὧν εἰ φαμὲν ἀληθεύειν ἕνεκ ὧν ὑπεδείξαμεν. τὸν μὲν οὖν πρὸς ῥωμαίους φιλίαν καὶ συμμαχίαν κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς γνωμένην, δεδηλώκαμεν. συνέβη δ' ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ταραχθῆναι τὰ κατὰ τὴν συρίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. βάσσος κεκίλιος, εἷς τῶν τὰ πομπηΐου φρονούντων, ὑπὲρ ἐλλὼ συνθεὶς ὑπὸ σέξτον καίσαρα, κτείνει μὲν ἐκεῖνον. αὐτὸς δ' τὸ στράτευμα αὐτοῦ καταλαβὼν, ἐκράτει τῶν πραγμάτων. πόλεμός τε μέγας πρὸς ἀπάμειαν συνέστη, τῶν καίσαρος στρατηγῶν ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντων μετὰ ἱππικοῦ καὶ πεζῆς δυνάμεως. τούτοις δ' ὁ ἀντίπατος συμμαχίαν ἐπεμψε μετὰ τῶν τέκνων, τὸν μνήμης ὧν ἀνηκεστήθησαν ὑπὸ καίσαρος, καὶ διὰ τοῦτο πρωρεῖν αὐτῷ τὸ δίκαιον ὡς τὸ πεφονευκότος εἰσπράξασθαι δίκαιον ἡγούμενος.

φρονι-

χρονιζομένου δὲ τοῦ πολέμου, μάρκος μὲν ἦλθεν εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ σέξτου. καῖσαρ δὲ ὑπὸ τῶν περὶ κάσσιον καὶ βροῦτον ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κτείνεται, καταγὼν τὴν ἀρχὴν ἔτη γ' καὶ μῆνας ς'. τοῦτο μὲν οὖν ἐν ἄλλοις δεδήλωται.

Κεφάλαιον ιή.

Ως κάσσιος τὴν τε ἰουδαίαν ἐκάκωσε, καὶ τάλαντα ὁ παρ' αὐτοῦ εἰσεπράξατο.

Τοῦ δ' ὅπως τοῦ καίσαρος θανάτῳ πολέμου συνερρωγότος, ἔν τε τῇ πάντων ὅση στρατιᾶς συλλογὴν ἄλλων ἄλλη διεσπαρμένων, ἀφικνεῖται κάσσιος εἰς συρίαν, ὃν δαλιπτόμβους τὸν περὶ τὴν ἀπάμειαν στρατόπεδον, καὶ λύσας τὴν πολιορκίαν, ἀμφοτέρους περισάγει τόν τε βάσσον καὶ τὸν μάρκον, τάς τε πόλεις ἐπερχόμβους, ὅπλα τε καὶ στρατιώτας συνήθροιζε, καὶ φόρους αὐτῶν μεγάλους ἐπετίθη. μάλιστα δὲ τὴν ἰουδαίαν ἐπάκωσεν, ἑπτακόσια τάλαντα ἀργυρίου εἰσπραττόμβους. ἀντίπατρος δὲ ὁρῶν ἐν μεγάλῳ φόβῳ καὶ ταραχῇ τὰ πράγματα, μείζει τιμᾷ τοῦ χρημάτων εἰσπράξιν, καὶ ἑκατέρῳ τοῦ υἱῶν συμφέρειν δίδωσι, τὰ μὲν μαλίχῳ κακοήθως πρὸς αὐτὸν διακειμένῳ, τὰ δ' ἄλλοις προστάξειν εἰσπράττεσθαι. καὶ πρώτης ἡρώδης ἀπὸ τῶν γαλιλαίας εἰσπραξάμβους ὅσα ἦν αὐτῷ προστεταγμένα, φίλος ἦν εἰς τὰ μάλιστα κασίῳ. σῶφρον δὲ ἔδοξεν αὐτῷ ῥωμαίους ἤδη θεραπεύειν, καὶ παρ' αὐτοῦ κατασκευάζειν δύνοιαν ἐπ' ἀλλοτρίοις πόνοις. ὅπως φάσκοντος δ' αὐτανδροι ὅσοι τοῦ ἄλλων πόλεων ὑπομενοῦσι. καὶ τέσσαρες πόλεις ἐξανδραποδίζει κάσσιος. ὧν ἦσαν αἱ δυνατώταται, γόφνα τε καὶ ἐμμαοῦς, πρὸς ταύταις δὲ λύδδα καὶ θαμνᾶ. ἐπεξῆλθε δ' αὖ ἐπ' ὀργῆς κάσσιος ὥστε καὶ μάλιχον ἀτελεῖν, ὥρμητο γὰρ ἐπ' αὐτόν, εἰ μὴ ὑρκανὸς δ' ἀντιπάτρου ἑκατὸν τάλαντα ἐκ τοῦ ἰδίων αὐτῷ πέμψας ἐσώσε δ' ὁρμῆς. ἐπεὶ δὲ κάσσιος ἐκ τῆς ἰουδαίας ἀπῆρε, μάλιστα ὑπεβάλλων ἀντιπάτρῳ, τῷ τότε τελοῦντι, ἀσφάλειαν ὑρκανῷ δ' ἀρχῆς ἔσεσθαι νομίζων. ὁ μὲν ἔλαθε τὸν ἀντίπατρον ταῦτα φρονῶν. ἀμαθόμβους γὰρ ὢν ἐπιεικὴς, ἐχώρει πέραν ἰορδάνου, καὶ σεμνὸν ἀσφαλὲς ἅμα καὶ ἐγχώριον συνήθροιζε. δεινὸς μέντοι ὢν ὁ μάλιχος, προεῖτο τῷ ὑπεβάλλειν, ὁμολογούμβους μεθ' ὅρκων αὐτῷ τε καὶ τοῖς παισὶ, καὶ ὡς φασκόντου μὲν τὰ ἱεροσόλυμα φρουρεῖσθαι, ἡρώδου δ' ἔχοντος τὴν φυλακὴν τῶν ὅπλων, ὁδὶ αὖ εἰς νοῦν ἔβαλε διοῦτον ὁδόν. ὁρῶν δὲ τὴν ἀποδειλίαν καὶ βαλλάδοσεται πρὸς τὸν ἀντίπατρον, καὶ συνέβησαν, μάρκῳ καὶ συρίᾳ στρατηγοῦντος. ὃς ἀμαθόμβους νεωτερισποιοῦντα καὶ τὴν ἰουδαίαν τὸ μάλιχον, ἦλθε μὲν ὥστε καὶ μικρὸν αὐτὸν ἀνελεῖν, ἀντιπάτρου δὲ παρακαλέσαντος περιέσωσεν.

Κεφάλαιον ιθ'.

Ως μάλιχος ὑπεβουλεύσατο, ἀντίπατρον δὲ ἔπεισε φαρμάκῳ.

Ἔλαθε δὲ ἆρα φονέα πρεσβεύσας ἀντίπατρος αὐτὸν τὸ μάλιχον. κάσσιος μὲν γὰρ καὶ μάρκος στρατὸν ἀθροίσαντες, τὴν ὑπομέλιαν ἅπασαν ἐπεχείρησαν ἡρώδῃ, καὶ στρατηγὸν αὐτὸν κοίλης συρίας ἐποίησαν, πλοῖα δόντες καὶ δύναμιν ἱππικήν τε καὶ πεζικήν, ὑποχόμβους δὲ καὶ βασιλέα τῆς ἰουδαίας ἀναδείξειν μὴ πόλεμον, συνεισήκει γὰρ τότε, πρός τε ἀντώνιον καὶ τὸν νέον καίσαρα. μάλιχος δὲ τότε δείσας μάλιστα τὸν ἀντίπατρον,

Id bellum dum trahitur, Marcus venit Sexti successor, & interim Cæsar ab his qui cum Cassio & Bruto coniurauerant in senatu occiditur, exactis in principatu suo tribus annis cum dimidio, sicut & ab aliis scriptoribus memoriæ proditum est.

Cap. XVIII.

Cassius afflictis Iudæis insuper octingenta talenta ab eis exigit.

XX. Bello deinde ciuili post cædem Cæsaris exorto, consularibus aliis aliò discurrentibus ad parandos exercitus, Cassius in Syriam venit, occupaturus eum qui circa Apamiam erat exercitum: solutáque obsidione tam Marcum quàm Bassum in suas partes pertraxit: obeundóque ciuitates comparabat arma & milites, tributa etiam exigendo grauia. sed maximè Iudæam afflixit, plus quàm septingentis argenti talentis imperatis. Tum Antipater res voique turbatas videns, partem eius pecuniæ duobus filiis exigendam committit, partem Malicho sibi parum amico, partē quibusdam aliis: & primus Herodes ex Galilæa quantum imperatum erat afferens, maximam apud Cassium gratiam init. prudens enim illi videbatur consilium, iam tum Romanorum alieno sumptu captare beneuolentiam. Sub aliis autem procuratoribus ipsæ ciuitates vehum dabantur vnà cum suis habitatoribus: quarum quatuor erant præcipuæ, Gophna, Emaus, Lydda, Thamna. nam earum plebes Cassius hastæ subiecit. adeò autem exacerbatus erat, vt etiam Malichum interfecturus fuerit, nisi Hyrcanus per Antipatrum centum talentis de tuo missis, furorem eius lenisset. At ille post Cassij discessum maximè insidiatus est Antipatro, per huius mortem Hyrcani dominationi securitatem se paraturum existimans. nec tamen latuerunt Antipatrum eius consilia. nam cùm hoc sensisset, vltrà Iordanem profectus copias colligebat tum ex indigenis, tum ex Arabibus. Verùm Malichus vir callidus inficiabatur insidias, deierans apud Antipatrum & filios, quòd Phasaëlo Hierosolymorum præsidium tenente, Herode verò habente armorum custodiam, ne in mentem quidem sibi vnquam tale aliquid venerit. & videns non succedere quod proposuerat, reconciliatus est Antipatro Marco Syriæ præsidēte, qui postquam intellexit res nouas in Iudæa molitum Malichum, minimum abfuit, quin eum interficeret, quem tamē Antipatri precibus donauit incolumem.

Cap. XIX.

Malichus per insidias Antipatrum veneno tollit.

Sed Antipater imprudens seruauit Malichum vt se perderet. nam Cassius & Marcus collecto exercitu Herodem totius Cœlesyriæ ducem fecerunt, attributis ei naualibus, equestribus, & pedestribus copiis, regnum etiā polliciti post finitum bellum, quod tum gerebant contra Antonium & iuniorem Cæsarem. Malichus verò tū maximè timens Antipatrum,

decreuit è medio tollere. corruptóque pincerna Hyrcani, apud quem ambo epulabantur, veneno necauit hominem, & assumpta armatorum manu susceptit ciuitatis gubernacula. Cæterùm postquam Herodi ac Phasaëlo innotuerunt structæ in parentem insidiæ, indignantibus illis Malichus strenuè pernegauit omnia. atque hic fuit finis Antipatri, viri iusti ac pij, & patriæ amantissimi. Ex filiis autem alter Herodes confestim volebat patris mortem vlcisci, & cum exercitu aggredi Malichum: sed Phasaelo grandiori magis placuit dolo circumuenire hominem, ne videretur ciuile bellum incipere. itaque accepta Malichi satisfactione simulauit se credere, non esse illum paternæ necis conscium: & que vertit ad excolendum monumentum quod patri struxerat. Interim Herodes veniens Samariam, eámq; nimis afflictam offendens, refouere eam cœpit, & iura reddendo controuersias ciuium dirimere. non multo autem pòst instante Hierosolymis festo, & ipse venit in vrbem cum militibus: quem Malichus metuens Hyrcano suasit ne eum intrare permitteret: id quod Hyrcanus fecit, nefas esse sanctis populi ceremoniis profanam turbam superinducere. at Herodes contempta obnunciatione noctu vrbem ingressus est, & Malichum vehementer perterruit. at ille solitarum artium non immemor, palam lacrymabundus conquerebatur de Antipatri tanquam amici interitu, clàm verò parabat sibi satellitium. quare visum est Herodis amicis simulationem hanc non coarguere, sed ad vitandam suspicionem vicissim comiter tractare Malichum.

Cap. XX.

Herodes iussu Cassij Malichum dolo interficit.

Attamen Cassio de patris obitu significauit per literas: & ille qui non ignorabat mores Malichi, rescripsit vt vlcisceretur parentis iniuriam: clàm etiam mandauit Tribunis apud Tyrum agentibus, vt adessent Herodis iustis conatibus. Cúmque capta à Cassio Laodicea, simul ad eum iter facerent afferentes coronas & pecuniam, Herodes expectabat daturum esse illic pœnas Malichum. at ille circa Tyrum Phœnices suspicione concepta, maiora moliri cogitauit: & quia filius eius obses in ea vrbe seruabatur, decreuit eam ingredi, & furtim illũ in Iudæam abducere: & occupato contra Antonium Cassio, gente ad defectionem concitata, sibi ipsi principatum eius acquirere. Sed consiliis eius fortuna aspirare noluit, & Herodes homo callidus intellecto eius proposito, præmisso famulo quasi ad parandam cœnam, quia comites omnes inuitarauerat, re autem vera ad tribunos, iussit eos Malicho cum pugionibus occurrere. illi verò egressi, & nacti eum prope vrbem in littore, confoderunt hominem: quo facto Hyrcanus adeò est attonitus vt obmutuerit. tandem ægrè ad se reuersus percontabatur Herodem quid hoc rei esset, & quis interfecisset Malichum. & audito factum

ἀπροσδόκητον ἐποιεῖτο. καὶ πείσας ἀργυρίῳ τὸν ὑρκανὸν οἰνοχόον, παρ' ᾧ ἐκάτεροι εἰσιῶντο, φαρμάκῳ κτείνει τὸν ἄνδρα, καὶ σπλίτας ἔχων ἐπεχείρει τὰς κλεῖς τῆς πόλεως γνόντων δὲ τὸν ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ παῖδος ἡρώδου καὶ φασαήλου, καὶ χαλεπῶς ἐχόντων, ὡρμητο πάντα ὁ μάλιχος, καὶ ἔξαρνος ἦν τῆς φόνου. καὶ ἀντίπατρος μὲν δυσεβείας καὶ δικαιοσύνης ἀμνηστίαν ἔτυχε, καὶ τῇ θεῷ τὴν πατρίδα ἀποδοὺς, τοῦτον ἐτελεύτησε τὸν τρόπον. τῶν δὲ παίδων αὐτοῦ ἡρώδης μὲν δύθις ἔγνω τιμωρεῖν τῷ πατρὶ, μὴ στρατιᾶς ὅπλα μάλιχον ἐλθών. φασαήλῳ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ δόλῳ μᾶλλον ἐδόκει θεραπεύεσθαι τὸν ἀνδρὸς, μὴ πολέμου κατάρχειν νομιζῶσιν ἐμφυλίου. τὴν τε οὖν ὑπολογίαν μαλίχου προσδέχεται, καὶ πιστεύειν ὑποκρίνεται, μηδὲν αὐτὸν περὶ τοῦ ἀντιπάτρου κακουργῆσαι θάνατον, τάφον δὲ ἐκόσμει τῷ πατρὶ, καὶ προσαγόμενος ἡρώδης εἰς σαμάρειαν καὶ καταλαβὼν αὐτὴν πεκακωμένην, ἀνακτᾶται καὶ τὰ νείκη διέλυσε τοῖς ἀνθρώποις. μετ' ὀλίγον δὲ συνόδου τῶν ἰεροσολύμοις ἑορτῆς προσγίνεται συνὼ τοῖς στρατιώταις εἰς τὴν πόλιν. καὶ δείσας μάλιχος, ἔπεισεν ὑρκανὸν μὴ ὑποδέχεσθαι αὐτὸν εἰσιέναι. καὶ πείθεται μὲν ὑρκανὸς, προσβάλλεται δὲ αἰτίαν τῆς ἀποκωλύσεως τὸ μὴ δεῖν ὄχλον ἀλλοδαπὸν ἀγνεύοντος εἰσδέχεσθαι τὴν πλήθυς. ὀλίγον δὲ φροντίσας ἡρώδης τῶν ἀγγέλων, νύκτωρ εἰσεισιν εἰς τὴν πόλιν, καὶ φοβερὸς μὲν ἦν τῷ μαλίχῳ, ὁ δὲ ἐκ ἀνίησι τὴν ὑποκρισιν, ἀλλ' ἐδάκρυε τὸν αὐτάδελφον καὶ ἀνεκαλεῖτο φανερῶς ὡς φίλος, κρύφα δὲ φαλακίῳ τῷ σώματος ἐποιεῖτο. ἔδοξε δὲ καὶ τοῖς περὶ ἡρώδην μὴ ἀπελέγχειν αὐτὸ τὸν προσποίησιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς εἰς τὸ αὐτὸ πλοῦν, ἀντιφιλοφρονεῖσθαι τὸν μάλιχον.

Κεφάλαιον κ'.

Ὡς ἡρώδης δόλῳ εἰλατησε αὐτῷ κατασκευάσαντα τὸν μάλιχον ἐδολοφόνησεν.

Κασσίῳ μὲν οὖν περὶ τῆς τελευτῆς πατρὸς ἡρώδης ἐπέστειλε. κἀκεῖνος εἰδὼς οἷος εἴη τὸν ἦθος μάλιχος, ἀντεπέστειλε τιμωρεῖν τῷ πατρὶ, καὶ λάθρα διαπέμπει πρὸς τοὺς ἐν τύρῳ χιλιάρχους κελεύων αὐτοὺς συμπροάγειν ἡρώδῃ, δίκαια μέλλοντι πράξειν. ὡς δὲ λαοδίκειαν ἦρκότος κασσίου, πρὸς αὐτὸν ἀπέστειλαν κοινῇ, στεφάνους τε αὐτῷ καὶ χρήματα κομίζοντες, ἡρώδης μὲν προσεδόκα δώσειν τὸν μάλιχον τιμωρίαν ἐκεῖ γιγόμενον. ὁ δὲ περὶ τύρον τῆς φοινίκης ὑποπτεύομενος τὸ πρᾶγμα, μείζονων ἐφίεσθε. καὶ τὸ παιδὸς αὐτοῦ ὁμηρεύοντος ἐν τύρῳ, παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν, ἔγνω τοῦτον τε ὑποκλέψαι, καὶ εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀποφέρειν, ἀποδόσοντός τε ἐπ' ἀντωνίου κασσίου, τὸ ἔθνος ὑποστήσας, αὐτὸς τὴν ἀρχὴν καθέξειν. τοῖς δὲ βεβουλυμένοις, ὅτε δαίμων ἀντέπεσε, καὶ δεινὸς ὢν ἡρώδης, τὴν προαίρεσιν αὐτῶν καταγνόντες, προφασιζόμενοι θεράποντα, τῷ μὲν δοκεῖν ὅτι δίκην ὧν ἡμάρτανε, καὶ δὴ ἐξιάσειν αὐτοὺς ἅπαντας προφήκει, ταῖς δὲ ἀληθείαις πρὸς τοὺς χιλιάρχους, ἐξελθεῖν ὅτι μάλιχον πείθει μὴ ξιφιδίῳ. οἱ δὲ ἐξελθόντες, καὶ πλησίον τῆς πόλεως αὐτῷ περιτυχόντες ὅτι τὸ αἰγιαλῷ, καταπηδῶσι τὸν

αὐδρα. ὑρκανὸς μὲν οὖν, ὑπὸ ἐκπλήξεως τοῦ γεγονότος εἰς ἀφωνείαν ἐτράπη. μόλις δὲ ἀνενεγκών, ἐπυνθάνετο τῷ περὶ τὸν ἡρώδην, τί ποτ' εἴη τὸ γεγονὸς καὶ τὶς ὁ μαλίχου φονεύσας; εἰπόντων δὲ κάσσιον

τοῦτο

τῦτο φεύξαι, ἐπήνεσε τὸ ἔργον. πρεσβύτερον γὰρ εἶναι πάνυ, καὶ τὸ παιδίσκος ὀνείδιζον. καὶ μάλιχος μὲν ταύτῃ τῷ ἔργῳ τὸν εἰς αὐτίπαζον ἐφύβρισε. χαλεπὴν δὲ ἐκ συνείας ἀπάντων ἔσεσθαι τὴν ἀρχὴν γίνεται καὶ τῇ Ἰουδαίᾳ. ἔλιξ γὰρ ὑπολειφθεὶς ἐν ἱεροσολύμοις μετὰ στρατιᾶς, ὥρμησεν ὅπλα φασάηλον. ὅτε δῆμος ἐν ὅπλοις ἦν. ἡρώδης δὲ φάβιον ἐπορεύετο ἐν δαμασκῷ στρατηγοῦντα, καὶ βουλόμενος φεύσδραμεῖν φεὸς τὸν ἀδελφὸν, ὑπὸ νόσου κωλύεται. ἕως ὃ φασάηλος δ' αὐτῷ, ἕλικος κρείττων γενόμενος, καταπλείει μὲν αὐτὸν εἰς πύργον, εἶτα δὲ ὑποσπονδον ἀφίησι. τόν τε ὑρκανὸν ἐμέμφετο, ὡς πολλὰ μὲν αὐτῷ παθόντα ὑπ' αὐτῷ, συμφεράζοντα δὲ τοῖς ἐχθροῖς. ὁ γὰρ ἀδελφὸς μαλίχε τότε ὀλίγα ἐκράτει, καὶ μάσαδαν τὸ πάντων ἐρυμνότατον. ὅπερ μὲν οὖν τύπον ῥαίσας ὁ ἡρώδης ἐκ τῆ νόσε φανίσεται, καὶ ἀφελόμενος αὐτῆ πάντα ὅσα εἶχε χωρία, ὑποσπονδον ἀπέλυσεν.

A

B

C

Κεφάλαιον κά.

Ως ἀντίγονον τὸν ἀριστοβούλε βιηθούμενον φεὸς τὸ τυρίων τυράννε, ἡρώδης ἀπαντήσας μέτεστι καὶ τῆ ἰουδαίας ἐκβάλλει.

CAP. XXI.

Antigonum Aristobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem Herodes profligatum è Iudæa pellit.

ΑΝτίγονον δὲ τὸν ἀριστοβούλε, στρατιὰν ἀθροίσαντα, καὶ φάβιον πεθεραπδυκότα χρήμασι, κατῆγε πτολεμαῖος ὁ μιννάε διὰ τὸ κηδεμόνα. συνεμάχει δ' αὐτῷ καὶ μυρίων ὃν τυρίων καταλελοίπει κάσιος τύραννον. τυραννίδι γὰρ λαβὼν τὴν συρίαν ὕστερ ὁ αὐτὸς, ἐφρύαττεν. ὁ δὲ μυρίων καὶ εἰς τὴν γαλιλαίαν, ὁμόρων οὖσαν ἐνέβαλε, καὶ ξύλα καταλαβὼν ἐρύματα, διὰ φρυρᾶς εἶχεν. ἐλθὼν δὲ καὶ ὅπι τῦτον ἡρώδης, ἅπαντα μὲν αὐτῷ ἀφείλατο. τοὺς δὲ τυρίων φρυρεὺς, φιλανθρώπως ἀπέλυσεν, ἐξ ὧν οἷς καὶ δωρεὰς δούς διὰ τὸ φεὸς τὴν πόλιν δίνοιαν. ταῦτα διαπραξάμενος ὑπλούτησεν αὐτῷ, καὶ μάχῃ αὐτῷ συνάψας νικᾷ, καὶ ὅσον ὕπω τῶν ἄκρων ἐπιβαίνει τῆ ἰουδαίας ἐξέωσεν. εἰς ἱεροσόλυμα δὲ παραγενόμενον, στεφάνοις αἰδεῖται ὑρκανός τε καὶ ὁ δῆμος. ἐπεγαμβρεύετο δὲ ἤδη καθ' ὁμολογίαν τῷ ὑρκανῷ γενέ, καὶ διὰ τῦτο μᾶλλον αὐτῷ φεφείκει μέλλον ἄγεσθαι τὴν ἀλεξάνδρου τῦ ἀριστοβούλε θυγατέρα, ὑρκανῷ δὲ θυγατριδῆν, ἐξ ἧς πατὴρ γίνεται, τεττάρων μὲν ἀρρένων. δύο δὲ θηλειῶν. ἔκτο δὲ καὶ φότερον γυναῖκα δημότην, δορὶν ὄνομα ἐκ τῦ ἔθνους, ἐξ ἧς αὐτῷ φρεσβύτατος γίνεται παῖς, αὐτίπαζος.

D

E

F

Κεφάλαιον κβ.

Οτι ἡρώδης ἐν βιθυνίᾳ φεσγενόμενος πολλῆς χρήματων ἐπιρράπτει αἰτώνιον, διὰ τῦτο μὴ κατηγορῆσαι αὐτῦ συνηθείας οὐκ ἐδέξατο.

CAP. XXII.

Herodes in Bithynia occurrens Antonio, pecunijs eum sibi conciliat: quo factum est vt ille accusatores eius non admiserit.

ΚΑ'σιον μὲν οὖν χειρῶνται αὐτώνιός τε καὶ καῖσαρ φεὶ φιλίππους. μετὰ δὲ τὴν νίκην καῖσαρ μὲν ἐπὶ γαλλίας ἐχώρει, αὐτώνιος δὲ εἰς τὴν ἀσίαν ἀπῆρε. γνόμενος δ' ἐν τῇ βιθυνίᾳ αἱ πανταχόθεν ἀπλύτων φρεσβεῖαι. παρῆσαν δὲ καὶ ἰουδαίων οἱ ἐν τέλει, κατηγορῆντες τῦ φεὶ φασάηλον καὶ ἡρώδην, φεόχημα μὲν εἶναι λέγοντες τῆς βασιλείας ὑρκανόν, τύτοις δὲ τὴν πᾶσαν ἔχειν ἐξουσίαν. ἡρώδη δὲ αὐτώνιος διὰ πολλῆς

G

esse iussu Cassij, laudauit facinus. malum enim virum fuisse, & insidiatorem patriæ. atque ita Malichus pro oppresso Antipatro pœnam persoluit debitam. Porrò Cassio profecto è Syria, apud Iudæum tumultus exoritur. Felix enim relictus cum militibus Hierosolymis, in Phaselum fecit impetum, & populus arma corripuit. Herodes verò ad Fabium profectus est Damasci præsidem, & volens fratri succurrere, morbo præpeditus est. donec Phaselus per se superato Felice, in turrim primùm compulsum, incolumitatem deinde pactum abire passus est. quamobrem mox cum Hyrcano expostulauit grauiter, quòd post accepta à se multa beneficia, inimicis suis fauorem impẽderet. nam frater Malichi tunc non pauca castella occupauerat, & inter cætera Masadam longè munitissimum. Vt igitur conualuit Herodes cõtra hunc profectus, receptis omnibus castellis pactum incolumitatem dimisit.

Cap. XXI.

Antigonum Aristobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem Herodes profligatum è Iudæa pellit.

ARistobuli autem filium Antigonum, qui conciliato sibi pecuniis Fabio exercitum cõparauerat, Ptolemæus Mẽnæus adoptat propter affinitatẽ. hunc etiã Marion adiuuabat, apud Tyrios ope Cassij tyrannidem adeptus, per Syriam quoque tyrannidem exercens, dispositis in ea præsidiis, atque etiam in Galilæa contermina occupatis tribus arcibus. Sed has omnes Herodes illò profectus recepit, & præsidiarios Tyrios clementer dimisit: donatis ex his nonnullis propter beneuolentiam qua ciuitatem eorum prosequebatur. His peractis occurrit Antigono, eúmque prælio superat, & vix extremos Iudææ fines ingressum inde profligat. Quamobrem reuertentem Hierosolyma coronis tam Hyrcanus honorauit quàm populus. Iam enim gener per sponsionem ascitus erat in Hyrcani familiam, quo libentiùs eius tutelam suscepit, ducturus Alexandri Aristobulo geniti filiam, Hyrcani verò ex filia neptem, ex qua postea pater factus est filiorum trium, & duarum filiarum. Duxerat autem etiam antè vxorem è suis populatibus Dorem nomine, ex qua suscepit Antipatrum filiorum natu maximum.

Cap. XXII.

Herodes in Bithynia occurrens Antonio, pecunijs eum sibi conciliat: quo factum est vt ille accusatores eius non admiserit.

CÆterùm Cassio apud Philippos ab Antonio & Cæsare deuicto, Cæsar inde in Gallias, Antonius in Asiam proficiscitur. qui vbi peruenit in Bithyniam, omnium gentium legationes habuit obuiam. Aderant & Iudæorum primates, Phasaëlum & Herodem accusaturi: quasi in speciem solùm regnaret Hyrcanus, re autem vera tota potestas esset pænes hos fratres. Herodem verò Antonius in magno

honore habuit, qui ad obiecta diluenda venerat: quo factum est vt ne ad colloquium quidē aduersarios eius admiserit. id enim data pecunia Herodes impetrauerat. Progresso autem Ephesum præstò fuit legatio missa Hyrcani pontificis & gentis nostræ publico nomine, afferens coronam auream, & rogans vt quos Iudæos Cassius præter ius belli captiuos abduxerat, scriptis per prouincias literis in libertatem vindicaret: & agros per Cassium ademptos gēti restitueret. Quorum postulata Antonius æqua existimans, confestim scripsit Hyrcano & Iudæis, simúlque ad Tyrios misit decretum hanc sententiam continens. M. Antonius Imper. Hyrcano pōtifici ac ethnarchæ Iudæorum salutem. Si valetis bene est, ego & exercitus valemus. Lysimachus Pausaniæ, Ioseph Mennæi, Alexander Theodori, legati apud Ephesum me conuenientes, eandem quam priùs Romæ legationem mihi exposuerunt, & noua hac tuo ac gentis nomine diligenter perfuncti sunt, declarantes quanta nos prosequaris beneuolentia. quare cognitam non tam ex verbis quàm ex operibus vestram amicitiam, & mores compositos ac pios non complecti non possum. Ergo quoniam totam Asiam aduersarij nostri ac pop. Rom. incursauerunt, nec sacratis locis nec ciuitatibus parcentes, neque iusiurandum præstitum seruantes: non tam priuatum nostrū negotium agentes, quàm suspecta defensione reipublicæ in diuini simul ac humani iuris violatores vindicauimus. Eorum enim facinus sol ipse auersatus videtur, & inuitis oculis spectasse perpetratum scelus in Cæsarem. Sed postquam impios eorum conatus excepit Macedonia, renouantes in eis locis priscam gigantum audaciam, & agitatam furoribus maleficentiam quam circa Philippos exercuerunt, occupatis oportunis locis & vsque ad mare montium vallo permunitis, vt per vnicam ceu portam pateret aditus, diis ipsis eorum iniusta molimina damnantibus vicimus. & Brutus compulsus intra mœnia Philippensium, obsessúsque à nobis, addidit se Cassio socium exitij. qui postquam meritas pœnas dederunt, pace nos in posterum fruituros speramus, & Asiā conquieturam à bellorum tumultibus. Iam enim nostra opera vniuersum Asiæ corpus velut è graui morbo colligere se incipit. Cùm igitur etiam de te cum tua gente agendo ornandoque cogitem, curæ mihi erit quicquid in rem vestram fuerit. edictum etiam oppidatim proposuit, vt quotquot vel liberi vel serui sub hasta à C. Cassio Cassianísve venundati sunt, liberè dimittantur. Volóque vt quæ mea & Dolabellæ benignitate vobis concessa sunt, ea perpetuò rata sint. Tyrios quoque iubeo vt iniuriam à vobis abstineant, & quicquid de Iudæorum finibus occupant, id totum restituant. Coronam autem quam misisti accepimus. Marcus Antonius Imperator Tyriorum magistratibus s. p. q. Sal. Renunciatum est mihi Ephesi ab Hyrcani pontificis

εἶχε τιμῆς, ἐλθόντα πρὸς αὐτὸν ἐπ' ἀπολογίᾳ τῶν κατηγορούντων, καὶ δι' ἃ τοῦτο συνέβη μηδὲ λόγου τυχεῖν τοῖς αἰτησασθαι. διεπέπρακτο δὲ τοῦτο χρήμασιν ἡρώδης παρ' αὐτοῦ. ἐπεὶ δ' εἰς ἔφεσον ἦκεν αὐτόνιος ἔπεμψεν ὑρκανὸς ὁ ἀρχιερεὺς καὶ τὸ ἔθνος τὸ ἡμέτερον πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν, στέφανόν τε κομίζουσαν χρυσοῦν, καὶ αἰτησομένους τοὺς αἰχμαλωτισθέντας ὑπὸ κασσίου ἰουδαίους ὑπὸ νόμῳ πολέμου, χρήσαντα τοῖς κατὰ τὰς ἐπαρχίας ἐλευθέρους ἀπολῦσαι, καὶ τὴν χώραν ἣν ἐν τοῖς κασσίου καιροῖς ἀφηρέθησαν, ἀποδοῦναι. ταῦτα κρίνας αὐτόνιος δίκαια τοὺς ἰουδαίους ἀξιοῦν, αἰτησάμενος ἔγραψεν ὑρκανῷ καὶ τοῖς ἰουδαίοις, ἐπέστειλε δὲ ἅμα καὶ τυρίοις, διάταγμα περιέχον ταῦτα. μάρκος αὐτόνιος αὐτοκράτωρ, ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ καὶ ἐθναρχῃ τῶν ἰουδαίων χαίρειν. εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔχοι. ἔρρωμαι δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ στρατεύματος. λυσίμαχος παυσανίου, καὶ ἰάσπος μηναίου, καὶ ἀλέξανδρος θεοδώρου πρεσβεύσαι ἐν ἐφέσῳ μοι συντυχόντες, τήν τε ἐμπροσθεν ἐν ῥώμῃ τελεσθεῖσαν αὐτοῖς πρεσβείαν ἀνανεώσαντο, καὶ τὴν περὶ σοῦ καὶ τοῦ ἔθνους σπουδὴν διέθεντο, ὡς ἔχεις δύνοιαν πρὸς ἡμᾶς ἐμφανίσαντες. πεπεισμένος οὖν καὶ ἐκ τῶν πραγμάτων, καὶ ἐκ τῶν λόγων ὅτι οἰκειότατα ἔχετε πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὸ ἀραιὲς ὑμῶν ἦθος καὶ τὸ θεοσεβὲς καταγνόντες, ἴδιον ἡγησόμην. κατασβεσθέντων δὲ τὴν αἰσίαν ἅπασαν τῶν ἐναντιωθέντων ἡμῖν τε καὶ τῷ δήμῳ τῶν ῥωμαίων, καὶ μήτε πόλεων μήτε ἠρώων ἀποχομένων, μήτε ὅρκους οὓς ἐποιήσαντο φυλαξάντων, ἡμεῖς, ὡς ἐκ τοῦ ἰδίου μόνον ἀγῶνος, ἀλλ' ὑπὲρ ἁπάντων κοινῇ, τοὺς αἰτίους καὶ τῶν εἰς ἀνθρώπους παρανομιῶν, καὶ τῶν εἰς θεοὺς ἀνομημάτων, ἠμυνάμεθα. δι' ἃ καὶ τὸν ἥλιον ἀποστράφθαι δοκοῦμεν, ὃς καὶ αὐτὸς ἀνδρῶς ἐπεῖδε τὸ ὑπὸ καίσαρι μῖσος. ἀλλὰ τὰς ὑπερβολὰς αὐτῶν τὰς θεομάχους, ἃς ὑπεδέξατο ἡ μακεδονία, καὶ καθάπερ ἴδιος αὐτὸς τῶν ἀνοσίων τολμημάτων αἴτιος, καὶ τὴν σύγχυσιν τῆς ἡμμανοῦς κακοήθους γνώμης, ἣν κατὰ φιλίππους τῆς μακεδονίας συνεκρότουν, καὶ τόπους δύσβατους καταλαμβανόμενοι μέχρι θαλάσσης ἀποτετειχισμένους ὄρεσιν, ὡς πύλῃ μιᾷ τὴν πάροδον ταμιεύσασθαι, τῶν θεῶν αὐτοῖς ὑπὲρ ἀδίκοις ἐγκλήμασι κατεψηφισμένων, ἐκρατήσαμεν. καὶ ῥῆτος συμφυγὼν εἰς φιλίππους, καὶ συγκλεισθεὶς ὑφ' ἡμῶν, ἐκοινώνησε κασσίῳ τῆς αὐτῆς ἀπολείας. τούτων κεκολασμένων, εἰρήνης τὸ λοιπὸν ἀπολαύειν νομίζομεν, καὶ ἀναπαύσασθαι τὴν αἰσίαν ἐκ τοῦ πολέμου. κοινὴν οὖν ποιούμεθα καὶ τοῖς συμμάχοις τὴν ὑπὸ θεῶν δοθεῖσαν ἡμῖν εἰρήνην. ὥσπερ οὖν ἐκ νόσου μεγάλης τὸ τῆς αἰσίας σῶμα νεῶν δεῖται τὴν ἡμετέραν νίκην ἀναφέρεται. ἔχων τοίνυν καὶ σὲ δεῖ μετέχειν καὶ τὸ ἔθνος αὔξειν, φροντίσω τῶν ὑμῖν δεδομένων. ἐξέθηκα δὲ καὶ γράμμα κατὰ πόλεις, ὅπως εἴ τινες ἐλεύθεροι ἢ δοῦλοι ὑπὸ δόρυ ἐπράχθησαν ὑπὸ γαΐου κασσίου ἢ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τεταγμένων, ἀπολυθῶσιν ὅτοι, τοῖς τε ὑπ' ἐμοῦ δοθεῖσι καὶ δολοβέλλα φιλανθρώπως χρῆσθαι ὑμᾶς βούλομαι. τυρίους τε κωλύω βιάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὅσα κατέχουσιν ἰουδαίων, ταῦτα ἀποκαταστῆσαι κελεύω, τὸν δὲ στέφανον ὃν ἔπεμψας ἐδεξάμην. Μάρκος αὐτόνιος αὐτοκράτωρ, τυρίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ, χαίρειν. ἐμφανισάντων μοι ἐν ἐφέσῳ, ὑρκανοῦ τοῦ ἀρχιερέως καὶ ἐθναρ-

ἐθναρχυ φρεσβδυτῆ χώραν αὐτῆ ὑμᾶς κατέχειν A Renunciatum est mihi Ephesi ab Hyrcani pontificis ac ethnarchæ legatis, agros ipsorum ditionis vos occupasse, idque factum quo tempore nostri aduersarij tenuerunt eam prouinciam. Quoniam igitur pro imperio bello susceptō, iustitiæ pietatique prospicientes vindicauimus in ingratos ac perfidos, volo etiã vobis pacem esse cum nostris sociis; & quicquid ab aduersariis nostris accepistis, habere vos non permittimus, sed iubemus vos prioribus dominis reddere. nemo enim eorum neque prouinciam à Senatu accepit, neque exercitum, sed quæ per vim corripuerunt, largiti sunt ministris suæ violentiæ, quando igitur illi meritas pœnas dederunt; æquum censemus vt socij nostri ea quæ antè habuerunt, nemine vetante, retineant: vósque si quos Hyrcani Iudæorum ethnarchæ agros, postquam C. Cassius bellum illicitum in nostra prouincia mouit, occupastis, eos reddatis, néve vllam vim interponatis quo minus ad pristinos dominos redeant: quòd si aliquid iuris in eos prætenditis, quàm primùm ad ea loca venero, integrum vobis erit ius vestrum repetere, id quod etiam sociis nostris peræquè integrum seruabimus. M. Antonius imperator Tyriorum magistratibus s. p. q. Salutem. Edictum meum ad vos misi, quod volo curetis referri in publicas tabulas literis Græcis & Latinis: & in loco aliquo conspicuo proponi, vt legi possit ab omnibus. M. Antonius Imper. ac trimuir dixit: Quoniam C. Cassius hoc perturbato rerum statu alienam prouinciam & militem præsidiarium inuasit, & sociorum nostrorum facultates diripuit, & vastauit Iudæorum gentem amicam populo Rom. insolentia eius armis nostris perdomita, iudiciis atque edictis quæ ille perpetrauit corrigimus, vt ablata restituantur nostris sociis. & siue corpora Iudæorum siue bona diuendita sint, illa in libertatem, hæc ad pristinos reuertētur dominos. qui verò contra edictum hoc nostrum fecerit; pœnas daturus est: & qui inobedientiæ conuicti fuerint, in eos pro rei dignitate animaduertere curabimus. Eodem ferè exemplo Sidoniis, Antiochensibus & Aradiis scripsit: visúmque est hoc loco etiam hæc inserere, argumento futura quanta prouidentia nos dignatus sit Romanus populus.

λεγόντων, εἰς ἰῶ ἀνέβητε, κὴ τ' ἀναπεμφθέντων ἡμῖν ὑπερέτεναι, ἐπεὶ τὸν θεὸν τ' ἡγεμονίας πόλεμον ἀνεδεξάμεθα, κὴ τῆ δυσεβῶν C δικαίων ποιήμενοι θεόνοιαν ἠμυναμεθα τοὶς μήτε χάριτος ὑπομνησθέντας, μήτε ὅρκους φυλάξαντας, βέλομαι κὴ τ' ἀφ' ὑμῆ εἰρήνην τοῖς συμμάχοις ἡμῆ ὑπάρχειν. κὴ ὅσα θεὸ τῆ ἡμετέρων ἐλάβετε ἀνταγωνιστῶν, μὴ συγχωρεῖν, ἀλλὰ ταῦτ' ἀποδιδοῦναι τοῖς ἀφηρημένοις. ὅτε γὰ B ἐπαρχίας ἐκείνων ἐθεὶς ὅτε στρατόπεδα δ' συγκλήτυ δούσης ἔλαβεν, ἀλλὰ βίᾳ καθαρπάσαντες, ἐχαρίσαντο βιαίως τοῖς θεὸς ἀδίκου χρησίμοις αὐτοῖς χρημένοις. δίκαιον αὐτῆ οὖν δεδωκότων τοῖς τε συμμάχοις τοὶς ἡμετέροις ὁσάκοτ' εἶχον ἀξιῶμεν ἀκωλύτως διακατέχειν, κὴ ὑμᾶς εἴ τινα χωρία ὑπαγε ὄντα τῆ ἐθναρχυ Ἰουδαίων, θεὸ μιᾶς ἡμέρας ἢ γαῖον κάσιον πόλεμον ἢ συγκεχωρημένων ἐπάγοντα, ἀποδιδῶναι τῆς C ἐπαρχίας ἡμῆ νεῖ ἔχετε. ἀποδιδῶναι αὐτὰ, βίαντε αὐτοῖς μηδεμίαν θεοφέρειν ὅπ τῆ ἀθένεις αὐτοὺς ποιεῖν τῆ ἰδίων διατόζεν. εἰ δέ τινα ἔχετε θεὸς αὐτὸν δικαιολογίαν, ὅταν ἐλθωμῆ ὅπ τοὺς τόπους, ἐξέσαι ὑμῖν ταύτη χρῆσθ, ἡμῆ ἑκάστα τοῖς συμμάχοις ὁμοίως τοῖς κείμασι φυλαστόντων. Μάρκος αὐτώνιος αὐτοκράτωρ Τυρίων ἀρχουσι βυλῆ δήμω χαίρειν. διάταγμά ἐμὸν ἀπέσταλκα θεὸς ὑμᾶς. θεὶ ὃ βέλομαι ὑμᾶς D φερτῆσαι, ἵν' αὐτὸ εἰς τὰς δημοσίας ἐντάξητε δέλτους, γράμμασι ῥωμαϊκοῖς κὴ ἑλληνικοῖς, C ἐν τῆ ὅπ φανερὸν ἄτω ἔχητε αὐτὸ γεγραμμένον, ὅπως ὑπὸ πάντων ἀναγνώσκεσθαι δυνήσεται, Μάρκος αὐτώνιος αὐτοκράτωρ, Τυρίων ἀνδρῶν κατάστασιν θεὶ τῆ δημοσίων θεγμάτων εἶπεν. ἐπεὶ γαῖος κάσιος, ταύτη τῆ ὑποστάσει ἀλλοτρίαν ἐπαρχίαν κατεχομένην ὑπὸ στρατιωτῶν κὴ συμμάχους ὄντας διήρπασε, κὴ ἐξεπολόρκησε τὸ ἰουδαίων ἔθνος, φίλον ὑπάρχον τῆ ῥωμαίων E δήμου, τ' ἀπόνοιαν τὴν ἐκείνε τοῖς ὅπλοις κρατήσαντες, διατάγμασι C κείμασιν ἐπανορθέμεθα τὰ ὑπ' αὐτῆ διειργασμένα, ὡς τε ἀποκατασταθῆναι ταῦτα τοῖς συμμάχοις ἡμῆ. κὴ ὅσα ἐθεάθη ἰουδαίων, ἤτοι σώματα ἢ κτῆσις, ταῦτα ἀφεθῆτε, τὰ μὲ σώματα ἐλευθέρα, ὡς ἰῶ ἀπ' ἀρχῆς· ἡ δὲ κτῆσις, τοῖς θεοτέροις κυρίοις. τὸν δ' ἐκ ὑπακούσαντα τῆ ἐμῆ διατάγματι, δίκαιον συγκεχωρῆσθαι βέλομαι. κἂν ἁλῶ, τότε κὴ τὴν τ' F θεάγματος ἀξίαν μελήσει μοι ὑπεξελθεῖν τὸν οὐκ ὑπακούσαντα. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο κὴ σιδωνίοις κὴ ἀντιοχεῦσι κὴ ἀραδίοις ἔγραψε. παρεδέμεθα δ' οὐ C ταῦτα ἀκαίρως, τεκμήρια χρησόμενα ἧς φαμὲ ῥωμαίους ποιήσασθαι θεροίας ὑπὲρ τῆ ἡμετέρου ἔθνους.

Cap. XXIII.

Antonius in Syriam prouinciam veniens Herodem cum Phasaelo tetrarchas constituit.

Κεφάλαιον κγ'.

Πῶς ἀντώνιος εἰς συρίαν θεραφόμενος ἡρώδην κὴ φασάηλον τετράρχας κατέστησεν. G

ΜΕτὰ τ' ταῦτα εἰς συρίαν ἀντωνίε θεραγομένου, κλεοπάτρα θεὶ κιλικίαν ἐντυχοῦσα, δ' ἔρωτος αὐτὸν ἐπεχείρωτό. κὴ δὴ πάλιν ἰουδαίων ἐ-

POst hæc autem in Syriam aduentante Antonio, Cleopatra in Cilicia facta illi obuiã, amoribus suis eum implicuit: quo tempore rursum centum è Iudæorum gente potētissimi venerunt ad eum vt accusarent Herodem vnà cũ suis, electo ad hoc eloquētissimo quoq; è suo numero. Iuuenum autem causam defendendam Messala suscepit, assistente sibi etiam Hyrcano, XXI.

qui iam ſocer factus fuerat. Antonius verò audita vtraque parte apud Daphnen, ſciſcitatus eſt ex Hyrcano, vtra pars melius adminiſtraret rempublicam. Qui cùm reſpondiſſet Herodem in hoc præſtantiorem eſſe, Antonius qui iam antè familiariter diligebat iuuenes propter paternum hoſpitium, quo tempore cum Gabinio agens patris eorum contraxerat amicitiam, hos ambos tetrarchas conſtituit, & Iudæorum eis committit gubernacula. Literas quoque in hoc ſcripſit, & ex eorum aduerſariis xv. coniecit in vincula, occiſurus etiam niſi interceſſiſſet Herodis deprecatio: quamuis ne ſic quidem ceſſarunt à legatione reuerſi. Sed rurſum mille venerunt Tyrum, Antonium ibi præſtolaturi, qui magna pecunia iam corruptus à fratribus, imperauit eius loci magiſtratui, vt in Iudæorum legatos nouatores rerũ animaduerteret: & Herodi adiutor eſſet ad principatũ parandum. Herodes verò ante vrbem diuersãtes in littore accedens, hortatus eſt eos vt ſe ſubducerent: nam & Hyrcanus cum eis aderat: admonens quantum inſtaret periculum ſi contendere pergerent: quod illi contempſerunt. móxque erumpentes in eos Iudæi cum indigenis, partim trucidauerunt eos, partim ſauciauerunt: reliqui verò domum refugientes poſthac quieuerunt. Populo verò clamoribus agente contra Herodem, commotus ad iram Antonius iuſſit quos vinxerat interfici. Altero deinde anno Syriam occupauerunt Pacorus regis filius & Barzapharnes Parthorum ſatrapa: quo tempore Ptolemæus Mennæi defunctus eſt. cuius in principatu ſucceſſor filius Lyſanias amicus factus eſt Antigono Ariſtobuli filio, conciliante ſatrapa qui multũ apud eum poterat.

CAP. XXIV.

Parthi Antigonum Ariſtobuli filium in regnum reducunt.

XXII. ANtigonus deinde mille talenta & quingentas mulieres daturum ſe Parthis eſt pollicitus, ſi ab Hyrcano in illum regnum transferrent, & Herodem vnà cùm ſuis interficerent. quæ tamen non dedit, ſed Parthi nihilominus aſſerturi regnum Antigono, duxerunt verſus Iudæam exercitum, Pacorus per maritima, ſatrapa per mediterranea. Pacorum excluſerunt Tyrij, ſed Sidonij ac Ptolemaidenſes intromiſerunt. Ille alam equitum in Iudæam ſpeculatum præmiſit, iuſſam etiam adiutare Antigonum. eos ducebat pincerna regius, & ipſe Pacorus nomine. Adiungentibus autem ſe Antigono Iudæis Carmelum montem incolentibus, & paratis cum eo in hoſticum inuadere, ille ſpem concepit poſſe ſe horum opera partem quandam regionis in poteſtatem redigere, quæ Drymæ vocabatur: & quibuſdam eis occurrentibus perualerunt vſque Hieroſolyma. Vbi adiungentibus ſe aliis iam multum auctis numero, aggreſſi ſunt oppugnare regiam. móxque ferentibus opem his qui fratrum partes ſequebantur, & pugna in foro conſerta, repulerunt hoſtem iuuenes: eóque in templo cõpulſo,

ὃς κηδεστὴς ἐτύγχανεν ἤδη γεγόμενος. ἀκεσασάμενος ἢ ἀμφοτέρων αὐτάνιος ὅτι δάφνις, πυθόμενος ὑρκανῦ, πότεροι τῦ ἔθνους ἄμεινον προΐσαιτο. φήσαντος ἢ τοὺς περὶ ἡρώδην, αὐτάνιος κὴ πάλαι οἰκείως ἔχων πρὸς αὐτούς, διὰ τὴ παρόυσαν ξενίαν, ἣν ἐποίησατο παρὼν ἐπιτροπεύοντος πρὸς τὴ πατρὸς αὐτῶν, τούτους μὲ ἀμφοτέρους, τετράρχας καθίστησι, κὴ τῶν ἰουδαίων αὐτοῖς ὑπέβαλε πηδάλια. γράφει ἢ κὴ γράμματα, κὴ ἐς τὴν ἀπειλὴν ἐβόησε. μέλλοντος ἢ ἐκ πτύειν αὐτοὺς, παρητήσαντο οἱ περὶ ἡρώδην. ἡρέμουν ἢ ὀλίγας ἐπανελθόντες ὑπὲρ τὴ ὁρμῆς, ἀλλ' ἀπλύτων πάλιν αὐτανίου χίλιοι εἰς τύρον, ἐκεῖ δέξαντο ἀφικέσθαι. κὴ ὁ αὐτάνιος πολλοῖς διεφθαρμένος ἤδη χρήμασι, τόν τε ἡρώδου ἐκ τῦ ἀδελφῦ αὐτῦ, τὴ κὴ τόπον ἄρχοντι πρεσβεύτας κολάσαι τοὺς ὁρμήτορας τῶν ἰουδαίων, νεωτέρων ὀνθυμοῦντας πραγμάτων, κὴ τοῖς περὶ ἡρώδην συγκαθίσαι τὴ ἀρχήν. ταχὺ ἢ ἡρώδης, ἔδρυτο γὰρ ὅτι τὸ ψάμμου πρὸ τῆς πόλεως, πρόϊόν ἀπίναι παρεκελεύετο, σωλῆν ἢ αὐτοῖς κὴ ὑρκανὸς, ὡς μεγάλου κακοῦ, εἰ προέλθοιεν εἰς φιλονεικίαν ἐσομένου. κὴ οἱ μὲν οὐκ ἐπείθοντο. ὠθισμῷ ἢ ὀκθέντες ἰουδαῖοι σὺν ἐγχωρίοις, τοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν. πλείους ἢ κατέτρωσαν. οἱ ἢ λοιποὶ δρομαῖοι ἐποίκιον προσιέντες ἡσύχαζον. τῦ ἢ δήμου καταβοῶντος ἡρώδου, παροξυνθεὶς αὐτάνιος τοὺς δεδεμένους ἀπέκτεινε. δευτέρῳ δ' ἔτει συρίαν κατέσχον, πάκορός τε ὁ βασιλέως παῖς, κὴ βαρζαφάρνης σατράπης τῶν πάρθων. τελευτᾷ ἢ κὴ πτολεμαῖος ὁ μεννάυ, κὴ τὴ ἀρχὴν αὐτῦ ὁ παῖς λυσανίας παραλαβὼν, δεηθεὶς τὴν φιλίαν πρὸς ἀντίγονον τὸν ἀριστοβούλου, πρὸς τοῦτο χρήσιμον τὸν σατράπην ὑπολαβὼν, μέγα παρ' αὐτῷ δυνάμενον.

Κεφάλαιον κδ'.

Σπατία πάρθων εἰς συρίαν, καθ' ἣν τὸν ἀριστοβούλου υἱὸν αντίγονον εἰς τὴν βασιλείαν καπήγαγον.

ΑΝτίγονος δ' ὑπισχνεῖτο χίλια τάλαντα κὴ πεντακοσίας γυναῖκας δώσειν πάρθοις, εἰ τὴν ἀρχὴν ὑρκανὸν ἀφελόμενοι ὑπ' αὐτῦ δώσουσιν αὐτῷ, κὴ τοὺς περὶ τὴν ἡρώδην ἀνέλοιεν. ὁ μὲν ἔδωκεν, ἀλλ' οἱ μὲν πάρθοι, διὰ τοῦτο ὅτι τὴν ἰουδαίαν ἐστράτευσαν, κατάγοντες ἀντίγονον. πάκορος μὲν διὰ τῆς παραθαλαττίου, ὁ ἢ σατράπης διὰ τῆς μεσογείου. τύριοι μὲν ἐν ἀποκλείσει πάκορον, σιδώνιοι ἢ κὴ πτολεμαεῖς, ὑποδεξάμενοι. ἴλην μέντοι πάκορος ἱππέων εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐξέπεμψε, καταισχυνόμενός τε τὸν κῆ τὴ χώραν, κὴ ἀντίγονῳ συμπράξουσαν, ἡγεμόνα τε ὁμώνυμον τῦ βασιλέως οἰνοχόον. ὄρη ἢ τῶν περὶ καρμήλον τὸ ὄρος ἰουδαίων πρὸς ἀντίγονον ἐλθόντων, ἐς συμβαλεῖν ἑτοίμους ἐχόντων, πρεσβεύσαι τὴ χώρας μέρος τι λαβεῖν ὁ ἀντίγονος, δρυμοὶ ἢ τὸ χωρίον καλεῖται. καί τινων ὑπαντιασάντων αὐτοῖς, διεκτίθεσιν εἰς ἱεροσόλυμα οἱ ἄνθρωποι. προσχωρούντων δέ τινων, πολλοὶ συνεφάπτοντο, ὅτι τὰ βασιλέα ἦκον, κὴ ταῦτα ἐπολιόρκουν. προσβοηθούντων ἢ τῶν περὶ φασαήλον κὴ ἡρώδην. κὴ μάχης γενομένης κῆ τὴν ἀγορὰν, νικῶσιν οἱ νεανίσκοι τοὺς πολεμίους. κὴ συνδιώξαντες εἰς τὸ ἱερὸν, ἐπέπου-

πέμψαντα ὁπλίτας τινὰς εἰς τὰς πλησίον οἰκίας, φθερή- A
σοντας αὐτὰς, ἐς ἐπανάστασιν ὁ δῆμος συμμάχων ὄντας
ἐρήμοις, συὼ αὐτοῖς οἰκοις κατέφρησεν. ὑφ' ᾧ οὖν τ'
ἀδικίας ταύτης ἡρώδης, μετολίγον τιμωρίαν ὕστερον
αὐτὸς ἀσιωτὸν λαμβάνει, συμβαλὼν αὐτοῖς εἰς μάχην,
& πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείνας. γινομένων ὃ ὀσημέραι ἀ-
κροβολισμῶν αὐτοῖς, ἀπέμενον οἱ πολέμιοι τὸν ἐκ τῆς
χώρας ὄχλον εἰς τ' καλουμένην πεντηκοστὴν, ἑορτὴ δ'
ἔστιν αὕτη, μέλλοντα ἥξειν. ἧς δ' ἡμέρας ἐνεστώσης πολ- B
λαὶ μὲν τὸ ἱερὸν ἀθροίζονται μυριάδες ἀνθρώπων,
ὡπλισμένων τε καὶ ἀόπλων. κατεῖχον δ' τὸ ἱερὸν καὶ τὴν
πόλιν οἱ παρόντες, πλὴν τ' περὶ τὰ βασίλεια. ταῦτα γὰρ
σὺν ὀλίγοις στρατιώταις οἱ περὶ ἡρώδην ἐφρούρουν. φασάη-
λος μὲν οὖν τὸ τεῖχος ἐφύλασσεν. ἡρώδης δ' λόχον ἔ-
χων, ἐπεξέεισι τοῖς πολεμίοις καὶ τὸ πεδίον. & καρ-
τερῶς μαχεσάμενος πολλάς τε μυριάδας ἔτρεψε, τ' μὲν
εἰς τ' πόλιν φυγόντων, τ' δ' εἰς τὸ ἱερὸν, ἔσι δ' ὧν εἰς τὸ
ἔξω χαράκωμα. ἐν γάρ τι αὐτόθι, παρεβοήθει δ' καὶ C
φασάηλος. πάκορος δ' ὁ πάρθων στρατηγὸς συὼ ἱππεῦ-
σιν ὀλίγοις ἀπηγόρευε δεηθέντος εἰς τ' πόλιν ἔρχεσθαι, λόγῳ
μὲν ὡς καταπαύσων τ' στάσιν, τὸ δ' ἀληθὲς συμπράξων
ἐκείνῳ τ' ἀρχήν. φασάηλε δ' ὑπαντήσαντος καὶ δεξα-
μένου ξενίᾳ, πάκορος πείθῃ προσβῦσαι μὲν καρ-
ζαφάρνῃ αὐτὸν, δόλον τινὰ τοῦτον συνθεὶς. καὶ φασά-
ηλος οὐδὲν ὑπιδόμενος πείθεται, μὴ ἐπαγομένου ἡρώδου
τοῖς περὶ τὸμβρύοις, δι' ὃ τ' βαρβάρων ἄπιστον, ἀλλὰ καὶ D
πανόρμῳ καὶ τοῖς ἥκουσιν ὁπλιτεύσας κελεύοντες. ὤχοντο
γὰρ προσβύσοντες, ὑρκανός τε καὶ φασάηλος. πάκορος δ'
καταλιπὼν ἡρώδῃ ἑξακοσίους ἱππεῖς καὶ δέκα τ' ἐλευ-
θέρων λεγομένων, περιέπεμψεν αὐτούς. ἡμερομένοις δ'
ἐν τῇ γαλιλαίᾳ, μεθ' ὅπλων ὑπαντῶσιν οἱ ταύτῃ τ' πό-
λεων ἐφεστῶτες. & καρζαφάρνης τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς
ὑποδέχεται προθύμως καὶ δῶρα δίδωσιν, εἶτα ἐπεβά-
λλετο. πλησίον δ' μὲν ἱππέων ἦν θαλάττης οἱ περὶ
φασάηλον κατάγον. & ἐνταῦθα ἀκούσαντες, ὡς αὐ- E
τίγονος ὑπόσχοιτο χίλια τάλαντα καὶ γυναῖκας φ' τῆς
πάρθοις κατ' αὐτῶν, δι' ὑποψίας εἶχον ἤδη τοὺς βαρ-
βάρους. καὶ μὴν ἀλλὰ & νύκτωρ ὁπλισαλυομένους αὐ-
τοὺς ἀπήγγειλέ τις, φυλακὴν αὐτοῖς ἐκπαφανοῖς περι-
ῆσαν μύνης. καὶ συνελήφθησαν ἂν εἰ μὴ περιέμενον ἕως
ἂν οἱ περὶ ἱεροσόλυμα πάρθοι ἡρώδην συλλάβοιεν,
μὴ προαναπηδήσαντος τούτων ἐκείνος αὐτόματος δρα-
φύγῃ. καὶ ὧδε ταῦτα ἔτους ἔχοντα. καὶ οἱ φύλακες αὐτῶν
ἐσώζοντο. φασάηλῳ μὲν οὖν παρῄνουν τινὲς δύνε F
ἀφιππάσασθαι καὶ μὴ περιμένειν. μάλιστα μέντοι θεὸς
ταῦτα αὐτὸν ὠφέλησε συνῆκεν, ὃς ἀκριβὲς παρὰ σαμα-
ρείταις τῷ πλουσιωτάτῳ τῶν ἐν συρίᾳ τότε, & πλοῖα
πρὸς τ' φυγὴν ὑπηρέτει. ἐγγὺς γὰρ ἦν θάλασσα. ὁ δ'
ὑρκανὸν ἀπολιπεῖν οὐκ ἤξίει, δεδιὼς προδοσίαν τοῦ
ἀδελφοῦ. προσελθὼν δ' πρὸς τὸν καρζαφάρνην, ἐ
δίκαια ποιεῖν αὐτὸν ἔλεγε, τοιαῦτα βελευόμενον πρὸ- G
ς αὐτόν. χρημάτων τε γὰρ δωρεῖται, πλείονα ἔσε-
σθαι παρ' αὐτοῦ ὧν αὐτίγονος δίδωσι. καὶ ἄλλως, δει-
νὸν εἶ πρὸς αὐτὸν ὅτι πίστει συνελθόντας προσβύ-
τας ἀποκτεῖναι μηδὲν ἀδικοῦντας. ὁ δ' βάρβαρος
ταῦτα λέγοντος, ὄμνυε μηδὲν ἀληθὲς εἶ τοῦ ὑπο-
νοουμένων, ἀλλὰ ψεύδεῖς αὐτὸν ὑποψίας ταράξαι, ἀπῆει τε πρὸς πάκορον.

miserunt armatos quosdam in propinquas ædes vt eis essent præsidio. in quos coortus populus, destitutos auxilio cum ipsis concremauit ædibus: quam iniuriam populo pòst Herodes vltus est, aduersarios adortus prælio, & multis interfectis ex illorum numero. Cúmque quotidianæ velitationes inter eos fierent, hostes expectabant conuenturas è tota regione turbas ad Pentecosten, quam vocant, festiuitatem. Quæ dies postquam illuxit, multa hominum millia circa templum congregata sunt, tam armatorum quàm inermium: qui & templum & vrbem occupauerunt, excepta regia. hanc enim Herodes seruabat cum paucis militibus, eius murum Phasaelus custodiebat: Herodes verò cum suorum cohortibus erupit in hostem agentem in suburbio: & egregia pugna edita coegit multa millia terga vertere, fugientia partim in vrbem, partim in templũ, partim etiam intra vallum quoddam in propinquo positum. in ea pugna & Phasaelus adiuuit nonnihil. Pacorus autem Parthorum dux cum paucis equitibus rogante Antigono in vrbem ingressus est, prætextu quidem quasi seditionis compescendæ gratia, sed reuera principatum illi astruere cupiens. quin postquam à Phasaelo occurrente exceptus est hospitio, suasit ei vt legatus iret ad Barzapharnem, insidias hoc pacto instruens. ille nihil suspicatus paruit, non probãte hoc factum Herodẽ propter Barbarorũ perfidiam, hortantéque vt potius Pacorum & alios ad se venientes opprimeret. Itaque profecti sunt in eam legationem Hyrcanus atque Phasaelus: & Pacorus relictis apud Herodem ducentis equitibus, ac decem liberis quos vocant, legatos deduxit. Vt verò in Galilæam vẽtum est, armati eis occurrunt qui illis oppidis præerant: & Barzapharnes primùm alacriter eos excipit donátque muneribus: deinde struere insidias incipit. Phasaelus verò cum suo comitatu deductus est in propinquum iuxta mare diuersoriũ. Vbi audito quod Antigonus mille talenta & quingentas mulieres Parthis esset pollicitus, suspectos iam habuerunt barbaros. quidam etiam nunciauit, noctu illis parari insidias, & clàm adhiberi custodiam. Et certè cepissent eos, nisi expectassent donec relicti Hierosolymis Parthi Herodem caperent, ne his sublatis ille præsentiens effugeret. id quod verum esse mox apparuit, conspectis custodibus. quare nõ defuerunt qui hortarentur Phasaelum, vt nihil amplius expectans conscenso equo se inde proriperet, præcipuè Ofilius. qui id secretum cognouerat è Saramalla Syrorum tunc ditissimo, & naues ad fugam offerebat. nam non longè mare aberat. at ille Hyrcanum & fratrem Herodem nolebat in periculo relinquere: sed accedens Barzapharnem negabat eum rectè facere, qui agitaret eiusmodi consilia. Si enim pecuniis opus habeat, plures accepturũ à se quàm ab Antigono: & alioquin turpe esse legatos suam fidem secutos insontes interficere. At barbarus hæc audiens deierabat non esse vera, & inanibus eum turbari suspicionibus: móxque ad Pacorum abiit.

CAP. XXV.

Parthi Hyrcanum & Phaſaëlum captiuos abducunt.

QVo profecto ſtatim Parthorum quidam iniecerunt vincula Hyrcano & Phaſaëlo, multum deteſtanti eorum periurium. ad Herodem autem miſſus eunuchus mandatum habebat, vt productum extra muros comprehenderet. Phaſaelus verò miſerat nuncios, qui indicarent Parthorum perfidiam: quos quoniã hoſtes interceperant, Herodes re cognita Pacorum adiit & Parthorum potentiſſimos, quaſi aliorum dominos. qui cùm ſcirent omnia dolosè diſſimulabant: atebántque oportere eum cum ipſis progreſſum extra regiam occurrere literarum latoribus: nondum enim eos eſſe cõprehenſos ab aduerſariis, ſed aduentare ſignificaturos quàm bene Phaſaelo ſucceſſerit. id Herodes nõ credidit, vt qui ex aliis de fratre capto audierat. quã eius ſuſpicionẽ augebat Hyrcani filia, cuius filia ipſi deſpõſa erat: huius monitis, licet aliis contemnentibus libenter parebat, vtpote mulieris cordatiſſimæ. Interim dum Parthi quid faciendum ſit conſultant, quòd nõ placeret apertè tantum virum aggredi, & rem in ſequentem diem differunt, Herodes animaduerſa eorum trepidatione, & magis etiam permotus nuncio de intercepto à Parthis fratre, vtcunque negarent alij, appetente veſpera decreuit ad fugam vti hac opportunitate temporis, neque diutius inter hoſtes cunctari in rebus tam dubiis. Aſſumpto igitur armatorum quos circa ſe habebat ſubſidio, & impoſitis in iumẽta mulieribus, matre & ſorore, & ſponſa ſua Alexandri filia nepte Ariſtobuli, matréque ſponſæ Hyrcani filia, & fratre natu minimo, famulitióque ac reliqua turba comitum, properabat verſus Idumæam inſciis hoſtibus: ex quibus nemo erat tam ferreus, qui non, tali rerum facie commotus fuiſſet ad miſericordiam, fœminis infantulos ſuos trahentibus, & cum lacrymis ac eiulatu relinquentibus patriam, & vinctos amicos, nec de ſe meliora ſperantibus. Verùm Herodes obdurato contra ſæuientem fortunam pectore, & ipſe præſenti erat animo, & comites inter eundem ſingillatim accedens hortabatur ne mœrori ſuccumberent. hunc enim fugæ officere, in qua ſola ſalutis ſpes ſit repoſita: quibus verbis accenſi conabantur calamitati reſiſtere. interim minimum abfuit quin ipſe ſibi manus inferret, euerſo vehículo & matre adducta in mortis periculum: adeò & caſus hic eum terruit, & metus ne inter has moras ſuperueniret hoſtis inſequens. iámque gladiũ ſtrinxerat volens ſe percutere, cum interuentu proximorum eſt prohibitus, obteſtantium ne ſuos inimicorum iniuriis relinqueret. neque enim eſſe viri fortis, ſe vno in libertatem aſſerto amicos contemnere. partim igitur vi, partim pudore coactꝰ deſiſtere ab incepto facinore, refota matre & pro tempore adhibitis remedijs,

Κεφάλαιον κέ.

Ως οἱ πάρθοι ὑρκανὸν καὶ φασάηλον αἰχμαλώτους ἔλαβον.

ΟΙχομένου δ᾽, τῷ πάρθων ἐδέσμιον τινὲς ὑρκανὸν καὶ φασάηλον. πολλὰ τ᾽ ὀμοτρκίας καπίζοντα τὸς πάρθους. ὁ δ᾽ ὅτι τ᾽ ἡρώδην ἀπεσταλμένος δυνεχος, ἐντολὰς εἶχε θεραπαγὼν αὐτὸν ἔξω τῶ τείχες συλλαμβάνειν. ἔτυχον δ᾽ ἄγγελοι φθὰ φασάηλου πεμφθέντες ὅπῃ δηλώσει τ᾽ πάρθων ἀπιςίας. οἷς τ᾽ πολεμίων συλλαβόντων, γνοὺς ἡρώδης θρόσεισι παρόρᾳ καὶ τ᾽ πάρθων τοῖς δυνατωτάτοις, ὡς ὄσι τῷ ἄλλων δεσπόταις. οἱ δ᾽ τὸ παῦ εἰδότες, ὑπεκείνοντο δολίως. καὶ δεῖν αὐτὸν ἔφασαν μὴ σφῶν ἐξελθόντα θρὸ τὰ τείχους ὑπαντᾶν τοῖς τὰ γράμματα κομίζουσιν. ἐδέπω γὰρ αὐτοὶς εἰλήφθαι θρὸς τῷ ἀπιςασιωτῷ. ἥκειν μέντοι δηλώντας ὅσα κατορθώσειε φασάηλος. τούτοις ἡρώδης ἐκ ὄπις δυεν. ἡκηκόη γὰρ τ᾽ σύλληψιν τὰδελφῶ παρ᾽ ἑτέρων. καὶ παραινέσης δ᾽ τ᾽ ὑρκανῦ θυγατὸς, ἧς ἐμεμνήητο τ᾽ θυγατέρα, ἔπ μᾶλλον ὑπόπτευσε τοῖς πάρθους. οἱ μὲ οὐδ᾽ ἄλλοι αὐτῇ ἐθρόσειχον, αὐτὸς δ᾽ ὅπῃς δολίαν ἔμφεσιν γυναικί. βελευομένων δ᾽ τῷ πάρθων τὶ χρὴ ποιεῖν, ἐγὼ δὲ ἤρεσεν αὐτοῖς ἐκ τῦ φανερῦ ὅπιχειρεῖν ἀνδρὶ τηλικύτῳ, καὶ ὑποθεμένων εἰς τ᾽ ὑςεραίαν, ἐν τοιαύταις παραχαῖς ἡρώδης ἠρύμενος, καὶ μᾶλλον οἷς ἤκουσε θρὶ τὰδελφῦ καὶ τ᾽ πάρθων ὅπιβελῆς, ἢ τοῖς ἐναντίοις θρεθέμενος, ἐαυτέρας ἐπελθύσης ἔγνω ταύτῃ θρὸς φυγὴν χρήσαθαι, καὶ μὴ ὀκνμέλλειν ὡς ἐπ᾽ ἀδήλοις τοῖς θρὶ τῷ πολεμίων κινδύνοις. ἄρας δ᾽ σὺν οἷς εἶχεν ὁπλίταις, καὶ τὰς γυναῖκας τοῖς ὑποζυγίοις ὅπιθέμενος, μητέρα τε αὐτῦ καὶ ἀδελφὴν, καὶ ἣν ἔμελλεν ἄγεσθαι θρὸς γάμον ἀλεξάνδρε θυγατέρα τῦ ἀριςοβύλου παιδὸς, τὴν τε ταύτης μητέρα, ὑρκανῦ δ᾽ ἰῶ θυγάτηρ, καὶ τὸν νεώτατον ἀδελφὸν, τὴν τε θεραπείαν, καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον τὸν σὺν αὐτοῖς, ἐδίωκε τὴν ὅπ᾽ ἰδουμαίας, λαθὼν τοὺς πολεμίους. ὧν ὐδεὶς αὖ ἕτε σερρὸς τὴν φύσιν δρέθη, ὃς τότε παρὼν τοῖς θρατομένοις, ἐκ ἂν ὠκτειρεν αὐτοὺς τῆς τύχης, γυναῖκων ἐπαγομένων νήπια τέκνα, καὶ μὴ δακρύων καὶ οἰμωγῆς ὑπολειπουσῶν τὴν πατρίδα, καὶ φίλους ἐν δεσμοῖς, καὶ θρὸς αὐτῷ ὐδὲν ἔτι χρηςὸν θροσδεχομένων. ἀλλ᾽ ἡρώδης ἐπαίρων τῆς ἐκ τῦ δεινῦ πληγῆς τὸ φρόνημα ποιησάμενος, αὐτός τε ἰῶ θρὸς τὸ δεινὸν ἐρρύχος, καὶ παρεῖν κατὰ τὴν ὁδὸν θαῤῥεῖν ἕκαστον παρεκέλευε, καὶ μὴ παρέχειν αὐτὸν ἔγδοτον τῇ λύπῃ. τοῦτο δ᾽ αὐτοὺς βλάπτειν θρὸς τὴν φυγὴν, ἐν ᾗ τὴν σωτηρίαν αὐτῆς μόνῃ κεῖθαι συμβέβηκε. καὶ οἱ μὲ ὡς ἡρώδης παρῄνει, φέρειν τὴν συμφορὰν ἐπειρῶντο. μικρῦ δ᾽ αὐτὸν διεχρήσατο τῦ ζόλου θρεῖραπέγτος, καὶ τῆς μητρὸς αὐτῦ κινδυνωδύσης ὅπο θανεῖν, ὀλγά τε τὸ ἐπ᾽ αὐτῇ πάθος, καὶ ὀλγὰ τὸ φοβεῖσθαι μὴ καταλάβωσιν αὐτὸν οἱ πολέμιοι διώκοντες, τελεῖς θρὸ τὸ θρῆγμα ἠρυμένης. ἀνασάμενον γὰρ αὐτὸν τὸ ξίφος καὶ μέλλοντα πλήττειν αὐτὸν, κατέχον οἱ παρόντες. τῷ τε πλήθει καταχύσαντες, καὶ ὡς ἐκ ἐχρῆν αὐτοὺς ἐγκαλύπτειν ὅπῃ τοῖς ἐχθροῖς ἐσομένοις λέγοντες. ἐγὼ δὲ ἐῦ ἠρυμένη, τῷ δεινῶν αὐτὸν ἐλευθερώσαντα, τοὺς φίλους ἐν αὐτοῖς ἀφορισθῆν. διαθεὶς δ᾽ ὅπως ἔχεθαι τῦ κατ᾽ αὐτὸν θλιμμάτος, αἰδῖ τε τῷ λεγομένων, καὶ πλήθει τῷ ἐκ ὅπιζεπόντων αὐτῷ τῇ χρείᾳ δλαλαξεῖν οἷς ἐνεθύμηται, ἀναπησάμενος τ᾽ μητέρα, καὶ θεραπείας ἧς ὁ καιρὸς ἤπειγεν ἀξιώσας

ἐβάδιζε

